1555

Digitized by Google

Talù

Sacerdotale iuxta s. Romane ecclesie ⁊ aliarum ecclesiarum, ex apostolice bibliothece, ac sanctorum patrum iurium

sanctionibus, ⁊ ecclesiasticorum doctorum scriptis ad optatum commodum quorumcunque sacerdotum collectum, ⁊ omni nuper diligentia castigatum ac summorum Pontificum authoritate multoties approbatum. In quo continentur officia omnium sacramentorum: ⁊ resolutiones omnium dubiorum ad ea pertinentium: ⁊ omnia alia, que a sacerdotibus fieri possunt, que quam sint pulchra ⁊ utilia, ex indice collige. Addito utili enchiridiolo ad agēdum de feria tēpore aduētus, quadragesime, tempore paschali: ⁊ de mense septembris: necnon infra annum: s̄m ecclesiā Romanam, Et declaratione rubricarum gn̄alium ⁊ ad inueniendū pascha: ⁊ alia festa mobilia: que in aliis hactenus impressis minime reperiuntur.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

Venetijs apud Petrum Bosellum. 1555.

TABVLA SEV REPERTORIVM oium contentorum in hoc opere.

Capitula primæ partis libri sacerdotalis.

Primæ partis Tractatus primus de sacramento baptismi.

Primæ partis Tractatus secundus de sacramento matrimonij.

Primae partis Tractatus tertius de sacramento penitentiae.

Partis primae Tractatus iiij. de sacramento eucharistiae particula prima.

Tractatus de defectibus in missa occurentibus.

De horis canonicis a sacerdotibus dicendis Tractatus.

Explicit Tabula

¶ Sacerdotale. De sacerdotis curati munere, ad animaru3 curam, & sacramentorum exhibitionem, atq3 aliarum ecclesiarum vsus accommodatum.

Proemium.

Saluator noster dominus Jesus Christus, qui tanqua3 verus samaritanus descẽdens ab celesti Hierusalem, & Hiericho, id est humani generis defectui & miserijs appropinquans, Luce. 10. cap. curationi eius alligamenta adhibuit: quia contra originalis & actualis peccati vulnera, quibus sauciũ erat, sacramentorum remedia instituit, & ordinauit. Que quide3



Hec dicit dominus deus de pastoribus israel: quia pascebant semetipsos. Nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis: quod infirmum fuit non consolidastis: & quod egrotum non sanastis: quod confractum est non alligastis: & quod abiectum est non reduxistis: & quod perierat non quesistis, sed cum austeritate imperabatis eis & cum potẽtia. Et disperse sunt oues mee eo quod non est pastor: & facte sunt in deuorationem. Propterea pastores audite verbũ domini. Hec dicit dominus deus. Ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam vt vltra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos. Ezech. xxiiij.

duz in hac mortali peregrinatione versaretur per se τ docuit τ cō
pleuit: τ post passionē suā per sacerdotes suos fidelibus suis mi/
nistranda precepit. Ex quibus quidē duos ordines constituit vt
sanctus euangelista Lucas nono τ decimo capitulis euāgelij sui
testatur: alterum quidem maioꝝ, id est duodecim apostoloꝝ: alte
rū vero minorum. 72. vz discipulorū: ita duntaxat vt priores epi/
scoporum, posteriores vero inferioꝝ sacerdotū locū τ dignitatē
obtinerent. Et de priori quidem ordine canon attestatur. 2. q. 7.
Accusatio circa principium: τ de conse. distin. 5. manus: τ ca. De
his. de secundo vero ordine. 21. distin. In nouo. Et ordo quidē
prior (episcoporū scilicet) vt dispensando τ exhibendo sacri chri/
smatis sacramento, de sacra vnctione. c. cum venisset, τ collationi/
bus ordinum clericaliū: ecclesiarum altaris ministrorumqꝫ conse
crationibus intēderet: de ordi. ab epō qui renū. c. 1. Reliqua aūt
quinqꝫ sacramēta (quāuis τ ipsi possent) inferioris ordinis sacer/
dotibus ministrāda cōmittere, ab ecclesia institutum est. De quo
quidē bipartito sacerdotū ordine, in epistola Anacleti pape omni
bus episcopis τ sacerdotibus missa. cap. 3. sic habet: sacerdotum
ordo bipartitus est, τ sicut dominus illum instituit, a nullo debet
perturbari. Scitis aūt apostolos a dn̄o esse electos τ cōstitutos:
τ postea ꝑ diuersas prouincias ad predicādū dispersos. Cuz ve/
ro messis cepit crescere, videns paucos esse operarios ad eorum
adiumentū septuaginta duos eligi precepit discipulos. Episcopi
vero apostolorum, presbyteri quoqꝫ septuagintaduorū discipu/
loꝝ locū tenent. Episcopi aūt non in castellis aut modicis ciuita/
tibus debēt cōstitui, sed presbyteri ꝑ castella τ modicas ciuitates
atqꝫ villas debent ab epis ordinari τ poni, singuli tamen ꝑ singu
los titulos suos. Amplius q̄ꝫ isti duo ordines sacerdotuz nec no/
bis collati sunt, nec apostoli docuerūt: hec ibi. Huic aūt sacerdotū
bipartito ordini τ toti ecclesie sue sancte beatissimū petrū aposto/
lum in summū elegit sacerdotē dicens Matthei. 16. Tu es Pe/
trus τ super hanc petrā edificabo ecclesiam meam, τ porte inferi
nō preualebūt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celoruz.
Et quodcūqꝫ ligaueris sup terrā, erit ligatū τ in celis: τ quod/
cūqꝫ solueris sup terrā, erit solutū τ in celis. 63. dist. ca. Quoꝝ vi/
ces. τ ca. in nouo. 21. di. τ ca. Sacrosancta. 22. di. ¶ Et qꝛ in libro
pontificali sufficiēter de his, que ad offiū pontificum spectāt diffu/
sius tractatur, opepretiuz visum fuit in hoc libro, qui sacerdotalis
nūcupatur, ea, que ad offiū curatoꝝ ꝑtinēt q̄ꝫtuz deus dederit in/
serere:

serere: quatenus quilibet sacerdos in promptu habeat: qualiter ministerium suum ad aiaꝝ sibi cōmissaꝝ salutē salubriter valeat exercere. Que quidem oia, que in hoc opusculo inserentur, non de nouo adinuenta aut excogitata fuere, sed ex antiquo ritu ꝑsertiz sancte Romane ecclesie ex sacrosanctis concilijs et scōꝝ doctoꝝ catholicorum scriptis collecta et ordinata, put in antiqssimis codicib⁹, qui in sacra bibliotheca apostolica cōseruant(vnde excerpta sunt) apparet. Addunt etiaz qdam ritus et particulares ceremonie diuersaꝝ ecclesiaꝝ, que in margine notabunt, vt liber iste oibus ecclesijs et dei sacerdotibus sit cōis. Ueruz, antequā opus hoc necessarium aggrediamur, nōnulla psonā et officiū sacerdotis concernētia videnda sunt: que non modicū decoris et ornamenti huic operi, nec minus vtilitatis ea diligenter obseruantibus afferent.

¶ Preambula qdam sequētis opis. ¶ Unde dicatur sacerdos, et vnde ortuz habuit sacerdotium, et quod sit offiū sacerdotis. Ca. i.

Et quia (vt prehabituz est) liber iste sacerdotalis siue sacerdotale appellatur, prius videndum est de ipsius sacerdotij noie, dignitate, origine, et officio. Sacerdos dicitur quasi sacra dans, vel sacer dux, vel a sacrificando. 21. dist. Cleros: circa finem prime columne. ¶ Et dicitur sacra dans: qr ecclesie sacramenta ministrat et maxime sacramentū penitentie, quo dn̄s ꝑpitiatur peccatis populoꝝ. Leuitici. 5. Rogabit pro eo sacerdos et pro pctō eius et dimittet ei. Et Osee. 4. Sacerdotes pctā populi comedent. i. suis oronibus delebūt. 1. q. 1. Ipsi sacerdotes. Et ideo dicit Luce. 7. Ostendite vos sacerdotibus, vt. s. vos emundent a peccatis. ¶ Dicit etiā sacer dux quia habet ducere, indicare, et docere populū suum. Deute. 21. Ad verbum sacerdotū omne negotiuz pendet. Josue. 4. Sacerdotes pergebant ante populum. 4. Reg. 17. Sacerdos docebat qm̄o colerent deum. ¶ Dicitur etiā a sacrificando: quia eorum officium est offerre sacrificium et hostias pro populis. Leui. 21. Sacerdotes incensum et panes offerent deo. ¶ Sacerdos etiaz regibus comparat. 2. q. 7. §. Idem cū balaā. Deus enim elegit epōs et presbyteros, vt duplici honore honorarentur. 1. Thi. 5. Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeant. Et non solū cōparant regibus, sed etiā illis preeminent. 96. di. ca. Duo sunt in principio et in fine. ¶ Originē aūt habuerunt sacerdotes in lege nature in Abel Genesis. 4. et in Melchisedech, q erat sacerdos dei altissimi: offerēs panē et vinū. Gene. 14. De cō. distin. 2. ca. In calice: et

Alioꝝ peccata deflere, ac pro illis penitentiam facere propriū est sacerdotis pabulum.

De sacerdotū origine.

ca. Accipite. Et in lege scripta in Aaron, qui institutus est sacer/
dos a deo cum omni sua posteritate. Exo.28. Ex primi paralipo/
menon.24. David elegit.24. sacerdotes per vices totidem, qui/
bus omnibus prefecit vnum summum sacerdotem. In lege autē
euangelica elegit christus.12. apostolos in maiores: et.72. in mino
res sacerdotes sub vno principe. s. beato petro apostolo et succes/
Officiū. soribus eius, vt prehabitum est. ¶ Officium autem sacerdotum
iuxta sue ordinationis canonem est offerre, benedicere. ca. perle/
ctis.23. dis. Preesse, predicare, baptizare. ca. Ecce.95. dist. ligare
et absoluere. Jo.20. Quorū remiseritis peccata. etc. et ante omnia
laudabiliter viuere. Exo.14. Erunt sacerdotes mihi religione ꝑ
petua, et plebibus suis exempla bonorum operū prebere. Deute.
24. Accipies exemplar a sacerdotibus. s. bene viuēdi, ne forte eis
euāgelicum illud obijciatur, Medice cura te ipsum. Luce.4. et ne
iuxta dictum apostoli.1. Cor.9. cum alijs bene predicauerint, ipsi
reprobi efficiantur. Unde audiant beatum Augustinum sacerdo
tibus dicentem. Uos presbyteri nosce debetis et sepe meminisse,
quia nos, quibus regendarum animarum cura commissa est, pro
his qui nostra negligentia pereunt, rationem reddituri sumus.
Pro his vero, quos verbis et exemplis lucrati fuerimus, pretium
eterne vite percipiemus. Nobis enim a domino dictū est Mat/
thei.5. Uos estis sal terre. Quod si populus fidelis cibus est dei:
eiusdem cibi condimētum nos sumus. Scitote vestrum gradum
nostro gradui secundum, et pene coniunctum esse. Sicut enim
episcopi apostolorum in ecclesia, ita nimirum presbyteri cetero/
rum discipulorum domini vicē tenent. Et illi tenēt gradū summi
pastoris Aarō, isti vero filiorum eius. Unde oportet vos semper
memores esse tante dignitatis, memores vestre consecrationis:
vt nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecratio/
nem irritam faciatis: nec manus sacro vnguento delibuta peccan
do polluatis: sed cordis et corporis munditiam conseruantes: ple/
bibus exemplum bene viuendi prebentes, his, quibus preestis,
ducatum ad celestia regna prebeatis. ¶ Quam necessaria sint sa/
cerdotibus vite probitas, ac doctrine integritas. ca.2.

Et quia etiam bona vita sola non sufficit ad sacerdotem sine
peritia literarum, quoniam imperitus et indoctus non potest of/
ficium sacerdotis recte complere, vt habetur in epistola Gelasii
pape cap.17. Illiteratos nullus presumat ad clerum prouehere,
quia literis carens, sacris esse non potest aptus officijs: ideo bona
vita

vita ⁊ sancta doctrina necessarie sunt sacerdoti iuxta dictum Ana cleti pape vbi supra capite.10.scribentis: Doceri omnes oportet qui domini sacerdotio funguntur: vt ⁊ ceteros instruant ⁊ sibi pro ficiant. Scriptum est enim Daniel'.12. Qui docti fuerint fulgebũt quasi splendor firmamenti: ⁊ qui ad iustitiã erudiunt multos, qua si stelle in perpetuas eternitates. Et alibi Daniel'.11. Populus autem sciens deum suum obtinebit ⁊ faciet, ⁊ docti in populo do/ cebunt multos. Ipsa quoqꝫ veritas per se infert, ⁊ dicit Luce.7. Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatus est in deum, qui recte non docet, ⁊ qui eius scanda/ lizat episcopũ vel sacerdotem. ¶ Et sanctus Augustinus. Pre/ sbyteri oportet vos assiduitatem habere legendi ⁊ instantiam orandi, quia viri iusti vita lectione instruitur, oratione ornatur, ⁊ assiduitate lectionis munitur homo a peccato, iuxta illum qui di/ cebat. Psalmus.118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccẽ tibi. Hec sunt enim arma: videlicet lectio ⁊ oratio, quibus diabolus expugnatur. Hec sunt instrumenta quibus eterna bea/ titudo acquiritur: his armis vitia reprimuntur, his alimentis vir/ tutes nutriuntur. Sed ⁊ siquando a lectione cessatur, debet ma/ nuum operatio subsequi: quia otiositas inimica est anime, ⁊ anti/ quus hostis quem a lectione siue ab oratione vacãtem inuenerit, facile ad vitia rapit. Per vsum nanqꝫ lectionis discetis qualiter ⁊ vos viuatis, ⁊ alios doceatis. Per vsum orationis ⁊ vobis ⁊ his, quibus in charitate coniuncti estis, prodesse valebitis. Per ma/ nuum operationem ⁊ corporis macerationem, ⁊ vitij alimenta ne gabitis: ⁊ vestris necessitatibus subuenietis, ⁊ habebitis vnde ne cessitatem patientibus impendatis. Que autẽ necessario a sacer/ dotibus addiscẽda sint. Idẽ beatus Augustinus docet: inquiẽs. Dist.38.

Arma sacerdotes susci pite.

¶ Que discere sacerdotes teneantur. Cap.3.

Sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, liber sacra/ mentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, com/ putus, canon penitentialis, psalterium. Homilie per circulum anni, dominicis diebus ⁊ singulis festiuitatibus apte. Ex quibus omnib⁹ si vnũ defuerit, sacerdotis nomẽ vix in eo cõstabit. Quia valde periculose sunt euãgelice mine, qbus dicitur. Matthei.15. Si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt. Debent etiam sacerdotes non ignorare canones ecclesiasticos: vt habe/ tur. ¶ Ex epistola Celestini pape. Cap.20. Nulli sacerdoti suos licet canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum possit

regulis obuiare. Que res a nobis digne seruabit, si decretaliũz norma statutorũ, pro aliquorum libito, licentia populis permissa frangatur. ¶ Et in concilio Aurelianensi. cap. 6. dicitur. Parochiarij clerici a pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legenda percipiant, ne rei ipsi vel populi, que per salutem eorum decreta sunt, excusent sese postmodum ignorasse. ¶ Sacerdos parochialis debet suis subditis predicare. Cap. 4.

Unitus itaqz sacerdos ⁊ bona vita, ⁊ scientia lucida accingat se ad predicationis officium, ⁊ secundũ sibi traditã gratiam plebibus suis verbũ salutis annunciet, ⁊ si etiam non multa polleat sciẽtia, secundũ tamen posse suũ verbo ⁊ exemplo omnibꝰ prodesse studeat. ¶ Unde idem beatus Augustinus dicit. Hortamur vos domini sacerdotes paratos esse ad docendas plebes vestras. Qui scripturas scit, predicet scripturas, qui vero nescit, hoc saltim quod notissimũ habet plebibus dicat, vt declinent a malo ⁊ faciant bonũ, inquirãt pacẽ, ⁊ sequat eam. Quia oculi domini super iustos, ⁊ aures eius in preces eorũ. Vultus autẽ domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorũ. ps. 33. Nullus ergo se excusare poterit quod non habet linguam, vnde possit aliquẽ edificare. Mox enim vt quemlibet errãtez viderit, prout potest ⁊ valet, aut arguendo, aut obsecrando, aut increpando: ab errore retrahat, ⁊ ad peragendum opus bonum hortetur.

¶ Que a sacerdotibus sunt suis populis predicanda. Cap. 5.

Que autem a sacerdotibus suis plebibus sint predicanda ⁊ annunciãda sequẽtes canones denunciant. ¶ Ex concilio Rothomagensi. Ca. 1. In primis predicandum est omnibus generaliter, videlicet, vt credãt patrẽ ⁊ filiũ ⁊ spiritũ sanctũ vnũ deũ esse omnipotẽtem qui omnia fecit, ⁊ vnam esse deitatem, ⁊ substãtiam ⁊ maiestatem in tribus personis, patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. ¶ Ibidem. cap. 2. Item predicandum q̃ filius dei incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine pro salute humani generis passus sepultus: tertia die resurrexit: ⁊ celũ ascendit in fine mundi veniens iudicare omnes homines ẜm propria opera: q̃ impij cum diabolo in ignez eternum mittentur: iusti cum Christo in vita eterna erunt. Matthei. 25. ¶ Ibidem. Cap. 3. Item predicandũ q homines in propria carne resurgent. ¶ Ex concilio Remensi. Cap. 2. Jubendum est vt oratio dñica in qua omnia necessaria humane vite comprehẽduntur, ⁊ symbolũ apostolorũ in quo fides catholica ex integro comprehenditur, ab omnibus discatur

tam

tam latine quã barbarice: vt quod ore profertur, corde credatur ꝛ intelligatur. ¶ Ex eodem. Cap. 8. Omnis presbyter omnibus parochianis suis symbolum ꝛ orationẽ dñicam aut ipse insinuet, aut alijs insinuandam iniungat. Et cum ad confessionem tẽpore quadragesime veniunt, hec ab vnoquoqꝫ memoriter sibi decantari faciat. Nec ante sanctam communionem alicui tradat, nisi hec ex corde pronuntiare voluerit. Siquidem sine horum sciẽtia nullus saluus esse poterit. In vno enim fides ꝛ credulitas christiana cõtinetur, in alio quid adorare ꝛ petere a deo debeamus exprimitur. Quod vero sine fide nemo potest esse saluus dominus ostendit cum dicit. Marci vltimo. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit, saluus erit. Nullus autẽ credere potest quod nescit, nec audiuit. Ait enim Paulus. Quomodo credent ei quem non audierunt? Nec sola sufficit fides in corde, nisi etiam verbis enuncietur, vt idem Apostolus testis est. Corde enim, inquit, credit' ad iudiciũ, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Roma. 10. Nullus autez de stoliditate sensus ꝛ tenuitate igenij causet', qa hec tã parua sunt, vt nemo tã hebes ꝛ barbarus sit, q hoc discere ꝛ verbis cõibus pronũtiare non possit. Tã magna vt qui hoꝝ scientia pleniter capere potuerit: sufficere sibi credatur ad salutem perpetuam. ¶ Sacerdos populum instruere debet q varia superstitionum genera vitet; ꝛ de illorum penis. Cap. 6.

Quia vero fides super omnia inconcusse ꝛ firmiter tenenda est: ꝛ omnia diaboli figmenta ipsi fidei aduersantia propulsanda sunt, sacerdos admonere populum debet de sortilegijs, prestigijs, incantationibus, obseruationibus temporum ꝛ rerum. ¶ Ex concilio Bragarensi. Cap. 6. Siquis diuinos ꝛ sortilegos in domum suam introduxerit quasi vt malũ foris mittat, aut maleficia iueniat, quinqꝫ annis peniteat. ¶ Ex eodem cap. 10. Non licet christianis traditiones gentium obseruare, vel colere elementa aut lunam, aut stellarum cursum ꝛ inanem signorũ fallaciam considerare pro domo facienda, ꝛ ad coniuga sociãda. Scriptũ est enim Coloss. 3. Omnia quecũqꝫ facitis in verbo aut in opere, in nomine domini nostri iesu christi facite, gratias agẽtes deo. Siquis autez hoc fecerit, seuerissime corripiat' ꝛ canonice peniteat. Ex dictis beati Ambrosii episcopi. Apostolꝰ dicit, Dies obseruatis ꝛ mẽses, ꝛ tẽpora, ꝛ annos, timeo ne sine causa laborauerim i vobis. Galat. 4. Dies ꝫ obseruãt q dicunt. Puto crastino proficiscendũ nõ est. Post crastinũ enim non debet aliquid inchoari. Et sic solent magis decipi. Ni

colunt menses qui cursum lune perscrutãtur dicentes. Septima luna instrumẽta cõhei nõ debet, noua autẽ luna emptũ seruuz domũ duci non oportet, ⁊ per hec solent facilius aduersa prouenire. Tempora vero obseruant cũ dicũt. Hodie veris initiũ est: ⁊ ideo festiuitas est. Et rursum. Postremũ est: domũ egredi non licet. Annos sic colunt cum dicunt. Calendis Januarij nouus annus est: quasi nõ quotidie annus impleatur. Hec superstitio longe esse debet a seruis dei. Siquis in hac perfidia detegitur clerici annum vnũ, laici dimidiũ peniteãt. ¶ Ex cõcilio Bragarẽs. cap. xi. Non licet in collectione herbarũ medicinalium aliquas obseruationes vel incãtationes attendere, nisi tantũ cum symbolo diuino ⁊ oratione dominica, vt deus ⁊ dominus noster honoretur. ¶ Ex concilio Tiburtensi. Cap. 4. Siquis manducat aut bibit, aut portat super se vnde existimat dei iudiciũ peruertere posse ⁊ exinde comprobatus fuerit: eadem sententia feriatur: quia magi ⁊ arioli ⁊ incantatores ferirentur. ¶ Ex penitentiali Theodori episcopi. In tabulis vel codicibus sorte futura non sunt requirenda: ⁊ vt nullus in psalterio vel in euangelio vel alijs rebus sortiri presumat, nec diuinationes aliquas in aliquibus reb⁹ obseruare. ¶ Ex concilio Agathensi. Cap. 4. Perquirendum si aliqua femina sit que per quedam maleficia ⁊ incantationes mentes hominum se immutare posse dicat, id est vt de odio in amorẽ de amore in odiũ conuertat: aut bona hominum aut damnet, aut rapiat. Talis omnimodis scopis correpta ex parochia eijciatur. ¶ Ex concilio Augustensi. Admoneant sacerdotes fideles populos vt nouerint magicas artes incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre: nec animalibus languentibus claudicantibus vel etiam moribundis quicquam mederi, sed hec esse laqueos ⁊ insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et siquis exercuerit, clericus degradetur. laicus anathematizetur. ¶ Ex dictis beati Augustini. Ligature execrabilium remediorum quas ars medicorum non comendat, seu in precantationibus seu in characteribus, vel in quibuscunq; rebus suspendendis atq; ligandis: in quibus omnibus ars demonum ex quadam pestifera societate hominum ⁊ angelorum exorta, vitande sunt christiano: ⁊ omni penitus execratione repudiande atque damnande. ¶ Ex concilio Aurelianẽs. Cap. 3. Falsa angelorum nomina christiani non colant, sed ea tantum, que prophetica ⁊ euangelica docet scriptura: id est Mi-

chael,

chael, Gabriel, ꝛ Raphael. ¶ Sacerdos admonere debet fi/deles qualiter in ecclesia conuersari debeant, ꝛ qualiter virtutes debeant predicare ꝛ vitia detestari. Cap. 7.

Admonere etiam debent sacerdotes plebem, vt cum reuerētia in ecclesia cōuersent. ¶ Ex cōcilio Turronensi. Cap. 38. Sacerdotes debent fideles admonere, vt quando ad ecclesiam conueniunt, sine strepitu, ac tumultu eam ingrediantur. In qua etiam quandiu orationis causa morantur nequaquam inanes inter se proferant confabulationes, sed tempore, quo missarum solemnia celebrantur non solū ab otiosis ꝛ inutilibus verbis, verū etiam a pernitiosis cogitationibus funditus abstinendū sit. ¶ Ex cōcilio Turronensi. Cap. 3. Si eniꝫ domus dei orationis domus vocatur: hoc debet esse quod dicit: nec ibi aliquid geri debet aut recondi. Ubi eniꝫ corpus domini conseruatur, ibi angelorū presentia nō dubitatur adesse. Ubi sanctorū reliquie recondite venerantur, ne quid inhonestum appareat quod oculos ad orationem venientium offendat, ne quid videatur, quod ad lucrum tēporale pertineat, sed omnia sancta: omnia munda, ꝛ tantūmodo ad ecclesiasticum ministeriū pertinentia. ¶ Ex cōcilio Remensi. Cap. 5. Obseruandū est vt mensa Christi, id est altare vbi corpus dominicū cōsecratur, vbi sanguis eius hauritur, vbi sanctorum reliquie reconduntur, vbi preces ꝛ vota populi in conspectu dei a sacerdotibus offeruntur, cū omni veneratione honoretur: ꝛ mundissimis linteis ꝛ pallijs diligentissime cooperiatur: nihilqꝫ super eo ponatur nisi capse cum sanctorū reliquijs ꝛ quatuor euangelia. Expleta missa calix cum patena ꝛ sacramentorū liber cum vestibus sacerdotalibus in mundo loco sub sera recondātur. ¶ Ex concilio Remēsi. Cap. 5. Item predicanduꝫ est de dilectione dei ꝛ proximi: de fide ꝛ spe in deo: de humilitate, patiētia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de confessione: vt fratribus ex corde remittatur. Qui hec ꝛ his similia agunt regnū dei cōsequētur. ¶ Ex eodem concilio. Cap. 4. Item predicandū est pro quibus criminibus homines cum diabolo cōputantur, que sic apostolus cōnumerat, fornicatio, immūditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitie, contentiones, emulationes, ire, rixe, dissensiones, secte, inuidie, homicidia, ebrietates, comessationes, ꝛ his similia. Quia qui talia agunt regnū dei nō consequentur. Et ideo hec cum omni studio prohibeantur. ¶ Sacerdotes debent monere porcarios ꝛ bubulcos vt saltim diebus festis ad ecclesiam

Porcarij ꝛ bubulci in diebus dñicis audiant missam conueniant. Cap. 8. ¶ Ex concilio Rothoma. Cap. 5.

Admonere debet sacerdotes plebes subditas sibi, vt bubulcos atqꝫ porcarios vel alios pastores vel aratores qui in agris assidue commorantur vel in syluis, ꝛ ideo velut more pecudū viuunt in dominicis ꝛ in alijs festis diebus saltē vel ad missam faciant vel permittāt venire. Nā ꝛ hos Christus pretioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint: pro animabus eorum absqꝫ dubio rationē se reddituros sciāt. Siquidē dñs veniens in hunc mundū nō elegit oratores atqꝫ nobiliores quosqꝫ, sed piscatores atqꝫ idiotas sibi discipulos asciuit, vt ostēderet in facto quod ipse verbis in euāgelio affirmat dicens, Quod hominibus est altum abominabile est apud deū. Et (salua altiore intelligētia) natiuitas nostri redemptoris primo omniū pastoribus ab angelo nūtiatur.

¶ Sacerdos admonere debet populum vt mane ꝛ vesperi saltem pro se orent, ꝛ pro diuersis plagis occurrentibus. Cap. 9.

¶ Ex concilio Aurelianensi. Cap. 10.

Itē instituēdus est populus vt singulis diebus, qui amplius nō potest saltem duabus vicibus orent, mane scilicet ꝛ vespere: dicēs symbolum ꝛ orationem dominicaꝫ: siue. Qui plasmasti me miserere mei. Vel etiam. Deus propitius esto mihi peccatori. Et deo gratias agere pro quotidiane vite cōmeatibus: ꝛ quia se ad imaginem suam creare dignatus sit, ꝛ a pecudibus segregare. His peractis: ꝛ solo deo creatore adorato sanctos inuocet, vt pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur. Hec faciant quibus basilice locus prope est: in basilica. Qui vero in itinere aut pro qualibet occasione in syluis, aut agris fuerit, vbicūqꝫ eos ipsa hora matutina vel vespertina inuenerit sic faciant, scientes deum vbiqꝫ presentem esse: Dicente psalmista. In omni loco dominationes eius. ¶ Ex eodem concilio. Cap. 4. Sacerdotes admoneāt populum vt eleemosynam dent, ꝛ orationes faciāt pro diuersis plagis: quas assidue pro peccatis nostris patimur.

¶ Sacerdos docere debet ciues, vt festa solemnia in ciuitatibus agant, ꝛ que sunt festa de precepto. Cap. 10 ¶ Ex concilio Agatensi. Cap. 5.

Docendi sunt ciues vt pascha, natale domini, ꝛ pentecosten in ciuitatibus cum episcopis suis nisi infirmitas impedierit celebrēt, accipiēde cōmunionis vel benedictionis gratia. Et qui hoc neglexerit cōmunione priuet. Que festa celebrāda sint sub ꝑcepto habent. ¶ Ex cōcilio Luzdunēsi. Cap. 4. Itē pronunciandū est vt sciant tēpora feriandi per annum, id est

omnem

omnē diē dominicā a vespera vsq3 ad vesperā: ne iudaismo capiā
tur: feriandi vero per annū sunt isti dies. Natalis domini. San/
cti Stephani, Sancti Joannis euangeliste, Innocentum, San/
cti Syluestri, Octaua domini, Theophania, Purificatio sancte
Marie, Sanctum Pascha cum tota hebdomada, Rogationes
tribus diebus, Ascensio domini, Sancti dies Pentecostes, Cor
pus christi, Sancti Joannis baptiste. Duodecim apostolorum,
maxime tamen sanctorum Petri & Pauli, qui mundum sua pre/
dicatione illuminauerunt, Sancti Laurentij, Assumptionis san/
cte Marie, Natiuitatis sancte Marie, Dedicationis basilice
sancti archangeli Michaelis, Dedicatio cuiuscunque oratorij, &
omnium Sanctorum, Sancti Martini. Et ille festiuitates, quas
singuli episcopi in suis episcopijs cum populo collaudauerint,
que vicinis tantum circummorantibus inducende sunt, non ge/
neraliter omnibus. Relique vero festiuitates per annum non
sunt cogende ad feriandum nec prohibende. Indictum vero ie/
iunium quando fuerit denunciatum ab omnibus obseruetur.

¶ Ex concilio apud compendium. Cap. 2. Omnes dies domini
cos a vespera in vespera cum omni veneratione obseruari decre/
uimus: & ab illicito opere abstinere, & vt mercatus in eo minime
sit nec placitum vbi aliquid ad mortem vel ad penam iudicatur.
Nec sacramenta iurentur, nisi pro pace facienda. ¶ Sacerdos
debet monere populum super decimis persoluendis. Cap. 11.

Debet etiam Sacerdos populū admonere de decimis deo
solnendis, sicut dicit sanctus Augustinus, qui in cōcilio ma/
guntinēsi cap. 4. allegatur. De decimis Augustinus doctor vene
rabilis dicit. Decime ex debito requirūt. Quid si diceret deus,
Népe meus es homo, mea est terra, quaz colis, mea sum semina
que spargis, mea aīalia, que fatigas, meus est solis calor. Et cum
omnia mea sint, tu qui minus accōmodas solā decimā merebaris.
Sed reseruo tibi nouez, da mihi decimā. Si nō dederis mihi de
cimaz, auferā nouē. Cū itaq3 iudaicus populus preceptū decima
rū tāta diligētia obseruaret, vt de minimis quibusq3 olusculis, ru
ta vz, menta & cymino (vt etiā dn̄s testat̄) decimas darent, cur non
maiori studio pleb; euangelica eandē impleat iussionez, cui & ma/
ior numerus est sacerdotū, & syncerior cultus sacramētoꝝ? Ideo
ergo dāde sunt, vt hac deuotione deus placatus largius p̄stet que
necessaria sunt, sicut superius ostendimus. Erunt sacerdotes ac
ministri ecclesie cura & solicitudine necessitatum corporaliū, sine

quibus hec vita transigi non potest, releuati, vt liberiores fiant ad meditationem diuine legis ⁊ doctrine administrationem: atqꝫ spiritualis seruitijs voluntariam expletionem. Et vt munus populi in quotidigna oblatione domino immoletur, necnon secundũ statuta canonica in sustentationem pauperum ⁊ restitutionem ecclesiarum proficiat: quatuor partes iuxta canones fieri de fideliũ oblationibus debent, vt vna sit episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationum ecclesiarum seruetur. ¶ Ex eodem concilio maguntinensi. Cap. 38. Admonemus atqꝫ precipimus, vt decime deo omnino dari non negligantur: quas deus ipse dari sibi constituit, quia timendum est vt quisquis deo suum debitum abstrahit, ne forte deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua. ¶ Ex concilio nanetensi. ca. 159. Precipiendum secũdum canonum authoritatem, vt de sepulchris ⁊ hominibus sepeliendis nihil muneris exigatur, nisi forte qui sepelitur viuens iusserit ecclesie, in cuius atrio sepelitur de suis rebus aliquid tribuere, aut etiam post mortem illi, quibus commissuꝫ est eius eleemosynam facere de rebus illius aliquid dare spõte voluerint. Tamẽ nullatenus a presbyteris illis aliquid exigat, siue ab illis, qui locis ⁊ vicis presunt. ¶ Sacerdos semper sacrum chrisma deferre, ⁊ in conuiuijs honeste se habere debet. Cap. 17. ¶ Ex concilio bascensi. Cap. 5.

Nullus presbyterorum in plebe sibi commissa sine chrismate vnquã debere progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem, qui in baptismate quacunqꝫ necessitate faciente nõ chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdotis perficiatur. ¶ Ex concilio apud valentiam. Cap. 2. Presbyteri, qui diocesanas regũt ecclesias nõ a quibuslibet episcopis, sed a suo, nec per iuniorem clericũ, sed per seipsos, aut per illos, qui eiusdẽ ordinis sint ante pasche solemnitatẽ chrisma petant. ¶ Ex cõcilio tironẽsi. Cap. 3 Obseruandum est, vt sacrum chrisma ⁊ oleum consecratũ sẽp sub sera sit, ne illud vnde christo incorporamur ⁊ vnde omnes fideles sanctificãtur, vnde reges ⁊ sacerdotes inungũtur, aliquis infidelis aut immundus tangat: aut aliquis perfidus ad dei iudicium subuertendũ surripiat, quod experimẽto didicimus. ¶ Ex cõcilio neocesariẽsi. Cap. 7. Presbyterũ in nuptijs bigami prandere non conuenit, quia cum penitentia bigamus indigeat, quis erit presbyter, ꝗ propter cõuiuium talibus nuptijs possit prebere cõsensum? ¶ Ex dictis beati Augustini. Presbyteri diaconi, vel subdiaconi, vel deinceps qb⁹

ducendi vxores non est licitum, etiam alienarum nuptiarum eui/
tent conuiuia: neqȝ his cetibus admisceantur, vbi amatoria can/
tantur & turpia, aut obsceni motus corporum choris & saltationi/
bus offeruntur, ne auditus & obtutus sacris mysterijs deputatus
turpium spectaculorum atqȝ verborum contagione polluatur.
¶ Ex concilio africano. Cap. 6. Pro reuerentia dei & sacerdo/
tum id vniuersa sancta synodus statuit, vt quia solent crebro men/
sis otiose fabule interponi in omni sacerdotali conuiuio lectio scri
pturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim & anime edifican/
tur ad bonum, & fabule non necessarie prohibentur. ¶ Ex conci/
lio antiocheno. Cap. 11. Siquis episcopus aut presbyter aut
quilibet regule subiectus ecclesie preter consilium & literas epi/
scoporum prouincie & precipue metropolitani adierit imperato/
rem, hunc reprobari & abijci oportet non solum a cōmunione, ve/
rum & ab honore cuius pticeps videtur existere. Quia venerandi
principis auribus molestiam tētauit inferre cōtra leges ecclesie.
¶ Que sacerdotes ac clerici obseruare debeant ex synodali ad/
monitione compendiose excerpta. Cap. 13.

FRatres charissimi consacerdotes & cooperatores nostri,
nouit fraternitas vestra nos (licet indignos) locum tene/
re Aaron: vos autem Eleazari & Ithamari: nos fungi vice .12.
apostolorum, vos autem .72. discipulorum. Nos pastores vestros
esse, vos autem animarum vobis commissarum. Nos de vobis,
vos autem de plebibus vobis commendatis domino nostro Je/
su christo rationem esse reddituros, vt in die tremendi iudicij in/
ter bonos dispensatores inueniamur. Et ideo charissimi videte
periculum vestrū. ¶ Admonemus itaqȝ & obsecramus frater/
nitates vestras, vt que vobis suggeremus, memorie commende/
tis, & opere exercere studeatis. In primis igitur admonemus &
obsecramus fraternitatem vestram, vt vita & conuersatio vestra
sit irreprehensibilis. ¶ In domibus vestris mulieres non coha/
bitent. ¶ Omni nocte ad nocturnas horas surgite. ¶ Officium
vestrum horis certis decantate. ¶ Nullus vestrum nisi ieiunus
missam celebret, & nō in vestibus cōmunibus, sed sacris. Amictu,
alba, cingulo, manipulo, stola & casula vestimentis nitidis, que ad
alios vsus non seruiant parati: deuote & religiose celebrate, & in
ea corpus & sanguinem domini cum omni reuerentia & tremore
sumite. ¶ Corporalia & palle ex lino fieri debent & sint mundissi/
ma: que & alia lintea ac vasa sacra proprijs manibus abluite, & ex/

tergite diligēter. ¶ Altare sit coopertum mundis linteis saltem tribus diuersis, ad quod nulla femina accedat aut calicem tangat, ⁊ super altare nihil ponatur nisi reliquie, ac res sacre ⁊ pro sacrificio opportunę. ¶ Missalia, gradualia, lectionaria, ⁊ antiphonaria vestra, sint completa ⁊ perfecta. ¶ Ecclesie vestre bene sint cooperte ⁊ munde. ¶ In sacristijs siue secretarijs aut iuxta altare maius sit locus aptus ad infundendum aquam ablutionis corporalium, ⁊ linteorum, ac vasorum, ⁊ aliarum rerum sacrarum ac manuum postquam sāctum chrisma aut oleum catechuminorum vel infirmorum tractaueritis. Ibique pendeat vas cum aqua mūda pro lauandis manibus sacerdotum ⁊ aliorum, qui rem sanctam ⁊ officium diuinum sunt peracturi: ⁊ prope linteum mundum ad illas abstergendum. ¶ Atria ecclesie sint bene munita. ¶ Nullus sine scitu ⁊ consensu nostro per potestatem secularem ecclesiā obtineat. ¶ Nullus ecclesiam ad quam intitulatus est dimittat, ⁊ ad aliam questus gratia se transferat. ¶ Nullus plures ecclesias sine titulo ⁊ contra sacrorum canonum dispositiones nancisci presumat. ¶ Nulla tenus etiam vna ecclesia inter plures diuidatur. ¶ Nullus extra ecclesiam in locis non consecratis, aut calcaribus indutus, vel cultellis extra pendentibus celebret. ¶ Nullus alterius parochianum nisi itinerantem, ⁊ tunc de rectoris sui licentia ad communionem recipiat. ¶ Nullus in alterius parochia absq; proprij sacerdotis licentiā celebret. ¶ In celebratione quisq; calicem ⁊ oblata nō circulo aut digitorum vacillatione (vt quidam faciunt,) sed iunctis ⁊ extensis digitis cruce signet, sicq; benedicat. ¶ Calix ⁊ patena sint aurei vel argentei, non erei aut aurichalcei, vitrei vel lignei. ¶ Quisque presbyter clericum habeat vel scholarem, qui cum eo psalmos cantet, epistolam ⁊ lectiones legat ⁊ in missa respondeat. ¶ Ipse quoq; presbyter infirmos visitet ⁊ reconciliet ⁊ iuxta apostolum propria manu communicet, ⁊ oleo sancto inungat. ¶ Nullus presumat tradere communionem laico aut femine, ad ferēdum infirmo. ¶ Nullus pro baptizandis infantibus siue adultis, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, premium vel munus exigat. ¶ Per negligentiam vestram nullus infans sine baptismo, ⁊ adultus sine communione pereat. ¶ Nullus vestrum sit litigiosus aut ebriosus. ¶ Nullus arma ferat. ¶ Nullus canum aut auium iocis inseruiat, seu in tabernis bibat. ¶ Quisq; vestrum quantum sapit de euangelio dominico ⁊ ceteris festiuis diebus sue plebi annunciet.

ciet. ¶ Verbum domini predicate. ¶ Curam pauperum et pe/
regrinorum viduarum et orphanorum habete, ipsosqz peregri/
nos ad prandium vestrum vocate. ¶ Estote hospitales, aliis ex/
inde bonum exemplum prebentes. ¶ Singulis diebus domini/
cis ante missam aquam qua populus aspergitur benedicite: ad
quod vas proprium habetote. ¶ Vasa sacra et vestimenta sacer/
dotalia nolite negotiatori, aut tabernario in pignus dare. ¶ Mi
nus digne penitentem cuiuscunqz rei gratia ad reconciliationem
non adducite, nec ei reconciliationis testimonium perhibete.
¶ Usuras non exigite. ¶ Nec facultates vestras post ordinatio/
nem vestram acquisitas alienate, quoniam ecclesie sunt. ¶ Nul/
lus etiam res, possessiones, aut mancipium ecclesie vendere, com/
mutare, aut quocunqz ingenio presumat alienare. ¶ Nullus de/
cimam alterius recipiat. ¶ Nullus penitentem carnem mandu/
care aut vinum bibere inuitet, nisi pro eo tunc eleemosynam fece/
rit. ¶ Quisqz fontes baptismales lapideos habeat bene mun/
dos, quos si habere non poterit, vas aliud ad hoc opus solum de/
putatum teneat. ¶ Omnibus parochianis vestris symbolum et
orationem dominicam et ieiunia quatuor temporū et alia ecclesie
mandata significate obseruanda. ¶ Ante quadragesimam quar/
ta feria populum ad confessionem admonete, et cōfessis iuxta qua/
litatem criminum penitentiaz iniungite. ¶ Tribus tēporibus in
anno, id est natali domini, pasche, et pentecostes, omnes fideles
accedere ad communionem corporis dñi nostri Jesu Christi in/
uitate, et ne desit quin saltim in pascha communicent. ¶ Ceteris
temporibus coniugatos ab vxoribus abstinere exhortemini.
¶ Nullus vestrum rubeis aut viribus vestibus vtatur. ¶ Diez
dominicaz et ceteras festiuitates absqz opere seruili a vespera ad
vesperam celebrari docete. ¶ Cantus et choreas mulierum in
atrio ecclesie fieri prohibete. ¶ Incantantiones super mortuos
nocturnis temporibus a vulgo fieri consuetas sub obtestatione
dei omnipotentis vetate. ¶ Cum excommunicatis nolite com/
municare. Nec quis vestrum eis vel in eorum presentia celebra/
re presumat, quod etiam plebi nunciate. ¶ Et q nullus ex plebe
vxorem domum ducat, nisi prius nuptie temporibus ab ecclesia
permissis publice fuerint celebrate. ¶ Quod nullus ad raptam
vel consanguineam accedat, aut alterius sponsam ducat, omnibus
prohibete. ¶ Porcarios et alios pastores saltim dominica faciatis
vocari ad missam. ¶ Patrinos, vt filios, suos symbolum et oratio/

nem dominicam doceant, aut doceri faciant exhortamini. ¶ Sacramētum eucharistie, sanctum chrisma, ⁊ oleum catechuminorū ac sanctum, seu infirmorum in ecclesia in loco mundo condecenti ⁊ securo sub sera ⁊ fida custodia diligenter seruate. ¶ Quisqꝫ vestrum expositionem symboli ⁊ orationis dominice iuxta orthodoxorum patrum traditiones penes se habeat, easqꝫ ac orationes missarum ⁊ epistolas ⁊ euangelia ⁊ canonem bene intelligat: ex quibus predicando populum sibi commissum sedulo instruat maxime non bene credentem. ¶ Introitum misse orationes, epistolam, graduale, euangelium, symbolum ⁊c. non secreta, sed alta ⁊ intelligibili voce proferat. Secretas vero ⁊ canonem morose ⁊ distincte submissa voce legat. ¶ Psalmorum verba ⁊ distinctiones regulariter cum canticis consuetis intelligibiliter pronunciet. ¶ Symbolum Athanasii de trinitate ⁊ fide catholica memoriter teneat. ¶ Exorcismos ⁊ orationes ad catechuminos faciendos ⁊ reliquas preces super masculum ⁊ feminam pluraliter vel singulariter respectiue distincte proferat. ¶ Ordinem baptizandi ⁊ ad succurrendum infirmis, reconciliationis ⁊ commendationis anime, ⁊ in agēdis exequijs defunctorum, iuxta modum canonicum obseruet. ¶ Exorcismos ⁊ benedictiones salis ⁊ aque pertinentes legat. ¶ Cantū diurnū ⁊ nocturnū sciat. ¶ Computū etiā minorē ad inueniendū literam dominicalem, tempus internalli diei pasche, ⁊ maiorum mobiliū festorū nō ignoret. ¶ Martyrologiū integrū habeat. Ut ꝑ hec ⁊ alia bona opera vna cū populo vobis credito perpetua beatitudine perfruamini. Prestante domino nostro Jesu Christo: cui est honor ⁊ gloria in secula seculorū. Amē.

¶ Expliciunt preambula presentis operis.

¶ Diuisio generalis totius operis in tres partes.

¶ Prima pars continet quemadmodum sacerdos curatus debeat ecclesiastica sacramenta ad eius ministerium pertinentia, ⁊ illis annexa, adiuncta ⁊ accidentia debite conficere, ministrare, conseruare, ⁊ ad salutem animarum exhibere.

¶ Secunda pars continet qualiter sacerdos res ad eius officiū spectantes benedicere ⁊ sanctificare debeat.

¶ Tertia pars continet qualiter sacerdos processiones ⁊ alias cerimonias diuersis temporibus diebus ⁊ euentibus accommodas perficere habeat, cum exorcismis demoniacorum computo ecclesiastico, ⁊ cantus breui informatione.

¶ Tractatus

¶ Tractatus primus, prime partis Sacerdotalis de sacramento baptismi.

¶ De triplici baptismo et eius efficacia. Cap. I.

Quia ergo baptism⁹ est ianua, fundamẽtum, et primus omnium sacramentorum. de cõse. di. 4. ca. cum itaqz. 32. distin. §. verum et s. Tho. 3. pte. q. 66. arg. 6. et sine eo non est salus. de cõsecra. distin. 4. cap. firmissime. primum de eo tractandũ est. ¶ Inuenitur autem triplex baptismus. s. flaminis, sanguinis, et fluminis, id est aque: vt colligitur de consecra. distin. 4. ca. Baptismi vicem. cap. In summa. et c. catechuminum. 1. q. 1. c. Firmissime. s. Tho. 3. parte. q. 66. argu. 11. et 12 ¶ Prim⁹ baptism⁹ ẽ flaminis: id ẽ spiritus sancti. Act. 1. Uos autẽ baptizabimini spiritu sancto, et est quando aliquis habet propositum suscipiendi baptismum modo debito si facultas dabitur, et non per negligentiam vel contemptum illuz dimittit: sed q; non valet ipsum attingere, quoniam talẽ defectum supplet virtus spũs sancti. de conse. dist. 4. ca. Baptismi vicez: et de bapti. et eius effec. c. debitum: et sequentibus. et ibi notatur in glo. de presbyterum nõ bapti. ca. Ad apostolicam. Hic autem baptismus delet culpam, et valet solum adultis vsum rõnis habentibus. ¶ Secundus baptismus est sanguinis, id est martyrij. de quo Joan. 12. Ego baptismus habeo baptizari etc. Apocal. 7. Dealbauerunt stolas suas in sanguine agni. de cõsec. dist. 4. ca. Catechumini: et cap. Baptismi vicem in princ. et de presby. nõ bapti. cap. 2. et 3. in fine. Et s. Tho. in. 4. sen. dist. 4. argu. 3. Et iste baptismus sanguinis est quando quis etiam non baptizatus aqua pro fide christi martyrium patitur: sicut innocentes ab herode interfecti, Matth. 2. Et oratores beate Catherine virginis et martyris: et scã Emerẽtiana collactanea beate Agnetis. Et iste baptismus delet culpam et penam, et proficit non solum adultis, sed etiam paruulis: quando ob detestationem fidei christiane, quam tenebant eorum parentes, occiduntur, secundũ theologos. Et secundũ dominũ Petrum de palude ordinis predica/

Baptism⁹ flaminis.

Baptism⁹ sanguinis.

torū: ⁊ patriarchā hierosolymitanū in. 4. sent. puer in vtero mr̄is existens martyrizari potest. Et ita mulier pregnās pro christo interfecta vna cum prole est martyr. ¶ Tertius est baptismus fluminis: id est aque. de quo dominus Jesus Joan. 3. ait. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ spū sctō nō pōt introire in regnum dei. Et ibidem venit Jesus in terrā iudeam ⁊ baptizabat. Qui quidez baptismus in fide christi ab ecclesia suscipitur ⁊ delet culpam ⁊ penā ⁊ confert gratiam. De summa trini. c. i. in clemen. Et iste conuenit magnis, id est adultis ⁊ paruis. De conse. di. 4. c. Per aquam.

Fluminis baptismus.

¶ Ex dictis Fabiani pape. Baptismus grece latine tinctio interpretatur. Qui idcirco tinctio dicitur, q2 ibi homo spiritū gratie in melius mutat: ⁊ lōge aliud q̄ȝ erat efficitur. Baptizat in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti. Sicut in trib⁹ psonis stat omne verbū, ita hoc sacramentū ternarius numerus diuinorum noīuȝ, id est p̄ris ⁊ filij ⁊ spūs sci efficit. hec ille. ¶ Sacerdos igit̄ baptizatur⁹ circa hoc sacr̄ȝ septē ↄsiderare debet. vȝ. ¶ De varia baptismi istitutiōe. c. 2.

Institutionem
Materiam
Formam
Ministrum
Personam baptizandam
Ritum baptizandi
Effectum baptismi

INstitutio hui⁹ sacramenti baptismi fuit multipliciter facta. s. Materialiter ⁊ inchoatiue q̄n christ⁹ tactu sue mūdissime carnis, vim regeneratiuā aquis contulit Matth. 3.

¶ Preceptiue: q̄n dixit nicodemo. Joan. 3. Nisi qs renatus fuerit ex aqua ⁊c. ¶ Effectiue: quando christus passus est in cruce: ⁊ de latere eius exiuit sanguis ⁊ aqua. Joan. 19. ¶ Executiue, quando christus dixit discipulis. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Matthei. 28.

¶ Q̄ aqua naturalis ⁊ pura ↄuemetior est baptismi materia. c. 3.

MAteria sacramenti baptismi est aqua simplex elementalis ⁊ naturalis. Que quidem est cōuementior omnib⁹ alijs liquoribus. ¶ Primo quia aqua habet vim refrigerandi ⁊ sanandi. ¶ Secundo quia est magis cōis ⁊ quasi vbiqȝ inuenitur. ¶ Tertio quia fluxit de latere christi. ¶ Quarto q2 spiritus sanctus viuificans primo super aquas apparuit. Gen̄. 1. Spūs dn̄i ferebat̄ sup aquas. ¶ Quinto quia Christus in aquis baptizatus apparuit. Unde in qualibet aqua naturali potest fieri baptismus, siue salsa sit, siue dulcis, maris, fluminis, lacus, cisterne, putei, calida vel frigida. Sanctus Tho. 3. parte. q. 66. arg. 3. ⁊. 4. ⁊ in. 4. sent. dist. 3. q. 1. arg. 3.

arg.3. propter multas rationes ibi adductas. Non aũt in vino, oleo, aut alio liquore, quia tales vel similes liquores de latere christi non exiuerunt. Nec etiam in aqua artificiata, vt rosacea: ⁊ alijs aquis lãbicatis: q2 nõ sunt ꝓprie aque naturales: nec etiã in vrina, sudore, saliua, cholera, phlegmate, vel aqua ex sale resoluta. In lixiuio vero deficiente aqua pura, ⁊ in aqua lutosa: sed colata: ⁊ in aqua pluuiali ⁊ resoluta ex niue, glacie, rore, vel pruina potest fieri baptismus: non autẽ cũ niue, glacie, rore, vel pruina nõ resolutis in aquã: secundũ eũdẽ vbi. supra. ⁊ ꝺm dñi Petrum de palude in. 4. sen. ¶ Põt ẽt in tpe necessitatis fieri ĩ brodio depurato ⁊ nõ multũ spisso deficiẽte aqua naturali. Et silr põt fieri ĩ aqua sulphurea siue balneis. Non autẽ in aqua quã alchimiste faciũt ad mutandũ metalla. Tpe vero hyemis ꝺm dñm Albertũ magnum ordinis ꝑdicatorꝫ: ⁊ epm ratisponẽsẽꝫ dꝫ calefieri aqua nõ bñdicta ⁊ misceri aque baptismali ne aqua frigida noceat infanti. Hec oĩa ex scõ Thoma ⁊ ceteris theologis excerpta sunt. Aqua baptismi debet esse benedicta ⁊ sacro chrismate nouo permista nisi in necessitate. Et contrarium faciens extra casum necessitatis mortaliter peccat. de conse. dist. 4. ca. Siquis: ⁊. s. Tho. in. 4. sent. ¶ Que sit forma baptismi, ⁊ qualiter in ea posset errare baptizans. Cap. 4. Ex. 4. sent.

Forma sacramenti baptismi est duplex: vna ꝺm ritum orientalium seu grecorũ, que est ista: vꝫ Baptizetᷣ. N. seruus chri in nomine pr̃is, ⁊ filij, ⁊ spũs scti. Et hec forma ab ecclesia sustinetᷣ. Ex concilio Florentino sub dño Eugenio papa. 4. Ubi in bulla Armenorũ que incipit. Exultate deo: sic habetur. Forma baptismi. hec est. Ego te baptizo. In nomine pr̃is, ⁊ filij, ⁊ spũs sctĩ amẽ. Nõ tamẽ negamꝰ qn ⁊ ꝑ hec verba: Baptizetᷣ talis seruus chri, In noĩe pr̃is, ⁊ filij, ⁊ spũs scĩ. Uel baptizetᷣ manibus meis talis seruus christi. In noĩe pr̃is, ⁊ filij, ⁊ spũs scĩ, verũ ꝑficiatᷣ baptisma. Qm̃ cũ principalis cã, ex qua baptisma virtutem habet sit scã trinitas, instrumentalis aũt sit minister, qui tradit exterius sacr̃m, si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministrũ, cum sancte Trinitatis inuocatione ꝑficitur sacramẽtum. Hec ibi. ¶ Alia forma est latinorũ seu occidentaliũ, que est sancte Romane ecclesie, que ꝺm. s. Tho. 3. parte. q. 66. ar. 5. completior est ⁊ conformior verbis christi. s. Docete omnes gentes baptizantes ⁊c. Matthei. 28. que est ista. Ego te baptizo in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spũs sancti amẽ. De conse. dist. 4. ca. prima igitur circa finem. ⁊ ca. siquis presbyter in fi. ⁊ ca. multi in fi. ⁊ ca. propria circa medium. ⁊ cap. in syno/

do.ꝛ ca.ſi vera.de baptiſmo ꝛ eius effec.ca.debitum. In qua qui/
dem forma aliqua ſunt de ſubſtantia ſacri,aliqua non. De ſubſtā/
tia ſunt,Te baptizo in nomine patris,ꝛ filij,ꝛ ſpiritus ſancti. Pro
latio vero perſone baptizantis.ſ. Ego:non eſt de ſubſtātia:quia ſi
non diceretur eſſet baptiſmus verus. Sed in eccleſia latinorum
tacens:ly ego,peccaret mortaliter:quia faceret contra preceptum
eccleſie.de conſe.diſt.4.ca.retulerunt. Amen etiam vbi conſuenit
dici nullo modo debet pretermitti. Si tamē pretermittatur eſt ba
ptiſmus,tamē omittens peccat. Et iſta forma quocunqȝ idiomate
proferri pōt. ¶ Nec licet aliquid mutari vel ptermitti in iſta for/
ma baptiſmi. Que ſi mutaretur ab aliquo volente nouum ritū ba/
ptizandi inducere,non eſſet baptiſmus. Sed ſi anteponatur, vel
poſtponatur aliquid de forma non varians ſenſum(vt ſi diceretur)
Baptizo te ego in nomine patris:ꝛ filij ꝛc.eſt verus baptiſmus ſe
cundum.ſ.Tho.in.4.ſen.ꝛ in.3.parte. ¶ Si autem dicatur. Ba/
ptizo te in nomine genitoris ꝛ geniti: ꝛ ab vtroque procedentis
nihil fit. ¶ Si plures inſimul ex neceſſitate ſint baptizandi poteſt
dici. Ego baptizo vos ī nomine patris ꝛc.ꝛ eſt verus baptiſmus,
non tamen debet fieri niſi in neceſſitate. Tho.3.parte.q.66.ar.5.
ad.3. Si autem poſt debitam formā baptiſmi ex mera deuotione
addatur ꝛ beate Marie virginis vel alicuius ſancti eſt baptiſmus
ſecundum eundem in.4.ſen. ¶ Si verba proferantur corrupte ex
defectu idiomatis vel lingue, vtputa in nomine patria ꝛ filia ꝛc.ſi
non malitioſe tali modo proferantur eſt baptiſmus.de cōſe.diſt.4.
retulerunt. ¶ Si vero magna ſit interpoſitio verborum inter ver
ba forme,vt ſi diceret, Ego te baptizo in nomine patris: ꝛ multa
interponeret verba vel alia faceret:ꝛ poſtea ſubiungeret:ꝛ filij ꝛc.
non eſſet baptiſmus. Si vero pauca diſtantia ſit,vt ſi diceret aſtan
tibus. Tacete vel excrearet aut ſpueret eſt verus baptiſmus.argu.
de conſec.diſt.4.ſi non ſanctificatur. ¶ Si aūt pbabiliter dubitat
de aliquo an ſit baptizat⁹,baptizat hoc modo. Si es baptizat⁹ nō
te baptizo. Sed ſi nō es baptizat⁹:ego te baptizo. In noīe patris,
ꝛ filij,ꝛ ſpiritus ſancti. Amen.ſ. Tho.3.pte.q.66.arg.9. ad quartū.

Secus in ſacramēto pęnitentiæ, quod nō licet.

¶ Quis ſit idoneus miniſter huius ſacramenti baptiſmi. Cap.5.

Miniſter huius ſacramenti eſt ſolus ſacerdos, qui in tali actu
debet habere ſtolam,ſeu orarium ad collum.23.diſtin. cap.
eccleſiaſtica. In neceſſitate autem quilibet poteſt baptizare cleri/
cus,vel laicus:vir,ſiue mulier:pater ꝛ mater,iudeus,paganus,ex/
cōicatus,hereticus,ꝛ ſchiſmaticus,dūmodo intendat facere quod

intendit

intendit ecclesia.dist.32.ca.preter.§.verum.24.q.1.ca. subdiacon⁹.
ca.si quem.de sum.tri. ca.firmiter. De baptismo ꝛ eius effec.ca.
de quibus.32.q.4.ca.iste.de cōsecr.dist.4.cap.constat.ꝛ ca.Roma/
nus.1.q.1.ca.dictum est a domino. De conse.dist.4.a quodā iudeo.
s.Tho.ꝛ Petrus de palude in.4.sent. Nec debet reiterari dum/
modo baptizans seruet formam supradictam. Extra casum neces/
sitatis nulli licet baptizare nisi sacerdoti parochiano, alias effice/
retur irregularis. De cle.non ord.mi.ca.1. Immo sacerdos non
debet aliquem baptizare si nō sit eius parochianus.16.q.1.cap. In
terdicimus.s.Tho.3.parte.q.67.arg.4.ad secundum. Diaconus ta
men potest solēniter baptizare in extrema necessitate in absentia
presbyteri: vel si a presbytero ei iussum fuerit propter multitudi/
nem baptizandorum: cū solus sacerdos non potest supplere. Nec
laicus presente clerico: nec clericus presente sacerdote: nec mulier
presente viro: nec infidelis presente fideli possunt baptizare secun
dum.s.Tho. Melius autem est baptizari a laico quā a sacerdote
excōicato, heretico, vel suspenso. Demon nō potest baptizare, sed
angelus ꝛ aīa separata possunt deo permittente. sm.s. Tho.in.4.
sent. ¶ Nec refert vtrū bonus vel malus sacerdos baptizet quā/
tum ad virtutem baptismi: verūtamen melius est baptizari a bono
quā a malo: non tamē est melior baptismus a bono quā a malo. de
conse.dist.4.ca. Inter bonos.ꝛ.ca.sequentibus.s.Tho.3.pte.q.64.
ar.1.ad secundū. ¶ Presbyter in peccato mortali existēs si solēni/
ter baptizat peccat mortalr̄, si autē ex necessitate non peccat. ¶ Si
monstrū baptizandū est, tutius est baptizare singillatim: quādo ap
parēt duo capita vel duo corpora ꝛc. casu necessitatis amoto: ꝛ in se
cūdo dicere. Si nō es baptizat⁹ ego te baptizo. In noīe patris ꝛc.
Nullus seipsum potest baptizare. de cōse. di.4.cap. Baptismi. de
bap.ꝛ eius effec.ca. Debitū. Requirit autē in baptizāte etiā intē/
tio baptizādi, qꝛ in persona ecclesie hoc sacramentū ministrat. Si
autē sacerdos vel alia psona baptizans intēdit hāc personā bapti/
zare siue marē siue feminā est baptizata. Si vero intēdit baptiza/
re marē ꝛ est femina: vel ecōtra nō est baptism⁹. Baptizās aliquē
ex ioco si intendit baptizare est baptizatus: tutius tamen est qꝛ sub
cōditione baptizet. ¶ Sacerdos pergēs ad baptizandū semp de
bet chrisma secū portare. de cōse. dist.4.ca. Nullus ministrorū.
¶ Hec oīa suprapposita excerpta sūt ex sctō Thoma ꝛ ceteris theo
logis. ¶ Debēt autem sacerdotes publice omnes tam viros quā
mulieres instruere de modo baptizandi ꝛ forma baptismi ꝛ de in/

Si duo capita mōstrū haberet vno tantum capitis baptismo magis integri & pulchrioris, baptizandus est; quippe quod sit impossibiles talis casus vt duo sint homini capita in nullo secundum nobilitatem differentia

tentione habenda in baptizando aliquem.s.quod faciant sm eã intentionem, quam habet ecclesia, vz baptismũ in noie sancte trinitatis.s.patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti cõferendo. Et de hoc instruẽde sunt potissimum obstetrices propter periculum mortis infantium secundũ materiã ⁊ formã predictas.s.in aqua naturali ⁊ cũz forma verborum vt supra.

Quis debeat baptizari, ⁊ quis non. Cap. 6.

Legibus omnes parere debent, etiam iusti quandoq; licet ipsi tamen illi subiecti sint.

Persona baptizanda que sit, Et dicitur quod omnes homines mundi tenentur ex necessitate suscipere sacramentũ baptismi. Et secundum.s. Tho.etiam si esset in vtero matris sanctificatus, aliter non posset saluari iuxta illud. Nisi quis renatus fuerit ⁊c. Joan.3. ¶ Puer in ventre matris existens nec apparens extra non est baptizandus.de cõse.dist.4.ca. Si ad matris.s. Tho.in 4.sen.dist.6.q.1.arg.1.questiuncula.1.ad.3. Et in secundo casu si vixerit infans secũdũ quosdã sub cõditione est baptizãdus. ¶ Pueri baptizãdi sunt q̃ztocyus fieri põt ꝓpter mortis periculũ: adulti vero prius per aliquod tẽpus sunt ꝓbãdi ⁊ instruẽdi, ne faciant iniuriam sacramẽto resiliẽdo a proposito sancto. ¶ Amentes etiã ⁊ furiosi baptizari possunt in fide ecclesie. Sed si habuerint aliqua lucida interualla: ⁊ non petierint baptismũ, baptizari nõ possunt. Idem dicẽdum est de dormiẽtibus. De bapt.⁊ eius effec.ca.maiores. ¶ Peccatores in peccato perseuerare volẽtes nullo modo sunt baptizandi. Aliter vero dicendum est de illis, qui dolent de preterito ⁊ volunt cauare a futuris.s.q̃ sunt baptizandi. ¶ Pueri iudeorum ⁊ gentiliũ ante vsuz rõnis inuitis parẽtibus nõ sunt baptizandi.28.q.1.ca. Iudeorum. ¶ Pueri etiam expositi ⁊ inuenti baptizandi sunt: si ignoratur an sint baptizati. Similiter oẽs de quibus dubitatur an sint baptizati sunt baptizandi, sed sub conditione.s. Si non es baptizatus. Ego te baptizo in nomine patris ⁊c. Baptizãdi sunt etiaz infantes a mulieribus baptizati sub cõditione propter earũ ignorantiã. Nõ est proijciẽdus puer in fluuio vel puteo propter defectum aque vt ibi baptizetur: quia peccaret mortaliter qui tale quid faceret. Hec omnia ex sancto Tho.⁊ ceteris theologis in.4.sententiarum excerpta sunt. Illis qui in periculo mortis baptizantur: si euaserint omnia fiant in ecclesia: que alijs fieri sunt consueta: scilicet exorcismi, catechismi ⁊ alia.

¶ Multiplex baptismi ritus, ⁊ qualiter exhibere debeat. cap.7.

Ritus ⁊ modus baptismi est octuplex. ¶ Primus est de substantia baptismi circa materiam ⁊ formam ⁊ actum ablutionis. ¶ Secundus est congruitas temporum.s.sabbatum sanctum

pasche

pasche, et vigilia pentecostes. De conse. distin. 4. ca. Duo tempora. ca. Proprie ca. Siquis. c. de catechuminis. ca. Si qui. et ca. Venerabilis. Sed hoc in pueris propter periculum non seruatur: secundum glo. in dicto ca. Venerabilis. et etiam vsum ecclesie, seruari tamen debet in adultis vt in eadem glo. sed intellige vbi mortis periculum non immineat, vt in ca. Siqui. eadem distin. ¶ Tertius est exorcismus, qui est adiuratio demonum: qua per diuinam potentiam arctantur, vt exeant a baptizando: ne impediant eum a susceptione virtutis baptismi et eius effectus, et ipsius demonis potentia arctatur, quod non potest ei nocere quantum vellet. De consec. distin. 4. ca. Ante viginti. ca. Dehinc. et cap. Sacerdotes. Et hic fit antequam baptismus ministretur. Et ibi fiunt plura. ¶ Primo in fronte signatio et exsufflatio. de conse. distin. 4. ca. Postquam. ca. Sicut nobis. cap. Postea el. 1. et cap. Siue paruulus. Et hec fiunt ad expellendam demonis virtutem. ¶ Secundo benedictio cum manus impositione ad precludendam viam diabolo expulso: dicta distinctio. ca. Sacerdotes. ¶ Tertio aures et nares sputo liniuntur propter fidei receptionem quantum ad aures: et propter aptitudinem eius contra demonicas pugnas quantum ad nares. De vtroque in ca. Postea el. 2. dicte di. ¶ Quartus est catechismus. De consecra. distin. 4. cap. Catechumini. cap. baptizandos. cap. Non liceat. Qui quidem catechismus est instructio baptizandi in fide et moribus et vita christiana, qui debet fieri adultis in persona propria et paruuli in persona patrinorum: vt sciat de quibus eos habet instruere tempore opportuno. Ideo paruulus dicitur. Credis in deum etc. Et patrinus respondet. Credo. s. se daturum operam vt credant. ca. distin. ca. Vos autem. Adulti vero per se debent respondere. De consec. dist. 4. ca. Prima. ca. Paruuli. et ca. Cum pro paruulis. Et hoc etiam fit ante baptismum. ¶ Quintus est inunctio olei sancti. ea. dist. ca. Deinde. et ca. Prima. ca. Deinde. ca. Venisti. et ca. sequentibus. ¶ Sextus est. Aque benedicte et sanctificate effusio vel aspersio secundum doctores vel trina immersio secundum locorum consuetudinem: vel etiam vnica: vt in ca. Postquam el. 1. ca. de trina. ca. propter. ca. di. ¶ Septimus est trium rerum post baptismum exhibitio. ¶ Primo chrismatis inunctio in verticem: non autem in fronte: que designat descensum spiritus sancti. ca. venisti. ca. postquam el. 2. ca. emersisti. c. accepisti el. 1. et ca. presbyteris. ca. di. ¶ Secundo vestis candida: que significat innocentie puritatem. ca. post baptismum. et ca. accepisti el. 2. ¶ Tertio candela in manu ba/

ptizati ponit' que significat lumē cognitionis: quod habere debet baptizatus in bonis sectādis: ⁊ malis fugiēdis s̄m theologos. Et nota q̄ adultis debet p̄cedere catechism⁹ an̄ exorcismū: pueris vero ecōtrario s̄m eosdē. ❡ Octauus sunt patrini ⁊ m̄rine de sacro fonte leuātes. ea. di. in ca. in catechismo. c. nō plures. ⁊. c. in baptismate. Abbas vel monachus: vel religiosus: nō p̄nt esse cōpatres: vel patrini in ca. nō lʒ ea. di. ⁊. 16. q. 1. cap. placuit cōi. pater ⁊ mater baptizandi non possunt baptizare filium proprium nisi in casu necessitatis. 30. q. 1. ad limina: nec retinere ad baptismum siue leuare de sacro fonte. Uerūtamen si hoc ignorāter vel nō malitiose faciūt propter hoc nō sunt separādi. De cogna. spirituali. ca. si vir. Unus solus cōpater esse debet, ⁊ puerū leuare: ⁊ non plures. ca. in catechismo. ⁊ ca. non plures. Qui tenet' filios suos spirituales in moribus instruere ⁊ docere eos. Pater noster: Aue maria: ⁊ Credo in deū. De cōse. dist. 4. vos ante oīa. Non baptizatus non potest de fonte leuare aliquem. de cōsecr. distin. 3. c. in baptismate. ❡ Ex decretis Leonis pape apud sanctissimum Medardum. Nō plures ad suscipiendū de baptismo infantē accedāt quā vnus: siue vir: siue mulier. In cōfirmatione quoqʒ idipsum fiat. ❡ Ex decretis Igini pape. c. 1. 5. In catechumino ⁊ baptismo ⁊ cōfirmatione vn⁹ pater potest fieri si necessitas cogit: Non est tamē ꝯsuetudo Romana: sʒ p̄ singula singuli suscipiūt. ❡ Ex ꝯcilio Remēsi. Cap. 8. Obseruandū vt nullus suscipiat infantē in baptismo a sacro fonte anteq̄ʒ idē symbolū ⁊ orationē dominicā cū p̄sbytero decātet. Et tūc p̄sbyter omnib⁹ patrinis annūciet q̄ debitores sint suis filiolis cuʒ ad intelligibilē etatem venerint: hec eadem insinuare: hec ibi. ❡ Potest autē exerceri baptismus. Primo ter mergēdo. De consecr. dist. 4. ca. postq̄ʒ el. 2. ⁊ ca. de trina. ⁊ ca. siqs. ❡ Secūdo effundēdo aquā sup̄ baptizādū vel semel tm̄ imergēdo. ea. dist. ca. multi sunt. ca. p̄pter vitandū. Ut fecit sctūs Laurenti⁹ baptizādo sctm̄ Romanum. ❡ Et tertio aspergēdo, sicut fecerūt apl̄i, q̄ tria millia hoīum baptizauerūt vna die Act. 2. cap. Prim⁹ mod⁹ est melior ⁊ magis vsitat⁹, sed secūd⁹ ⁊ tertius obseruant' s̄m loci ꝯsuetudinē ⁊ baptizādoꝝ multitudinē, ⁊ ministri debilitatē: vel periculū baptizandi. s. Tho. 3. p̄te. q. 66. arg. 7. Et debent simul concurrere ablutio ⁊ forma verborum si fieri potest. s. Tho. 3. parte. q. 69. arg. 4.

Contra modernos sacramētū ex ignorantia abutentes, quos iure monerent sacerdotes & a baptismo propellerēt.

❡ Effectus baptismi rite ⁊ legitime suscepti. Cap. 8.

Effectus baptismi est multiplex. 1. Characteris impressio: per quem ascribitur populo dei, ⁊ propterea nō potest reiterari.

Omnia

Omnia crimina ꝛ pene eorum delentur. de diuor.c. gaudemus. A peccato originali liberatur. de consecr.dist.4.ca.regenerante. ꝛ cap.sine penitentia. Gratia dei confertur: virtutes augentur: peccati fomes debilitatur: membrū christi efficitur. De cōse.dist. 4.cap.Quia passus. Omnis irregularitas preter quam ligamine tollitur.34.distinctio.Si quis viduam: ꝛ iudicis iuste aliquem iudicantis ad mortem. distinctio.26.cap. Deinde. Infamia omnis tollitur.36.distin. cap. Deinde.1.q.7.ca. Siquis. Janua paradisi aperitur de baptismo ꝛ eius effectu.capit. Maiores. Tho.3.parte. q.39.argu.5.ad tertium.cap. Nullus sine baptismo potest saluus fieri.15.q.1.§. firmissime. Hec eadem a.s.Thoma ꝛ sacris theologis in.4.tractantur diffusius. Uide de tota materia baptismi ꝛ aliorum sacramentorum constitutionem domini Eugenij.4.factā in concilio Florentino que incipit. Exultate deo: ꝛ est ad Armenos. ¶ Ordo baptizandi vulgatus ꝛ iandiu impressus secundum vsum sancte Romane Ecclesie.

Cum venerit infans ante ianuā ecclesie sacerdos interroget de nomine infantis: ꝛ faciat eum teneri super brachio dextro: ꝛ petat de nomine. Quomodo vocaris? Respondit patrinus loco infantis. Joānes Petrus. vel Maria. Tunc sacerdos. Joanes Petre. vel Maria: quid petis ab ecclesia? R. Fidem. Et sacerdos. Fides quid tibi prestat? R. Uitam eternam. Et sacerdos dicat. Hec est vita eterna, vt diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo ꝛ ex tota anima tua, ꝛ ex tota mente tua ꝛ ex omnibus viribus tuis: hoc est maximum ꝛ primum mandatum. Secundum autem est simile huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum: ꝛ quod tibi non vis fieri, alijs ne feceris. Et dicatur tribus vicibus. Postea insufflet in faciem eius ter ꝛ dicat. Exi ab eo immunde spiritus: ꝛ da locum spiritui sancto paracleto. Et dicatur tribus vicibus: Deinde cum pollice faciat signum cru✠cis in fronte ꝛ in pectore illius, dicens. Accipe signum sancte cru✠cis tam in fronte quam in corde

Accipe scutum fidei celestiuz preceptorum: talis esto moribus vt templum dei iam esse possis. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus pater domini nostri Jesu christi respicere dignare super famulum tuum. N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cecitatem cordis ab eo expelle: disrumpe ab eo omnes laqueos satane, quibus fuerat colligatus, aperi ei domine ianuam pietatis tue, vt signo sapientie tue imbutus omnium cupiditatum fetoribus careat: vt ad suauem odorem preceptorum tuorum letus tibi in ecclesia tua deseruiat: ⁊ proficiat de die in diem: vt idoneus efficiatur accedere ad gratiā baptismi tui percepta medicina. Per eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Tunc exalet calido flata ter in faciem eius ⁊ dicat. Insufflo te catechumine demo in virtute spiritus sancti, vt quicquid in te vitij vel malorum est spirituum inuasione, per huius exorcismi mysterium gratie sit tibi ipsa virtus purgatio. Oremus. Oratio.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi, vt electum tuum. N. crucis dominice cuius impressione eum signamus virtute custodi: vt magnitudinis glorie rudiméta seruās per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam puenire mereatur. Per christū dominū nostrū. Oremus. Oratio.

Deus qui humani generis ita es conditor vt sis etiam reformator, propitiare populis adoptiuis, ⁊ nouo testamento sobolem noue prolis ascribe: vt filij promissionis quod non potuerunt assequi per naturam: gaudeant se recepisse per gratiam. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Exorcismus salis.

Exorcizo te creatura salis in nomine dei pa ✠ tris omnipotē tis: ⁊ in charitate domini nostri Je ✠ su Christi: ⁊ in virtute spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per deū vi ✠ uum: per deum ve ✠ rū: per deū san ✠ ctum: per deum ✠ qui te ad tutelā humani generis procreauit: ⁊ populo venienti ad credulitaté per seruos suos consecrari precepit: vt in nomine sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentū ad effugandū inimicū. Proinde rogamus te domine deus noster: vt hanc creaturam salis tu dn̄e sanctificādo san ✠ ctifices ⁊ benedicēdo bene ✠ dicas: vt fiat oībus accipiētibꝰ pfecta medicina permanēs in visceribus eorū. In nomine eiusdem dn̄i nostri Jesu christi. Qui venturꝰ est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculū p ignē. ℟. Amē. Hic sacerdos mittat sal in ore infantis

ter

ter dicēs: N. Accipe sal sapiētie, qđ ꝓpitiatus sit tibi dñs in vitā eternam. ℞. Amen. Oratio post datū sal. Oremus. Orō.

Deus patrum nostrorum deus vniuerse cōditor veritatis, te supplices exoramus, vt hunc famulum. N. respice digneris propitius: ⁊ hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas: quominus cibo repleatur celesti: quatenus sit semper diuino spiritu feruens: spe gaudens: tuo semper nomini seruiens: ⁊ perducat eum ad noue regenerationis lauacrum: vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna premia consequi mereatur. Per christum dominū nostrum. ℞. Amen. Supradicte orationes dicuntur tam super masculos quam super feminas. Sequentes vero dicuntur super masculum tantū. Oremus. Oratio.

Deus abrahā, deus isaac, deus iacob: deus qui moysi famulo tuo in monte synai apparuisti: ⁊ filios israel de terra egypti eduxisti: deputans eis angelum pietatis tue: qui custodiret eos die ac nocte: te q̄s domine: emittere digneris sanctū angelū tuū de celis, qui similiter custodiat ⁊ hunc famulū tuū. N. ⁊ perducat eū ad grāz baptismi tui. Per xp̄z dñz nr̄m. ℞. Amē. Sup masculū.

Nō sunt de necessitate ritus baptizandi, sed magnis vsitati quia precedētes, & adhuc sequētibus magis vtimur.

Ergo maledicte diabole recognosce sniam tuam, ⁊ da honorem deo viuo ⁊ vero, ⁊ da honorem iesu xp̄o filio eius ⁊ spūi sancto: ⁊ recede ab hoc famulo dei. N. q̄r istū sibi deus ⁊ dñs nr̄ iesus xp̄s ad suā sanctam gratiā ⁊ bñdictionez fontēqz baptismatis dono sue grē vocare dignatus est: ⁊ hoc signū sancte crucis: quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole nunq̄z audeas violare. Per eundē xp̄z dñz nr̄m. ℞. Amē. Sup masculū. Oremus.

Deus immortale presidiū, liberatio supplicum: pax rogātium: vita credētiū: resurrectio mortuorum, te inuoco dñe sup hūc famulū tuum. N. q baptismi tui donū petens: eternā cōseq gratiā spirituali regeneratiōe desiderat: accipe eū dñe q dignatus es dicere, petite, ⁊ accipietis, querite ⁊ inuenietis, pulsate ⁊ aperietur vobis: petenti itaqz p̄miū porrige: ⁊ ianuā pande pulsanti: vt eternā celestis lauacri benedictionem cōsecutus promissa tui muneris regna percipiat. Per xp̄m dñm nr̄m. ℞. Amen. Ergo maledicte diabole recognosce sen. vt supra. Super masculum. Orō.

Exorcizo te immūde spirit⁹ in noīe pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spūs ✠ scti: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei. N. Ipse.n. ipe rat tibi maledicte dānate atqz dānāde, q pedib⁹ suis sup mare ambulauit. Petro mergēti dexterā porrexit. Qui cū pr̄e ⁊ spū sctō viuit ⁊ regnat i scl'a sclo. amē. Ergo maledicte diabole. vt. s. Sequi/

tes orationes dicende sunt super feminam tantū. Oremus. Orō.

DEus celi: deus terre: deus angelorum: deus archangelorum: deus prophetarum: deus patriarcharum: deus apostolorum: deus martyrum: deus confessorum: deus virginum: deus omniū bene viuentiū: deus cui omnis lingua cōfitetur: ꝛ omne genu flectit, celestiū, terrestriū, ꝛ infernorū, te inuoco domine super hanc famulam tuam. ℟. vt perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

ERgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: ꝛ da honorem deo viuo ꝛ vero: ꝛ da honorem Jesu christo filio eius ꝛ spiritui sancto ꝛ recede ab hac famula dei. ℟. quia eam deus ꝛ dominus noster Jesus christus ad suam sanctam gratiam ꝛ benedictionem fontemque baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est: ꝛ hoc signum sancte ✠ crucis quod nos fronti eius damꝰ: tu maledicte diabole nunquā audeas violare. Per eum qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen. Super feminam tantum. Oremus. Oratio.

DEus abraham: deus isaac: deus iacob: deus qui tibi israel de egyptiaca seruitute liberasti: ꝛ per moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti: ꝛ susannam de falso crimine liberasti: te supplices exoramus: vt liberes hanc famulam tuam. ℟. ꝛ perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Per christū dominū nostrum. ℟. Amen. Ergo maledicte diabole reco. vt supra. Super feminam. Exorcismus.

EXorcizo te immunde spiritus per pa ✠ trem, ꝛ fi ✠ lium, ꝛ spiritum ✠ sanctum: vt exeas ꝛ recedas ab hac famula dei. ℟. Ipse enim imperat tibi maledicte dānate q ceco nato oculos aperuit: ꝛ quatriduanū lazaꝝ d̄ monumēto suscitauit. Ergo maledicte diabole ꝛc. vt supra. Sup masculū ꝛ feminaꝫ. Oremꝰ Orō.

ETernam ac mitissimam pietatem tuam deprecor domine sancte, pater omnipotens, eterne deus luminis author ꝛ veritatis: super hunc famulum tuum. ℟. vt digneris eum illuminare lumine intelligentie tue: munda eum ꝛ sanctifica: da ei scientiam veram vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, vt aptus sit ad percipiendam baptismi gratiam. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Super virunque.

AUdi maledicte satanas adiuratus per nomen eterni dei ꝛ saluatoris nostri iesu christi filij eius, cum tua victus inuidia tremēs

gemensqz discede: nihil sit tibi commune cum servo dei. N. iam celestia cogitante: renuntiaturo tibi ꝛ seculo tuo ꝛ beate immortalitati victuro: da igitur honorem aduenienti spiritui sancto, qui ex summa celi arce descendens perturbatis fraudibus tuis diuino fonte purgatum pectus ✠ id est sanctificatū deo tēplum ꝛ habitaculum perficiat: ꝛ ab oībus penitus noxijs preteriorū criminū liberatus gratias perenni deo referat semp: ꝛ benedicat nomen eius in secula sclo℞. Amē. Hic sacerdos tangit caput infantis ꝛ dicit.

Nec te lateat satanas imminere tibi penas: imminere tibi tormenta: imminere tibi diem iudicij diemqz supplicij sempiterni: diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atqz vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus. Proinde dānate atqz dānande: da honorē deo viuo ꝛ vero: da honorez Jesu christo filio eius ꝛ spiritui sctō: in cuius noīe atqz virtute ego precipio tibi quicūqz es spiritus imunde: vt exeas ꝛ recedas ab hoc famulo dei. N. quem hodie deus ꝛ dominus nr̄ Jesus christus ad suā sanctā grāz ꝛ bn̄dictionē: fontēqz baptismatis dono sue grē vocare dignatus est: vt fiat ei templum per aquam regenerationis in remissionem oīum pctō℞. Jn noīe eiusdez dn̄i nostri Jesu christi, qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem.

Postmodū sacerdos legat euangelium sequens. Dn̄s vobiscum. ℞. Et cū spiritu tuo. Sequētia sancti euangelij s̄m Mattheum.

In illo tempore: Oblati sunt paruuli ad Jesum vt manus eius imponeret ꝛ oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jesus autē ait eis. Sinite paruulos: ꝛ nolite ꝓhibere eos ad me venire. Talium est enim regnū celo℞. Et cū imposuisset illis manus abijt inde. Deinde sacerdos introducit eū in ecclīā dicendo.

Ingressusque ecclesiam dei euasisse te laqueos mortis letus agnosce, horresce, idola: respue simulachra: cole deum patrē omnipotentem: ꝛ Jesum christum filium eius cum spiritu sancto, qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem.

Postqūam puenerit sacerdos ad mediū ecclesie ponunt infantem in pauimēto ꝛ dicto. Pater nr̄. ꝛ Credo in deū. eleuāt puerum: ꝛ sacerdos cum sputo suo tangit aures ꝛ nares infantis dicens.

Effeta quod est adaperire aures ꝛ nares in odorem suauitatis. Tu autem effugare diabole appropinquabit enim iudicium dei. Tunc sacerdos interroget tenentem puerum de nomine eius: ꝛ postea dicat. N. Abrenuncias satane? ℞. Abrenuncio. Sacerdos. Et omnibus operibus eius? ℞. Abrenuncio.

Hæc est omniuз christianorum, digna ꝓfessio.

Sacerdos. Et omnibus pompis eius? R. Abrenuncio. Sa/
cerdos pollicem in oleo sancto intingens vngat pectus infan/
tis ⁊ scapulas faciens signum crucis cum pollice: ⁊ dicat ad eum.
Et ego te linio oleo salutis pectus ⁊ scapulas in Christo Jesu
domino nostro, vt habeas vitam eternam ⁊ viuas in secula se/
culorum. Amen. Et venientes super fontem sacerdos interro/
gat nomen pueri dicens. Quo nomine vocaris? Et responso
tali. scilicet Petrus vel Maria. Iterum interrogat sacerdos.
N. credis in deum patrem omnipotentem creatorem celi ⁊ ter/
re? R. Credo. Et sacerdos. Credis ⁊ in Jesum christum fi/
lium eius vnicum dominum nostrum natum ⁊ passum? R. Cre/
do. Et sacerdos. Credis ⁊ in spiritum sanctum sanctam ecclesiā
catholicam: sanctorum communionem: remissionem peccatorum:
carnis resurrectionem, ⁊ vitam eternam? R. Credo. Deinde
sacerdos iterum interrogat nomen pueri: ⁊ dicit. Petre. vel
Maria vis baptizari? R. Volo. Tunc sacerdos accipiat pue/
rum diligenter ⁊ baptizet eum sub trina immersione sanctissi/
mam Trinitatem semel inuocans: vel effundendo aquam super
caput pueri secundū consuetudinem loci illius inuocato prius no/
mine pueri dicendo. Petre. vel Maria: ⁊ ego te baptizo in
nomine patris: ✠ ⁊ semel immergat: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ secundo im/
mergat: ⁊ spiritus ✠ sancti. Amen. ⁊ tertio immergat. Et cum
surrexit de fonte sacerdos facit signum crucis de chrismate in
vertice eius dicens hanc orationem. Oremus. Oratio.

DEus omnipotens pater domini nostri Jesu christi qui
te regenerauit ex aqua ⁊ spiritu sancto: quique dedit tibi
remissionem omnium peccatorum: ipse te liniat chris ✠ mate
salutis in christo Jesu domino nostro, vt habeas vitam eternam
⁊ viuas in secula seculorum. Amen. Deinde sacerdos po/
nat linteum super caput pueri dicens.

ACcipe vestem candidam, sanctam ⁊ immaculatam, quam
perferas ante tribunal domini nostri Jesu christi vt habeas vi/
tam eternam ⁊ viuas in secula seculorum. Amen. Deinde sa/
cerdos det candelam accensam in dextera manu pueri dicens.

ACcipe lampadem ardentem irreprehensibilem, custodi
baptismum tuum, serua dei mandata: vt cum dominus
venerit ad nuptias, possis occurrere ei vna cum omnibus san/
ctis in aula celesti, habeasque vitam eternam, ⁊ viuas in secula se/
culorum amen. Vade in pace, ⁊ dominus sit tecum. Amen.

¶ Ad

¶ Ad omnium potius fidei cognitionem prescriptus baptizandi ordo hic positus est, quam quem secundum .s. Romane ecclesie sit instituta: in libro nouo quo vtuntur summi pontifices in diuinis secundum .s. Roma. ecclesie vsum, sequentem modum legimus:

¶ Ordo ad catechuminum faciendum & baptizandum puerum masculum; qui in libris sancte Romane ecclesie legitur, & quo vtitur papa, ac summi pontifices, & in Venetiarum patriarchatu obseruatur.

Cum venerit infans ante ianuam ecclesie interroga nomen eius: & dic hec verba. Si quis catechuminus est secedat. Siquis catechuminus est iudeus vel hereticus, secedat. Siquis catechuminus est sabellianus vel hereticus, aut iudeus, secedat. Interroga nomen, & dic. Joannes. vel N. quid desideras? Respondet. Fidem. Interrogatur. Fides quid tibi prestat? R. Vitam eternam. Interrogatur. Quis tibi daturus est eam? R. Deus pater & dominus Jesus Christus cum sancto spiritu. Deinde insuffla in faciem eius ter in modum crucis: & dic. Exorcismus.

Impero tibi immunde spiritus in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij: & spiritus ✠ sancti, vt exeas & recedas ab hoc plasmate dei. Interroga quod nomen vult imponere ei & annunciet nomen. & dicat. Famule dei. N. quid vis fieri? Respondet. Christianus. Interroga. Abrenuncias satane? R. Abrenuncio. Interroga. Et omnibus operibus eius? R. Abrenuncio. Interroga. Et omnibus pompis eius? R. Abrenuncio. Et postea dicat sacerdos hec verba. Et iste sit felix, in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Amen. Deinde dicat. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio. Catechismus.

Deus noster, qui nos ad imaginem suam plasmare dignatus est sic ait, per moysen famulum suum, non auguriaueris: non mechaberis, non falsum testimonium dixeris: honorem habebis

patri ⁊ matri tue, diliges proximum tuum sicut teipsum: ⁊ quod tibi non vis fieri alijs ne feceris: ista sunt precepta dei que gentilem populum ad ecclesiam dei venientem vnumqueque oportet obseruare. Per eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.

R Famule dei. N. accipe signum cru ✠ cis tam in frõte quam in cor ✠ de, sume fidem celestem: talis esto moribus vt téplũ dei esse iam possis: ingressusqꝫ ecclesiam dei euasisse te laqueum mortis letus agnoscas: horrescas idola: respuas simulachra, colas deum patrem omnipotentem ⁊ Jesum christum filium eius, qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

D Eprecor te domine sancte, pater omnipotẽs, eterne deus, vt huic famulo tuo, qui seculi huius nocte vagatur incertus ⁊ dubius: viam veritatis ⁊ agnitionis tue iubeas demonstrare: quatenus reseratis oculis cordis sui, te vnum deum patrem in filio: ⁊ filium in patre recognoscat cum sancto spiritu: atqꝫ huius confessionis fructum ⁊ hic ⁊ in futuro seculo percipere mereatur. Per eundem christum dominũ nrm̃. ℟. Amen. Sequitur exorcismus.

E Xorcizo te omnis spiritus immũde in nomine dei ✠ patris omnipotentis: ⁊ in nomine Jesu ✠ christi filij eius domini iudicis nostri: vt discedas ab hoc plasmate dei, quem dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est: vt fiat templũ dei viui: ⁊ spiritus sanctus habitet in eo, in nomine dei pa ✠ tris omnipotentis: ⁊ in nomine chri ✠ sti filij eius ⁊ spiritus ✠ sancti, qui filius venturus est in maiestate patris iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

D Eus qui perdita reparas ⁊ reparata conseruas, deus qui proprio gentilitatis crimine euasoꝫ ⁊ serpentis charactere deleto signari hominem nominis tui titulo precepisti: suscipe quesumus hunc famulum tuum, atqꝫ eum inter plebis tue numerum commisce. Per christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

D Omine deus celi ⁊ terre maris ⁊ omnium elemẽtorũ creator: qui aspectu tuo illuminas vniuersam faciem terre illumina vultum tuũ sup hunc famulum tuum. N. cathechuminum: quẽ hodierna die ad templum sanctum tuum vocare dignatus es, infunde in eum scientiam pietatis tue, accipe hunc domine: ⁊ aperi ei ianuam iustitie tue: ⁊ da illi misericordiam tuam: pietatisqꝫ munus largire: ⁊ per lauacrum regenerationis tue perduc eum ad gratiam spiritualem: vt nobiscum pariter tibi deo patri omnipo-

tenti

tenti laudes ⁊ gratias referat. Induc eum domine in viam veri/tatis: doce eum iustificationes tuas: per eum qui venturus est iu/dicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.

Consigna eum in fronte cum pollice dicens.

Signo tibi frontem ✠ vt suscipias crucem domini In auribus.
Signo tibi aures ✠ vt audias diuina precepta In oculis.
Signo tibi oculos ✠ vt videas claritatem dei In naribus.
Signo tibi nares ✠ vt odorem suauitatis sententias In ore.
Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vite In pectore.
Signo tibi pectus ✠ vt credas in deum In scapulis.
Signo tibi scapl'as ✠ vt suscipies iugum sui.ei⁹. In toto corpe.
Signo te totũ in nomine pe ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ scti: vt ha/beas vitam eternã: ⁊ viuas in secula scloꝝ. Amẽ. Oremus. Oĩo.

Omnipotens sempiterne deus pater domini nostri Jesu christi respicere digneris super hunc famulum tuũ. N. quẽ ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnẽ cecitatem cordis ab eo expelle: disrumpe omnes laqueos satane: quibus fuerat alliga tus. Aperi ei domine ianuã pietatis tue: vt sale sapiẽtie tue imbu/tus omnium cupiditatum fetoribus careat: ⁊ suauẽ odorem prece/ptorum tuoꝝ letus in ecclesia tua sentiat: ⁊ proficiat de die in diez: vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem dñm nostrum iesum christuz qui vẽturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignẽ. ℟. Amẽ. Oĩo.

Preces nostras quesumus domine, clemẽter exaudi: vt hunc electum tuum. N. cru ✠ cis dñice, cui⁹ cũ ĩpressione signa/mus, virtute custodi, vt magnitudinis glorie rudimenta seruans, per custodiam mandatoꝝ tuoꝝ ad regenerationis gloriã puenire mereatur. Per christum dñm nrm. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus qui humani generis ita es conditor, vt sis etiam refor/mator: propitiare populis adoptiuis: ⁊ nouo testamento sobolem noue prolis scribe, vt filij promissionis quod non potue/runt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Exorcismus salis.

Exorcizo te creatura salis in nomine dei pa ✠ tris omnipo/tẽtis: ⁊ in charitate domini nostri Jesu ✠ christi: ⁊ in virtu/te spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per deum ✠ viuum: per deum ✠ verum: per deum ✠ sanctum: qui ad tutelam humani gene/ris procreauit: ⁊ populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari precepit, Proinde rogamus te domine deus noster.

vt hec creatura salis in nomine sancte Trinitatis efficiatur saluta/re sacramentum ad effugandum inimicum: quod tu domine san/ctificando sancti ✠ fices, benedicendo bñ ✠ dicas: vt fiat omni/bus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum in nomine domini nostri Jesu Christi: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Postea accipe sal digito cum tua saliua: ⁊ pone in ore infantis: ⁊ dic. Famule dei. N. accipe sal sapientie, qui propitiatio sit ti/bi in vitam eternam. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus patrum nostrorū vniuerse cōditor veritatis: te suppli/ces exoramus: vt hūc famulum tuum respicere digneris ppitius: ⁊ hoc primum pabulū salis gustante non diutius esurire pmittas: quo minus cibo reficiatur celesti, quatenus sit deo semper spū fer/uens: spe gaudens: tuo semper noī seruiēs: perduc eum dñe ad no/ue regenerationis lauacrum: vt cū fidelibus tuis pmissionū tuaꝝ eterna premia consequi mereat. Per xp̄m dñm nr̄m. ℟. Amen. Interrogat sacerdos nomen infantis: ⁊ dicat. Famule dei. N. ingredere in tēplū dei viui: vt habeas partem ī prima resurrectio/ne cum scis ⁊ electis dei. Et introducat eū ī ecclesiā dato capite stole eum baiulanti: ⁊ sic pcedēdo dicat hāc orōnē. Oremꝰ. Orō.

Secūdo resurgamus ad vitam, cum hic p gratiā surrexerimus.

Preces nostras quesumus domine clemēter exaudi: vt hunc electum tuum crucis dñice: cuius eum impressione signa ✠ mus virtute custodi: vt agnitionis tue rudimenta seruando per cu/stodiam mandatoꝝ tuorū: ad regenerationis gloriā puenire me/reatur. Per christum dñm nostruz. ℟. Amen. Finita oratione ponatur infans in pauimento ecclesie: ⁊ dicatur. Oremus. Orō.

Deus qui humani generis ita es conditor, vt sis etiam refor/mator: propitiare famulo tuo. N. adoptiuo per grām tuam ⁊ noui testamenti sobolem noue proli ascribe, vt filij promissio/nis quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se acce/pisse per gratiaz. His ita finitis alius vel idem patrinus tenens infantem stet genuflexus: ⁊ dicat presbyter. Ora electe, flecte ge/nua, ⁊ dic Pater noster, Leua, comple orationē tuā: ⁊ signa eum, ⁊ accede ad benedictionem. Tunc patrinus surgēs infantē ligno cru✠cis signat. Et sacerdos subiungit dicēs. Oremus. Oratio.

Deus abraham: deus isaac: deus iacob: deus qui moysi fa/mulo tuo in monte Synai apparuisti: filios israel de terra egypti eduxisti: deputans eis angelum pietatis tue, qui custodi/ret eos die ac nocte: te quesumus domine: ⁊ rogamꝰ. vt mittere di

gneris

gneris sanctum angelum tuum de celis: q custodiat hunc famulū tuum: ⁊ perducat eū ad gloriā baptismi tui. Sequitur exorcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: ⁊ da honorem deo viuo ⁊ vero: da honorem Jesu christo filio ei⁹: ⁊ spiritui sancto paracleto: ⁊ recede ab hoc famulo dei: quia istum deus ⁊ dominus noster Jesus christus ad suam sanctam gratiā ⁊ benedictionem: fontemqꝫ baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est: per signum sancte cru ✠ cis: quod nos in frontē eius damus: tu maledicte diabole nunquā audeas violare: sed dānat⁹ in eternum maneas: ab eo repulsus. Per eū qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignē. ℞. Amen. Itē dicat. Ora electe: flecte genua: ⁊ dic Pater nr̄, leua, ⁊ comple orationem tuā: ⁊ signa illū: ⁊ accede ad benedictionē. Tunc patrin⁹ vt supra genuflectit, ⁊ surgit, ⁊ signat infantē. Et sacerdos. Orem⁹ Oro.

Deus immortale presidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorū, te inuoco domine sup hunc famulum tuum. N. q baptismi tui donum petens eternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat, accipe hūc domine, qui dignatus es dicere, petite, ⁊ accipietis, querite, ⁊ inuenietis, pulsate, ⁊ aperietur vobis, petēti itaqꝫ premium porrige, ⁊ ianuam pande pulsanti, vt eternam celestis lauacri benedictionē consecutus promissa tui muneris regna pcipiat. Per christū dn̄m nostrum. ℞. Amen. Exorcismus.

Audi maledicte satanas adiuratus per nomen eterni dei ⁊ saluatoris nostri filij eius, cum tua victus inuidia tremens lugensqꝫ discede, nihil tibi sit commune cū seruo dei iam celestia cogitanti, renunciaturo tibi, ac seculo tuo ⁊ beate immortalitati victuro. Da igitur honōrē aduenienti spiritui sctō, qui ex summa celi arce descendens, pturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, id est sanctificatum deo templū, ⁊ habitum pficiat, ⁊ ab omnibus penitus noxis preteritorū criminū liberatus, seruus dei gratias perenni deo referat semper, ⁊ benedicat nomen eius sanctum in secula seculorū. ℞. Amē. Item dicat. Ora electe, flecte genua, ⁊ dic Pater noster, leua, ⁊ cōple orationem tuā, ⁊ signa illum, ⁊ accede ad benedictionem. Tunc patrinus vt supra genuflectat, leuat, ⁊ signat infantem. Et sacerdos dicit. exorcismus.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti, vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei. Ipse enim tibi imperat maledicte damnate, q pedib⁹ suis sup ma-

re ambulauit: et Petro mergenti dexteram porrexit. Sequitur.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: et da honorem deo uiuo et vero, da honorem Jesu Christo filio eius: et spiritui sancto paracleto: et recede ab hoc famulo dei: quia istum deus et dominus noster Jesus christus ad suã sanctã gratiã et benedictionẽ: fontẽqz baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est: per signum sancte cru ✠ cis: quod nos in frontẽ eius damus: tu maledicte diabole nũquã audeas violare, sed damnatus in eternum maneas: ab eo repulsus. Per eũ qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignẽ. ℟. Amen. ¶ Incipit officium abrenũciationis: et catechismus. ¶ Presbyter primo ponit manum sup infantẽ: et dicit sequentẽ orationẽ. Oremus. Orõ.

Eternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor dñe sancte, pater omnipotens, eterne deus luminis et veritatis: super hunc famulũ tuum. N. vt digneris eum illuminare lumine intelligẽtie tue: munda eum: et sctifica: da ei sciẽtiã verã, vt dignus efficiatur accedere ad gratiã baptismi tui: teneat fidem firmam: spem certã: consiliũ rectũ: doctrinam sanctã: vt aptus sit ad percipiendã gratiam tuam. Per eum, qui tecum et cum spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Quo facto qui tenet infantem dicat cũ presbytero symbolũ apostolorum: et Pater noster.

Credo in deum patrem omnipotentẽ creatorem celi et terre. Et in Jesum christum filium eius vnicum dominũ nostrũ. Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex maria virgine. Passus sub pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos: sedet ad dexteram dei patris omnipotẽtis. Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Credo in spiritũ sanctũ: et sanctã ecclesiam catholicam. Sanctorum cõmunionẽ. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam eternam. Amen.

Pater noster qui es in celis: sctificet nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua: sicut in celo et in terra. Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nr̃a: sicut et nos dimittimus debitoribus nr̃is. Et ne nos inducas ĩ tẽtationem. Sed libera nos a malo. Amẽ. Deĩde sequat exorcismus.

Nec te lateat satanas imminere tibi penas, imminere tibi tormenta: imminere tibi diem iudicij: diẽqz supplicij sempiterni: diem q venturus est velut clibanus ardẽs: in quo tibi atqz vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus. Proinde dãnate atqz

le atqz damnande da honorem deo viuo ⁊ vero: da honorē Jesu xp̄o filio eius ⁊ spiritui sctō. In cuius noīe atqz virtute ego p̄cipio tibi quicunqz es sp̄us immunde, vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei: quē hodie deus ⁊ dn̄s nr̄ Jesus xp̄s ad suā sanctā grām ⁊ benedictionē: fontēqz baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est: vt fiat eius templū p aquā regenerationis in remissionē oīum pctōrum. In noīe eiusdē dn̄i nostri Jesu christi, qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignez. ℟. Amen. Deinde sacerdos saliua oris sui tangat nares ⁊ aures eius: dicens.

Effeta: quod est adapire nares ⁊ aures in odorem suauitatis. Rn̄deat qui tenet infantē. Effeta. Et p̄sbyter. In odorez suauitatis. Rn̄deat qui tenet īfantē. Effeta. Et p̄sbyter Tu aūt. Effugare diabole: appropinquabit enim iudiciū dei. Et rn̄deat qui tenet īfantē iterū ⁊ dicat. Effeta. Postea interrogat sacerdos nomen infantis ⁊ dicit. Famule dei. N. abrenūcias satane? Rn̄det. Abrenūcio. Et p̄sbyter Et oīb⁹ opib⁹ ei⁹? ℟. Abrenūcio. Et p̄sbyter. Et oīb⁹ pōpis ei⁹? ℟. Abrenūcio. Deīde sacerdos liniat īfantem de oleo scō catechuminoꝝ ī pectore: ⁊ in scapulis cū pollice ī modum crucis ⁊ dicit.

Ego te linio oleo salutis in pectore ⁊ in scapulis in noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i in vitā eternam. Pax tibi. ℟. Et cū spiritu tuo. Et presbyter. Recede immūde sp̄us: ⁊ da locum spiritui sancto. Et tenens manū sacerdos super caput infantis: dicit sequentem orationem. Oremus. Oratio.

Famulum tuum q̄s dn̄e, ad tui baptismi gratiam recurrētem respicere ⁊ conseruare in tuo nomine digneris: ⁊ quicquid in eo per originalis pctī transgressionem pene obnoxiuz diabolus detinebat: sacri fontis indulgentia resoluat: veteris hoīs exuuias deponat, ⁊ noue vite indutus amictu resurgat, omnia nequissimi spiritus ab eo venena depelle, ⁊ salutarē baptismi grām adimple: vt in tui muneris perceptione in eterna vita valeat exultare. His peractis accedant ad fontes. Sequit̄ bn̄dictio fontis si fons non est bn̄dictus, ⁊ fiāt letanie. Si vō fōs est bn̄dictus p̄termittat̄ letania, ⁊ sacerdos īterroget nomē īfantis. N. credis ī deū patrē. vt īfra.

Kyrie eleison. Christe el. Kyrie eleisō. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Pater de celis deus: miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus miserere nobis.
Spiritus sancte deus miserere nobis.
Sancta trinitas vnus deus miserere nobis.
Sancta maria ora pro nobis.

Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte michael ora.
Sancte gabriel ora.
Sancte raphael ora.
Omnes ſancti angeli ⁊ archangeli orate.
Sante ioannes baptiſta ora.
Omnes ſancti patriarche ⁊ prophete orate.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte andrea ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte ioannes ora.
Sancte marce ora.
Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euangeliſte orate.
Sancte ſtephane ora.
Sante laurenti ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte chriſtophore ora.
Sancte victor ora.
Sancte ſebaſtiane ora.
Sancte petre ora.
Omnes ſancti martyres orate.
Sancte ſylueſter ora.
Sancte gregori ora.
Sancte auguſtine ora.
Sancte nicolae ora.
Omnes ſancti pontifices ⁊ confeſſores orate.
Omnes ſancti doctores orate.
Sancte benedicte ora.
Sancte antoni ora.
Sancte dominice ora.
Sancte thoma ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte franciſce ora.
Omnes ſancti monachi ⁊ eremite ora.
Sancta maria magdalena ora.
Sancta catherina ora.
Sancta cecilia ora.

Sancta

Sancta vrsula ora.
Sancta catherina ora.
Omnes sancte virgines et vidue orate.
Omnes sancti et sancte dei orate.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. Et ne nos inducas in tenta. Exorcismus aque.

Exorcizo te creatura aque per deum ✠ viuum: per deum ✠ verum: per deum ✠ sanctum: per deum totius dulcedinis creatorem: qui te in principio verbo separauit ab arida: et in quatuor fluminibus diuidens: totam terram rigare precepit. Adiuro te per Jesum christum filium eius vnicum dominũ nostrũ, vt efficiaris in eo qui in te baptizandus est regenerans cum deo patre et eodem filio et spiritu sancto: qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus per oĩa secula seculorũ. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pr̃ ops, eterne deus aquarum spũaliũ sanctificator: te supplices deprecamur: vt ministerium humanitatis nostre respicere digneris propitius, et sup has aquas abluẽdis et viuificandis hoib⁹ pparatas angelum sctitatis emittas: quo pcis vite prioris abluti reatuqz deterso purum spũi sancto habitaculũ vim regenerationis procuret. Per dñm nr̃m Iesum christum filiũ tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Oremus. Oro.

Exaudi nos ops deus, et in huius aque substantia tuam misce virtutem, vt abluendi p eã sanitatẽ simul et vitã mereant̃ eternã. Per dñm nr̃m iesum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spũs scti deus. Per oĩa secula seculoruz. ℟. Amen. Postea sacerdos infundat chrisma in aqua in modum crucis: dicens.

Fecundetur et sanctificetur fons isto hoc salutifero chrismate. In nomine pa✠tris, et fi✠lij, et spũs ✠ scti. Amen. Et misceat cũ manu. Deinde interrogat p̃sbyter nomẽ infantis et dicat N. Credis in deum patrẽ oĩpotẽtẽ creatorẽ celi et terre? ℟. Credo. Sacerdos interrogat. Credis et in Jesuz Christuz filium eius vnicũ dñm nostrũ natũ et passuz? ℟. Credo. Sacerdos interrogat Credis et in spũm sanctũ, sanctã ecclesiam catholicã: sanctorũ cõionem, remissionẽ peccatorũ, carnis resurrectionẽ, vitam eternam. Amẽ. ℟. Credo. Interogat sacerdos nomẽ infantis, et dicat. Famule dei. N. vis baptizari? ℟. Volo. Tunc baptizet eũ sacerdos in noĩe sctẽ Trinitatis sub trina immersiõe.

vel sm consuetudinē patrie, vel loci, infundat aquā sup caput eius dicēs. Ego te baptizo in noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spūs ✠ scti. Amen. Postea facit sacerdos crucem in capite eius in vertice de sacro chrismate cum pollice, ⁊ dicit hanc orōnē. Oremus. Orō.

Deus omnipotens pater domini nostri Jesu christi qui te regenerauit ex aqua ⁊ spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, in ipso te liniat chrismate salutis in vitam eternam. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea sacerdos imponat linteamen sup caput infantis, ⁊ dicat.

Accipe vestem candidam ⁊ immaculatam, quam perferas sine macula ante tribunal domini nostri Jesu christi, vt habeas vitam eternam in secula seculorum. ℟. Amen. Postea tradat candelam accensam in manum pueri, vel patrini dicens. N. Accipe lampadem irreprehensibilem, custodi baptismum tuum: vt cum venerit dñs ad nuptias possis ei occurrere vna cum omnibus sanctis suis in aula celesti, vt habeas vitā eternā, ⁊ viuas in secula seculorum. ℟. Amen. Deinde dicat. Uade in pace.

¶ Ordo ad puellam catechuminam faciendam. ca. ro. Cum venerit infantula ante ianuam ecclesie interroga nomen eius, ⁊ dic hec verba. Siquis catechuminus est secedat. Siquis catechuminus est iudeus vel hereticus secedat. Siquis catechuminus est sabellianus vel hereticus, aut iudeus, secedat. Interroga nomē ⁊ dic. Joānes. vel N. quid desideras? Respondeat. Fidē. Sacerdos interrogat. Fides quid tibi prestat? Respondet. Uitam eternam. Interrogat sacerdos. Quis tibi daturus est eam? Respondet. Deus pater ⁊ dominus Jesus christus cum sancto spiritu. Deinde insufla in faciem eius ter in modum crucis, ⁊ dic. Exorcismus.

Impero tibi immūde spūs ī noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spūs ✠ scti: vt exeas ⁊ recedas ab hoc plasmate dei. Interroget sacerdos quod nomen volunt ei imponere, ⁊ annunciet nomē, ⁊ dicat. Famula dei. N. quid vis fieri? Rñdet. Chriana. Interroget sacerdos. Abrenuncias satane? Rñdet. Abrenuncio. Sacerdos. Et omnibus operibus eius? Rñdet. Abrenūcio. Sacerdos. Et omnibus pōpis eius? Rñdet. Abrenūcio. Postea dicat sacerdos hec verba. Et ista sit felix in noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sci. Amen. Deinde dicat sacerdos. Deus in adiutoriū meum intende. Dñe ad adiuuādū me festina. Glia pri. Sicut erat. Kyrie eleisō. Chrie eleison. Kyrie eleison. Dñs vobiscū. Oremus. Orō.

Deus

Deus nr̃, qui nos ad imaginē suā plasmarē di/ Catechismus. gnatus est, sic ait per moysen famulū suū: nō auguriaueris: nō mechaberis, nō falsum testimoniū dixeris: honorē habebis pr̃i ⁊ matri tue, ⁊ diliges ꝓximū tuū sicut teipsuz, ⁊ qd̕ tibi non vis fie/ ri, alijs ne feceris: ista sunt precepta dei, que gentilē populū ad ec/ clesiam dei venientez, vnumquēqz oportet obseruare. Per eū qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Sacerdos signat eā in frōte ⁊ in pectore signo ✠ crucis.

Famula dei accipe signum crucis tam in fron ✠ te, quam in corde ✠ sume fidem celestem, talis esto moribus vt templū dei iam esse possis, ingressaqz ecclesiam dei euasisse te laqueum mortis leta agnoscas, horrescas idola: respuas simulachra: co/ las deum patrem omnipotentē, ⁊ Jesum christum filium eius, qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deprecor te domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, vt huic famule tue, que seculi huius nocte vagatur incer/ ta, ⁊ dubia, viam veritatis ⁊ agnitionis tue iubeas demonstra/ re, quatenus reseratis oculis cordis sui te vnum deum patrem in filio, ⁊ filium in patre recognoscat cum sctō spiritu, atqz huius con fessionis fructum, ⁊ hic ⁊ in futuro seculo ꝑcipere mereatur. Per eundem christū dn̄m nr̃m. ℟. Amen. Sequit exorcismus.

Exorcizo te oīs spiritus īmunde in noīe dei pa ✠ tris oīpotē tis, ⁊ in nomine Jesu christi filii eius iudicis nr̃i, vt discedas ab hoc plasmate dei, quam dn̄s noster ad tēplū sanctū suum vocare digna tus est, vt fiat tēplū dei viui, ⁊ spūs sctūs habet in ea, in nomine dei pa ✠ tris omnipotētis, ⁊ in noīe iesu ✠ christi filij eius, ⁊ spūs ✠ sancti, qui filius venturus est in maiestate patris iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Oremus. Oro.

Deus qui ꝑdita reparas, ⁊ reparata conseruas, deus q ꝓprio gentilitatis crimine euaso, ⁊ serpentis charactere deleto, signari hominez noīs tui titulo ꝑcepisti, suscipe q̄s hāc famulā tuā, atqz eā inter plebis tue numerum cōmisce. Per xp̄z dn̄m nr̃m. Oremus.

Domine deus celi ⁊ terre maris ⁊ oīum elementorum Oro. creator, qui aspectu tuo illuminas vniuersam faciem terre, il/ lumina auxilium tuum super hanc famulā tuā. N. catechuminā, quam hodierna die ad templū sanctum tuum vocare dignatus es, infunde in eam scientiam pietatis tue, accipe hanc dn̄e, ⁊ aperi ei ianuam iustitie tue, ⁊ da illi misericordiam tuam, pietatisqz mu/ nus largire, ⁊ per lauacrum regenerationis tue perduc eam ad



gratiã spiritualẽ: vt nobiscũ pariter tibi deo patri oĩpotẽti laudes ⁊ gratias referat. Induc eam domine in viam veritatis, doce eaȝ iustificationes tuas: per eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum p ignẽ. ℟. Amẽ. Consigna ea in fronte dices.
Signo tibi frontem ✠ vt suscipias crucem domini In auribus.
Signo tibi aures ✠ vt audias diuina precepta In oculis.
Signo tibi oculos ✠ vt videas claritatem dei In naribus.
Signo tibi nares ✠ vt odorem suauitatis sentias In ore.
Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vite: In pectore.
Signo tibi pectus ✠ vt credas in deum In scapulis.
Signo tibi scapl'as ✠ vt suscipias iugum sui. ei⁹. In toto corpe.
Signo te totum in noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sancti: vt habeas vitam, ⁊ viuas in secula seculorum Amẽ. Oremus. Oro.

OMnipotens sempiterne deus pater domini nostri Jesu christi respice dignare super hanc famulam tuam. N. quam ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cecitatem cordis ab ea expelle: disrumpe omnes laqueos satane, quibus fuerat alligata. Aperi ei domine ianuam pietatis tue, vt signo sapientie tue imbuta omnium cupiditatum fetoribus careat, ⁊ suauem odorem preceptorum tuorum leta in ecclesia tua sentiat, ⁊ proficiat de die in diem, vt idonea efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui pcepta medicina. Per eundẽ dominum nr̃m iesuȝ xp̄ȝ q vẽtur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ scl'ȝ p ignẽ. ℟. Amẽ. Orem⁹. Oro.

PReces nostras quesum⁹ domine clementer exaudi: vt hanc electam tuam. N. cru ✠ cis dñice, cuius impressione signamus, virtute custodi: vt magnitudinis glorie rudimenta seruans: per custodiam mãdatoꝝ tuoꝝ ad regenerationis gloriã puenire mereatur. Per christũ dñm nr̃m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus qui humani generis ita es conditor, vt sis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis, ⁊ bono testamento sobolem noue prolis ascribe, vt filij promissionis quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiã. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Exorcismus salis.

EXorcizo te creatura salis innomine dei pa ✠ tris oĩpotẽtis ⁊ in charitate domini nr̃i iesu chr̃i, ⁊ in virtute spũs ✠ sctĩ. Exorcizo te per deũ ✠ viuũ: p deũ ✠ verũ: p deũ ✠ sanctũ, q te ad tutelam humani generis procreauit, ⁊ pplo venienti ad credulitateȝ p seruos suos consecrari precepit. Proinde rogamus te dñe deus nr̃, vt hec creatura salis in noĩe sancte trinitatis efficiat̃ salutare sacramentum

cramentum

cramentum ad effugādum inimicū: q̄ð tu dn̄e sancti ✠ ficādo san
cti ✠ fices: bene ✠ dicendo bene ✠ dicas, vt fiat oīb⁹ accipiētib⁹
perfecta medicina p̄manens in visceribꝰ eoꝝ: in noīe dn̄i nr̄i Jesu
christi: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per
ignem. ℟. Amen. Postea tolle salem digito cum tua saliua, ⁊
pone in ore infantule, ⁊ dic. F amula dei. N. accipe sal sapientie,
qui propitiatio sit tibi in vitam eternā. Amen. Oremus. Oratio.
D Eus patrum nostrorū vniuerse conditor veritatis: te suppli/
ces exoramus: vt hanc famulam tuā. N. respicere digneris
propitius, ⁊ hoc primū pabulum salis gustantem nō diutius esuri/
re permittas: quo minus cibo repleatur celesti: quatenus sit deo
semp̄ spū feruens: spe gaudens: tuo semp̄ noī seruēs: p̄duc eā dn̄e
ad noue regenerationis lauacrum: vt cū fidelibus tuis promissio/
num tuaꝝ eterna premia ꝯsequi mereat̄. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟.
Amen. Interrogat sacerdos nomen infantule, ⁊ dicit. F amula
dei. N. ingredere in tēplū dei viui: vt habeas partem in prima re
surrectione cum sctis ⁊ electis dei. Et dato capite stole patrino in
troducat eam in ecclesiam dicēdo hanc orōnē. Oremus. Oratio.
P Reces nostras q̄s domine, clemēter exaudi, ⁊ hāc electā tuā
cru ✠ cis dn̄ice: cuius eam impressione signa ✠ mus: virtu/
te custodi: vt agnitionis tue rudimenta seruando: per custodiam
mādatorum tuoꝝ ad regenerationis gloriam peruenire mereat̄.
Per christum dn̄m nostrum. ℟. Amen. Finita oratione ponatur
infantula in pauimento ecclesie, ⁊ dicatur. Oremus. Oratio.
D Eus qui humani generis ita es conditor vt sis etiam refor/
mator: propitiare famule tue. N. adoptiue per gratiam tuā:
⁊ noui testamenti sobolem noue proli ascribe, vt filij promissionis
quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se accepisse p̄
gratiā. His ita finitis alius vel idem patrinus tenens infantulā
net genuflexus, ⁊ dicat sacerdos. Ora electa: flecte genua: dic
Pater noster, Leua, ⁊ comple orationē tuā, ⁊ signa illā: ⁊ accede
ad benedictionem. Et patrinus dicit totū Pater noster. ⁊ signat
puellam signo cru ✠ cis, ⁊ sacerdos dicit orōnē. Oremus. Orō.
D Eus celi: deus terre: deus angelorum: deus archāgelorū:
deus prophetarum: deus apostoloꝝ: deus martyrum: deus
confessorum: deus virginum: deus omnium bene viuentium: de⁹,
cui oīs lingua confitet̄: ⁊ omne genuflectitur celestiū, terrestriū, ⁊
infernorum: te inuoco dn̄e vt hanc famulā tuā perducere: ⁊ custo/
dire digneris ad gratiam baptismatis. Sequitur exorcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, ꝛ da honorem deo viuo ꝛ vero: da honorem Jesu christo filio eius, ꝛ spiritui sancto paracleto, ꝛ recede ab hac famula dei, quia istam sibi deus ꝛ dominus noster Jesus christus ad suam sanctā gratiam ꝛ benedictionem: fontemq; baptismatis dono celesti vocare dignatus est: per signum sancte cru ✠ cis, quod nos in frontem eius damus: tu maledicte diabole nunquam audeas violare, sed damnatus in eternum maneas ab eo repulsus, per eum qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ seculum per ignem. ℞. Amen. Item dicit sacerdos. Ora electa, flecte genua, dic Pater noster, leua, comple orationem tuam, ꝛ signa illā, ꝛ accede ad bn̄dictionē. Patrinus dicit totum Pater nr̄. ꝛ signat infantulam signo cru ✠ cis, ꝛ sacerdos dicit orationē. Oremus. Oro.

Deus abraham, deus isaac, deus iacob, deus qui tribus israel de egyptiaca seruitute liberasti, ꝛ per moysen famulū tuū de custodia mandatorū tuorū in deserto monuisti, ꝛ susannā de falso crimine liberasti, te supplex deprecor dn̄e, vt liberes hanc famulam tuā. ℞. ꝛ producere eā digneris ad grāz baptismi tui. Sequitur exorcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sentētiam tuam: da honorem deo viuo ꝛ vero, da honorē iesu xp̄o filio eius, ꝛ spiritui sancto paracleto, ꝛ recede ab hac famula dei: quia istam sibi deus ꝛ dn̄s noster Jesus christus ad suam sanctā gratiā ꝛ benedictionem: fontēq; baptismatis dono celesti vocare dignatus est per signum sctē cru ✠ cis, qd̄ nos in frontem eius damus, tu maledicte diabole nūquā audeas violare, sed damnatus in eternum maneas ab ea repulsus. Per eum qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℞. Amen. Sacerdos dicit tertio. Ora electa, flecte genua, dic Pater nr̄, leua, comple orationem tuam, ꝛ signa illam, ꝛ accede ad benedictionem. Et patrinus dicit totum. Pater noster. surgit. ꝛ signat infantulam signo cru ✠ cis. ꝛ sacerdos sequitur exorcismū. Exorcismus.

Exorcizo te immūde spiritus per patrem ꝛ filium ꝛ spiritum sanctum, vt exeas ꝛ recedas ab hac famula dei. ℞. Ipse tibi imperat maledicte damnate: qui ceco nato oculos aperuit, ꝛ quatriduanum lazarum de monumento suscitauit. Sequitur.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, ꝛ da honorem deo viuo ꝛ vero, da honorem Jesu christo filio eius, ꝛ spiritui sancto paracleto, ꝛ recede ab hac famula dei, quia istam sibi deus ꝛ dn̄s noster Jesus christus ad suā sanctā gratiā ꝛ

benedictionem: fonteq3 baptismatis dono sue grẽ vocare dignatus est: per signũ sctẽ cru ✠ cis: quod nos in frontez eius damus: tu maledicte diabole nunquã audeas violare: sed dãnatus in eternum maneas ab ea repulsus. Per eum qui venturus est iudicare viuos: ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. ¶ Incipit officium abrenunciationis, ⁊ catechismus. Primo ponit presbyter manum sup infantulã, ⁊ dicit sequentẽ orationẽ. Oremus. Oro.

Eternam ac mitissimã pietatem tuam deprecor domine sctẽ, pater omnipotẽs, eterne deus luminis author ⁊ veritatis super hanc famulã tuã. N. vt digneris eam illuminare lumine intelligentie tue: mũda eam ⁊ sanctifica: da ei sciẽtiam veram vt digna efficiatur accedere ad grãz baptismi tui: teneat fidẽ firmam: spem certã, cõsilium rectum: doctrinã sanctã: vt apta sit ad percipiẽdam gratiam tuam per eum, qui tecum ⁊ cum spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Quo facto qui tenet infantulam dicat cum sacerdote symbolum apostolorum: ⁊ Pater noster.

Credo in deum patrem omnipotentem creatorẽ celi ⁊ terre. Et in Jesum christum filium eius vnicum dominũ nostrum. Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex Maria virgine. Passus sub pontio Pilato: crucifixus, mortuus, ⁊ sepultus. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos: sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde vẽturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in spiritum sanctum, ⁊ sanctam ecclesiam catholicam. Sanctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Uitam eternam. Amen. Pater noster. Deinde sequitur exorcismus.

Nec te lateat satanas imminere tibi penas: imminere tibi diẽ iudicij: diemque supplicij sempiterni: diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atque vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus, Proinde dãnate atq3 dãnande da honorem deo viuo ⁊ vero, da honorem Jesu chr̃o filio eius: ⁊ spũi sancto. In cuius noĩe atq3 virtute ego precipio tibi qcũq3 es spũs immunde: vt exeas ⁊ recedas ab hac famula dei, quam hodie deus ⁊ dñs nr̃ Jesus xp̃s ad suã sanctã grãz ⁊ benedictionẽ, fontemq3 baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est: vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remissionez omniũ peccatorum. In nomine eiusdẽ dñi nostri Jesu christi: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Deinde saliua oris sui sacerdos tangat nares ⁊ aures infantule: ⁊ dicat.

Effeta, quod est adaperire nares et aures in odorem suauitatis. Respondeat q tenet infantulam. Effeta. Et sacerdos. In odorem suauitatis. Rñdeat qui tenet infantulam. Effeta. Et sacerdos. Tu autem effugare diabole: appropinquabit enim iudicium dei. Respondeat qui tenet infantulam. Effeta. Postea interrogat sacerdos nomen infantule: et dicat. Famule dei. N. abrenuncias satane? Respondet. Abrenuncio. Et sacerdos. Et omnibus operibus suis? Respondet. Abrenuncio. Et sacerdos. Et omnibus pompis eius? Respôdet. Abrenuncio. Deinde sacerdos liniat infantulam de oleo sancto inter pectus et scapulas cum pollice in modum cru ✠ cis, et dicat.

Ego te linio oleo salutis inter pectus et inter scapulas in nomine domini nostri Jesu christi, in vitam eternam. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo. Et sacerdos. Recede inmunde spiritus: et da locum spiritui sancto. Et sacerdos tenens manum super caput infantule dicit sequentem orationem. Oremus. Oratio.

Famulam tuã quesumus domine ad tui baptismi gratiam recurrentẽ respicere et cõseruare in tuo nomine digneris: et quicquid in ea per originalis peccati transgressionez pene obnoxium diabolus detinebat: sacri fontis indulgentia resoluatur: veteris hominis exuuias deponat: et noue vite indutus amictu resurgat: omnia nequissimi spiritus ab eo venena depelle: et salutarem baptismi gratiaz adimpleat: vt in tui muneris perceptione in eterna vita valeat exultare. Per christũ dominũ nostrum. His peractis procedant ad fontes. Sequitur benedictio fontium, si fons non est benedictus: et fiant letanie; et benedictio fontis vt supra. fo. 20. Si vero fons est benedictus, presbyter pretermissa letania et orationibus sequentibus interroget nomẽ infantule: et dicat. N. Credis in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis et in iesum christum filium eius vnicum dominũ nostrum natum et passum? Respondet. Credo. Sacerdos interrogat. Credis et in spiritum sanctum: sanctam ecclesiam catholicã: sctõr cõmunionẽ: remissionẽ pctõrũ: carnis resurrectionem: vitã eternã. Amen. Rñdet. Credo. Interrogat sacerdos nomen infantule: et dicit. Famula dei. N. vis baptizari? Rñdet. Volo. Tũc baptizat eam sacerdos in nomine sancte Trinitatis: sub trina immersione: vel infundit aquam super caput eius secũdũ morẽ patrie vel loci dicens: Ego te baptizo in nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amẽ. Postea

facit

facit sacerdos crucem in capite eius in vertice de sacro chrismate cum pollice, et dicit hanc orationem: Oremus. Oratio.

Deus omnipotens pater domini nostri Jesu christi, qui te regenerauit ex aqua et spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te lineat chrismate salutis in vitam eternam. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo. Postea sacerdos ponat linteamen super caput infantis, et dicat.

Accipe vestem candidam et immaculatam, quam perferas sine macula ante tribunal domini nostri Jesu christi, vt habeas vitam eternam in secula seculorum. R. Amen. Postea tradat candelam accensam in manu puelle vel patrini dicens. N. Accipe lampadem irreprehensibilem, custodi baptismum tuum, vt cum venerit dñs ad nuptias, possis ei occurrere vna cum omnibus sanctis suis in aula celesti, vt habeas vitam eternam, et viuas in secula seculorum. R. Amē. Deinde dicit Euāgelium sancti Joānis.

In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso etc. Postea dicit sacerdos. Vade in pace.

¶ Forma baptizandi puerum vel puellam, de cuius morte dubitatur ad succurrendum. Cap. ii.

Si infans grauiter infirmatur: ita quod de eius morte dubitetur, non fiat totus ordo predictus, sed cum primum fuerit ad portam ecclesie sacerdos sufflet in modum cru ✠ cis. et dicat.

Impero tibi immūde spiritus, in noīe pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti, vt exeas et recedas ab hoc famulo dei. Tunc sacerdos interrogat nomen infantis, et dicat. Quid vis fieri? Respondet. Christianus. Interrogat sacerdos Abrenūcias satane, et omnibus operibus eius, et oībus pompis eius? Rñdet. Abrenūcio. Postea facies signū crucis in fronte et pectore īfantis, dicit. Accipe signum crucis tā in fronte q̃ȝ in corde, sume fidē celestem, esto talis moribus, vt templū dei esse possis. Postea sacerdos benedicat salem in hunc modum. Benedic ✠ q̃s dñe hanc creaturam salis tua bene ✠ dictione celesti in noīe dñi nostri iesu christi, et in virtute spiritus sancti ad effugandum inimicum, quod tu domine sanctificando sancti ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas, fiatque omnibus percipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum. In nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amen. Oratione completa sacerdos ponat

sal benedictum in ore infantis dicens. Accipe sal sapientie, qui sit tibi propitiatio in vitaz eternam. Amen. Tunc introducat eum in ecclesiam: et dicat. Pater noster. et Credo in deum patrem. Postea sacerdos tangit nares eius: et aures cum saliua sua dicens.

Effeta: quod est adaperire aures et nares in odorem suauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium dei. Tunc sacerdos vocato nomine eius: dicit. Abrenúncias satane: et omnibus operibus eius: et omnibus põpis eius? Respondet. Abrenuncio. Tunc sacerdos incuncto digito in oleo cathecuminorum facit signũ crucis super pectus et scapulas pueri dicens. Ego te lineo oleo salutis in xp̃o Jesu domino nostro. ¶ Si autẽ ita infirmus in mortis periculo est cõstitutus: q̄ p̄dicta seruari non possint, benedic sal et in ore ponas, et signa puerũ in frõte et pectore cũ pollice: et dic. In noie pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amen. Et tenens manum super caput eius, dic hanc orationem.

Famulum tuum q̄s dñe ad tui baptismi gratiã recurrentem respicere et conseruare in tuo nomine digneris: et qcquid in eo per originalis peccati transgressionem pene obnoxiũ diabolus detinebat sacri fontis indulgentia resoluat: veteris hois exuuias deponat: et noue vite indutus amictũ resurgat: omnia nequissimi spiritus ab eo venena depelle: et salutarem baptismi gratiã adimple: et in tui muneris perceptione in eterna vita exultare concede.

¶ Item alia oratio pro proximo morti. Oremus. Oratio.

Medelam tuam deprecamur op̄s dñe, sancte pater, oĩpotens eterne deus, qui subuenis in periculis: qui temperas flagella, deum verberas: te ergo dñe supplices deprecamur, vt hunc famulum tuum eruas ab hac inualetudinę: vt nõ preualeat inimicus vsque ad tentationem anime: sicut Job terminum ei pone: ne inimicus de anima ista sine redẽptione baptismatis incipiat triũphare: Differ domine exitum mortis: et spatiũ vite extẽde: releua quem perducas ad gratiam baptismi tui. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea si non habeas aquam benedictam: benedic eam ista breui benedictione ad succurrendum.

Exaudi nos op̄s deus: et in huius aque substantiã tuam misce virtutem: vt abluendus p eam et sanitatẽ simul: et vitã mereat eternam. Per christum dominum nostrum. ℟. Amẽ. Exorcismus.

Exorcizo te creatura aque in nomine dei pa ✠ tris omnipotẽtis: et in charitate Jesu ✠ christi filij eius: et spiritus ✠ sancti. Exorcizo te omnis virtus aduersarij: omnis incursio satane: et

omne.

omne fantasma eradicare: ꝛ effugare ab hac creatura aque: vt fiat fons saliens in vitaȝ eternam, ꝛ qui ex ea baptizatus fuerit fiat tē/plum dei viui, ꝛ spiritus sanctus habitet in eo: in remissionē omniū peccatorū. Postea pone chrisma in aqua, ꝛ dicas. Fecundetur ꝛ sanctificetur iste fons hoc salutifero chrismate. In nomine pa ✠ tris, ꝛ ✠ lij, ꝛ spiritus ✠ sancti. Amen. Deinde sacerdos inter/rogato nomine pueri: dicat. N. Credis in deum patrē omnipotē tem: creatorem celi ꝛ terre? Respondet. Credo. Et sacerdos. Credis ꝛ in iesum christū filiū eius vnicum dn̄m nostrū, natum, ꝛ passum? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis ꝛ ī spiritū sanctum: sanctam ecclesiam catholicā: sanctorū cōmunionē: remissio/nē peccatorū: carnis resurrectionē, vitā eternā? Rn̄det. Credo. Et interrogat sacerdos. N. Uis baptizari? Rn̄det. Uolo. Tūc sacerdos eū baptizat in nomine sancte Trinitatis: dicens. Ego te baptizo in nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spūs ✠ sancti. Amen. Postea facit crucem de chrismate sacro in vertice eius, ꝛ reliqua vt supra. s. dat ei vestem cādidā: ꝛ candelam cū orationibus vt supra.

¶ Si autem puer conualuerit: debent omnia suppleri que omis/sa sunt. s. omnia, que baptismum precedunt: ꝛ dicta non fuerant.

¶ Si vero adeo propinquus morti fuerit: quod credatur ipsum immediate obiturum: solum dicat formam baptismi. videlicet. Ego te baptizo in nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spiritus ✠ san/cti. Amen. Et dicendo verba predicta effundat aquam super caput eius: ꝛ sic eum baptizet. Et si habet chrisma eum in ver/tice vngat in modum crucis, ꝛ dicat orationem. Deus omnipo/tens pater domini nostri Jesu christi ꝛc. Et postea. Accipe ve/stem candidam ꝛ immaculatam ꝛc. Et demum candelā dicēdo. Accipe lampadem irreprehensibilē: custodi baptismum tuum ꝛc. Postea dicat euangelium sancti Joannis. In principio erat ver/bum, ꝛ verbum erat apud deum, ꝛ deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt ꝛc. fo. 190.

¶ Explicit tractatus primus prime partis libri Sacerdotalis: de sacramento baptismi.

¶ Aduerte quod hic sequi deberet sacramentum eucharistie vel penitentie: Sed quia regulariter primo precedit penitentia: postea communio, ꝛ vltimo extrema vnctio: que habet multa an/nexa. s. commendationem anime: officium sepulture ꝛc. que mul/tum protrahuntur ad longum: visum est hic tractare primum de matrimonio, ꝛ postea successiue de aliis sacramentis.

¶ Tractatus secundus prime partis: libri Sacerdotalis de sacramento matrimonij.

¶ Quid sit matrimonium, & qualiter contrahatur legitime, & de eius institutione, & de tribus bonis matrimonij. Cap. 1.

Matrimonium est sacramētum ecclesie & quod sic diffinitur. Matrimonium est maris & femine cōiunctio īdiuiduā vite consuetudinem retinens. De presump. ca. illud. Quod quidem contrahitur solo cōsensu per verba de presenti: quando vir in mulierem, & mulier in virum accidentibus verbis consensum exprimentibus. s. Accipio te in meam, & accipio te in meum: vel equipollentibus, consentiunt. De sponsa. c. cum locum. & ca. tua. & ca. Tuas. de spōsa duorum. & .27. q. 2. ca. sufficit. Et sanctus Thomas in .4. distin. 27. q. 1. arg. 1. Non solum autem verbis, sed etiam signis matrimonium exprimentibus vel consensum in matrimonium, vt in surdis & mutis: contrahitur matrimonium. De sponsa. ca. cum apud sedem. ¶ Institutum autem fuit in paradiso terrestri matrimonium ante peccatum: propter susceptionem sobolis: dicente domino. Crescite & multiplicamini. Gen. 1. c. Institutum, & fuit post peccatum: causa vitande fornicationis: vt dicit Apostolus. 1. ad Cor. 7. Propter fornicationem vnusquisque habeat vxorem suam, & vnaqueque virum suum. 32. q. 2. ca. sicut. & cap. quicquid. ¶ Omnes autem qui volunt possunt matrimonium contrahere, dummodo sint in etate legitima, que est in viro. 14. annorum, & in femina. 12. vt habetur de despon. impube. ca. impuberes. & ca. continebatur. & dummodo non sit aliquod impedimentum, quo phibeatur ɔtractio matrimonij: de quibus infra habetur. Et pōt fieri matrimoniū per procuratorē, sicut fuit de Isaac, & Rebecca. Gen. ca. 24. & 32. q. 2. §. cum dicitur. ¶ Tria autem sunt bona matrimonij. s. proles, fides, & sacramentum. Proles, vt charitatiue recipiant filios: & religiose educent. Fides, vt cum alia persona non coeant. Sacramentum: vt nunquam nisi per mortem separentur. Qui filij sint legitimi. ca. per venerabilem. in tex. & glo. super

Institutio.

Tēpus.

Tria matrimonii bona.

super ver. de tribus bonis. 27. q. 2. ca. in omne itaqz. 32. q. 1. ca. non enim. Ex concilio Florentino predicto. Sacramentum matrimonij est signum coniunctionis christi & ecclesie secundum Apl'm dicentem. Sacr'm hoc magnum est. Ego dico i christo & ecclesia. Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus: p verba de presenti expressus. Assignatur autē triplex bonum matrimonij. Primū est, proles suscipienda & educanda ad cultū dei. Scdm est fides, quam vnus coniugum alteri seruare debet. Tertiuz est indiuisibilitas matrimonij: propter hoc quod significat indiuisibilem coniunctionē christi & ecclesie. Quāuis autez ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non inde aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonij vinculuz legitime contracti perpetuum sit: hec ibi.

De duplici matrimonio .s. legitimo & clandestino: & de bannis publice faciendis. Cap. 2.

Matrimoniuz aliud est legitimum: quod est qn publice & solēniter contrahit' in faciem ecclesie cum debitis conditionibus requisitis .s. cuz vxor 'a parentibus petit', desponsat', dotatur, & a sacerdotibus benedicitur. & 33. q. 5. ca. aliter. ¶ Aliud est clandestinū quod fit sine predictis solemnitatibus. 30. q. 5. per totuz. Cui clādestino mr̄imonio sacerdos consentiens est suspendēdus. De clan. despon. ca. cuz inhibitio. q2 ex eo sequuntur frequentius multa mala: & scandala quam plurima oriunt': ideo ab ecclesia est inhibitū. Quod quidem clandestinū matrimonū publice est ratificandum. De clande. despon. ca. qd nobis. Quapropter prudens sacerdos debet diligenter intendere q' talia nō sequant'. Unde sm generalis concilij cōstitutionem de clande. despon. ca. cum inhibitio. acienda sunt banna in ecclesiis per sacerdotem anteq̄z matrimonium contrahat': & indicēdū p tres dies festiuos in missarū solēnijs: Ut siquis sciat inter tales psonas: que iter se ꝯtrahere debēt esse aliqd impedimentū: infra cōpetentē terminum assignandum debeat ip um pducere & manifestare in hec, vel similia verba. vz. 'Ne due persone. 'N. &. 'N. volunt cōtrahere matrimonium. Si quis est qui nouerit aliquod impedimentū esse inter has psonas, quod matrimoniū inter eos impediat, illud denunciet. Et de hoc admonemus omnes primo, scdo, & tertio, & pemptorie infra talē terminum. 'N. & alicubi q sine istis bānis cōtrahūt sunt excōicati. Et si apparuerit aliqua cōiectura ipedimenti alicuius: inter dicēdum est illis ne contrahant donec veritas declaret': & oppositū cōstet. Qui aūt ꝯtraxerint post phibitionē sibi factam: & impedimen

Non tutum esset scias nouum cōtrahere, vt sentiūt quidam moderni, q tū sciat sibi potius permissum nec propterea deo gratū eē, & memineris. quātum ualeat ecclesię usus. Mat. 6. & ad corinth. prima. 7

tum extiterit: illegitimos filios ꝓcreabunt: ⁊ sacerdos qui tales inhibitiones facere cōtempserit, vel regularis, q interfuerit suspē di debent ab officio ꝑ tres annos. Et siqs malitiose falsuz impe/ dimētū obiecerit, canonicā vltionē nō euadet: vt patet vbi supra.

¶ De impedimentis matrimonij, que sunt. 14. Ca. 3.

Impedimenta autem matrimonij, que matrimonium impe/ diunt contrahendum, ⁊ dirimunt iam contractum sunt. 12. ⁊ in his versibus continentur. videlicet.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis: si forte coire nequibis.
Hec facienda vetant, connubia facta retractant.

¶ Primum impedimentum est error: quod tripliciter potest oc/ currere. Vel in persona: vt si credatur ꝯtrahi cum Martino ma/ trimonium: ⁊ contrahitur cum Petro. Et hoc nullum est. 29. q. 1. ca. his ita. ¶ Secundo modo erratur in fortuna: vt si credit con trahere cum diuite: ⁊ contrahit cum paupere. ¶ Tertio modo in qualitate: vt si credat contrahere cum filia regis: vel alia ꝑsona no bili: ⁊ ꝯtrahit cum rustica. Vel credit contrahere cū virgine: ⁊ con trahit cum meretrice. Et in istis duobꝫ vltimis talis error nō im/ pedit matrimonium. ¶ Scōm impedimentum est conditionis: quando quis liber contrahit ignoranter cum serua: vel libero cuz seruo: ⁊ tunc nullum est matrimoniū, nisi cognita cōditione de no/ uo contrahant vel cōsentiūt. Error tñ deterioris cōditionis impe dit ⁊ non paris vel melioris: vt si seruus contrahit cuz ancilla: quā credebat liberam: vel cum libera: quam credit ancillam. De coiu. seruo. ca. proposuit. ⁊. 29. q. 1. §. 1. ¶ Tertium impedimentum est voti. Duplex est autem votum. s. simplex ⁊ solemne. Votum sim/ plex impedit matrimonium contrahendū, sed non dirimit contra ctum. Votū vero solemne, quod est ꝑ susceptionez sacri ordinis. s. subdiaconatus vel omissionem professionis tacite vel expresse in aliqua religione approbata impedit matrimonium contrahen/ dum: ⁊ dirimit iam contractum. Qui cleri. vel vo. ca. meminimꝰ. ⁊ ca. consiuluit. ⁊ ca. insinuatione. De voto ⁊ vo. re. c. quod votū. li. 6. Et tales contrahentes sunt excōicati. De cōsan. ⁊ affi. ca. eos qui in cle. de consangui. ⁊ affini. ca. vlti. ¶ Quartum impedimētū est cognationis: Que est triplex. s. carnalis, spiritualis, ⁊ legalis. ¶ Prima est consanguinitas: que impedit matrimonium vsqꝫ ad quartum graduz inclusiue: ⁊ tales similiter sunt excōicati si cōtra/

bunt:

hiunt, ⁊ matrimonium est nullum. eo. ca. eos qui. Si vero vnus at/tineat alteri in tertio vel quarto gradu, ⁊ alius in quinto: contrahe re possunt: quia semper standum est remotiori persone in consan/guinitate. ¶ Cognatio spiritualis est compaternitas: que prouenit ex datione vel administratione sacramentorum. Uerbi gratia. Sacerdos baptizat puerum, ⁊ Martinus suscepit eum de sacro fonte: vterqꝫ est pater spiritualis ipsius pueri, ⁊ compater patris ⁊ matris. Unde suscipiens puerum nunquam poterit habere in matrimonium matrem eius: nec ipsam personam quam tenuit si femina sit: nec vxor suscipientis poterit habere patrem pueri: licet ipsa non susceperit: sed vir suus, ⁊ ecõtra. Sil'r filij patris carnalis ⁊ spiritualis possunt contrahere matrimonium insimul: excepta il/la persona: per quam euenit compaternitas. Similiter compater potest filiam cõpatris accipere: nisi sit illa quã tenuit. Potest etiã aliquis habere duas cõmatres successiue in vxores: si ante matri/monium effecte sunt cõmatres. Idem dicẽdum est de filio vxoris habito ex priori viro, ⁊ econtra, quia mulier eum suscipiens nõ est cõmater viri sequentis, ⁊ vir suscipiens filium alicuius de alia vxo re: non est compater sequẽtis vxoris. Laicus baptizans aliquem: non potest cõtrahere cum matre eius. Filius sacerdotis qui bapti/zauit: vel illius qui tenuit non potest contrahere cum dicta puella. ¶ Cognatio autem spũalis solum contrahitur per baptismum vel confirmationem. Catechismus licet impediat matrimonium con/trahendum, non tamen dirimit contractũ. De cogna. spiri. ca. cate chismum lib. 6. ¶ Cognatio legalis est adoptio alicuius in filium vel filiam. Unde talis adoptatus quandiu durat adoptio non po/test accipere filiam carnalẽ adoptantis, sed bene post eius fractio/nem, que fit per emancipationem. Adoptans non potest aliquo tempore filiam adoptatam ducere in vxorem: nec etiam post eman cipationem. ff. de ritu nup. per adop. l. adoptiuus. Itẽ. l. quin etiã. eo. ti. ¶ Quintum impedimentũ est criminis. Tria sunt crimina, que impediũt matrimonium cõtrahẽdũ, ⁊ dirimũt ꝯtractũ. s. adul/terans cum ꝯiugata, ⁊ machinãs in mortẽ viri: vel econtra machi/nans in mortem vxoris effectu secuto. ¶ Secundo si viuente viro eius ꝑmittit adultere eam ducere in vxorem. ¶ Tertio si viuente legitima vxore scienter adulteram superinducit in cõiugium. Si vero nullus istorum casuũ interuenit põt ea ducere. De eo qui du. ĩ matri. per quam pol. per adul. ca. propositum. ca. super hoc. ⁊ ca. sequenti. eo. ti. ¶ Sextum impedimentum est disparitas cultus.

Unde fidelis non potest cõtrahere cum iudea vel pagana. Potest tamen ɔtrahere sponsalia: si infidelis promittit conuerti ad fidẽ. Si autem alter coniugum cõuertitur ad fidem ex iudaismo vel paganismo, ⁊ alter remanet infidelis: si potest sine iniuria creatoris fieri: possunt simul habitare. Si autem periculum est q̄ infidelis fidelem ad infidelitatem: vel peccatũ mortale trahat: soluitur matrimonium. Idem dicendũ de lapsis in heresim. Si iudeus contraxit cum cõsanguinea, cõuersus ad fidẽ potest remanere cuꝫ ea: nisi in gradibꝰ diuina lege ꝓhibitis. Paganus habẽs plures vxores cõuersus ad fidem potest retinere solã primã. De diuor. cap. quanto. Leui. 18. ❡ Septimum impedimentum est violentia, que excludit cõsensum, si tamẽ est talis: que cadat in cõstantẽ virũ: sicut metus mortis, verberum, ⁊ seruitus, ⁊ metus stupri. Et si mulier steterit cum viro ꝑ annũ cuꝫ dimidio, ⁊ cõsenserit in carnalẽ copulaꝫ non debet audiri: alias matrimoniũ nõ valet. ❡ Octauũ impedimẽtum est ordinis, q2 ordines subdiaconatus ⁊ s̄upiores impediunt matrimonium ɔtrahẽdũ: ⁊ dirimũt iã cõtractũ, ⁊ est excommunicatio late sentẽtie cõtra tales. Qui cle. vel vo. c. de diacono in fi. ⁊ ca. ex literarum. de ɔsan. ⁊ affi. ca. eos qui cle. ❡ Nonũ impedimentum est ligaminis: vnde nullus qui legitime nupserit potest viuente prima vxore aliam accipere. Et si inter eos fuerunt sponsalia de futuro, similiter non potest cũ alia de futuro cõtrahere sponsalia. Si autem cum alia contrahit per verba de presenti, vel de futuro, ⁊ sequit̃ copula carnalis, stabit cum secũda: etiam si cum prima spõsalia de futuro fuissent iuramento firmata. Si alligatus est vxori, ⁊ non est secuta carnalis copula, potest ea inuita religionem intrare: nõ tamen si secuta est carnalis copula. Uxor credens maritum mortuum: si nubat: quamdiu est in tali credentia, excusatur. Si autem primus maritus redierit: cum ipso tenetur redire ⁊ manere: alias adultera censebitur. De secun. nup. ca. dominus. 27. q. 1. ca. qui desponsatam. ❡ Decimum impedimentum est publice honestatis iustitia: que est quando aliquis aliquam mulierem despõsat existentem annorum. 7. ⁊ supra: licet eam non cognoscat carnaliter: nullus tamen de consanguinitate ipsius mulieris potest eam ducere in vxorem: nec ipse aliam de consanguinitate ipsius. De despon. impu. ca. iuuenis, ⁊ ca. ad audientiam eo. ti. ❡ Undecimum impedimentum est affinitatis: quod est quando aliquis aliquam mulierem carnaliter infra claustra pudoris ⁊ complete cognoscit. Talis mulier efficitur affinis omnium consanguineorum

ipsius,

ipsius, et ipse efficitur affinis omnium mulierum consanguinearũ dicte mulieris vsqz ad quartum gradum inclusiue. Et moriente consanguineo, quo contrahitur affinitas: persona que superuiuit remanet affinis. De cõsangui. et affi. ca. quod sup his. ¶ Duodecimũ impedimẽtũ est impotẽtia coeũdi: que est duplex. s. naturalis et accidentalis. Naturalis: vt frigiditas in viro: et arctatio in muliere: et defectus etatis in puero. Accidentalis: vt castratio et maleficiatio. Impotentia naturalis, alia temporalis, alia perpetua. Temporalis impedit matrimonium per tempus quo durat: sicut defectus etatis in puero. Perpetua impedit contrahendum: et dirimit contractum. Arctatio in muliere medicina remoueri debet, vel per assiduum coitum aperienda, que si non valet remoueri, nullum est matrimonium. De fri. et male. ca. accepisti. Si mulier arctata ab vno cognosci non potest, et postea ab alio cognoscatur reddenda est primo. ¶ Accidentalis impotentia, siue castratio impedit. Maleficium autem si temporale est, non impedit. Si autem perpetuum est quod cognoscitur: si per triennium continuum persistentes actui venereo non possunt se cognoscere, tunc impedit contrahendum, et dirimit contractum. Et hec impedimenta intelliguntur esse si precesserint matrimoniuz. ¶ Alia duo impedimenta sunt, que impediunt matrimonium contrahendum: sed non dirimunt contractum. s. impedimentum feriarum. s. ab aduentu vsque ad epiphaniam: a septuagesima vsque ad octauas pasche inclusiue. A secunda feria in rogationibus vsque ad primam dominicam post pentecosten exclusiue. Quibus temporibus licet possit contrahi matrimonium per verba de presenti: et semper et omni tempore etiam quadragesimali: non licet tamen traducere vxorem: vel solennizare nuptias: vel eam carnaliter cognoscere. Et contrafacientes peccarent mortaliter. ¶ Aliud impedimentum est interdictum ecclesie: quando. s. ab ecclesia ex causa rationabili interdicitur alicui contrahere matrimonium cum aliqua. Et ista duo vltima impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum. De clan. despon. ca. cum inhibitio. v. ecclesie vetitum: nec nõ tempus feriarũ. Impediunt fieri: permittunt facta teneri. ¶ Hec impedimenta strictim et breuissime in substantia hic posita sunt quantum fieri potuit. Sed qui ea diffusius videre et intelligere voluerit: legat summam confessorum: summã pisanã: summã syluestrinã: summam tabianam: et summã rosellam, et alias summas casuum conscientie.

Lege summã Caietani de casibus: qui alijs absolutior est.

¶ De exortatione & admonitione facienda sponso & sponse per sacerdotem, & de forma contrahendi matrimonium, & eius benedictione. Ca. 4.

In stante aũt nuptiarũ celebratione faciende sunt orationes, & maxime in missa, & est dicẽda missa de spiritu sancto cũ oratione de beata virgine, & alia oratione, q̃ incipit. Deus per quem mulier iungit̃ viro &c. vt in missali: & hortandi sunt sponsus & sponsa ad sacramentalem confessionem, & in ea sunt instruendi qualiter in matrimonio viuere debeãt, & q̃ cum omni honestate actum coniugij exerceant: cõsiderantes quod inter eos est sacramentum sctẽ matris ecclesie, quod est honeste exercendum: iuxta dictũ beati Pauli apostoli prime ad Thessalonicenses. 4. ca. Unus quisq; vestrũ sciat vas suũ possidere in sanctificatione & honore: nõ in passione desiderij: sicut gẽtes que ignorãt deũ: qm̃ de⁹ nõ vocauit eos in immũditiã, sed ĩ sanctificationẽ. Hoc aũt fiet si in actu m̃rimonij pcedẽt non sicut equus & mulus, sed sicut psone deũ timẽtes, & sacramentũ m̃rimonij honorantes. vz. nõ ex ardore libidinis, sed causa prolis suscipiẽde, & debiti reddendi cõsorti, sicut tenent̃: nec tali actu cõiugij vtantur modo indebito etiam in vase cõsueto, & tactibus immundis: vt pluries actum ipsum exercere possint: vel vt habeant maiorem delectationẽ: nec vtantur calidis cibarijs & potius: vt plus ad hoc tententur: nec vir abutatur vxore extra vas debitũ: q2 in oĩbus supradictis peccarẽt. Item q̃ tpe mẽstrui non cõueniant, q2 esset mortale. Itẽ q̃ conentur honorare magnas festiuitates, & pro dei honore non vti coniugio, & similiter in diebus ieiuniorum & processionũ, & per triduum ante & per triduum post sumptionẽ sacre cõionis. Si igit̃ honeste matrimonium exercuerint deus illis bona dabit, & prosperabunt: & bonos filios generabunt, & diu viuent cuz letitia insimul, & vitaz eternam eis concedet dñs deus noster. Itaq; sacerdos de talibus eos sapienter & discrete moneat, vt deũ timere discant, & cum pace & fidelitate alter alteri amorẽ & fidem seruet. Bonum etiam esset si ante nuptiarum cõtractionẽ sacramẽtum eucharistie sumerent.

vt

vt muniti tali viatico cum maiori gratia sacramentum ipsius cōtra/herent: quia ſm doctores si alter eorum vel ambo essent in peccato mortali: contrahēdo matrimonium: mortaliter peccarēt. Assignata die, qua matrimonium cōtrahendum est per verba de presenti, venientes ad ecclesiam sponsus ꝛ sponsa, qui sunt materia huius sacramenti, ꝛ se sacerdoti presentātes ei iuramentum prestent ſm consuetudinem quarūdā ecclesiarū, de contrahendo matrimoniū secundū ritū sancte Romane ecclesie. Oportet aūt ꝙ sponsus etatem .14. annorum, ꝛ sponsa .12. excedant si consensus valere debet: alias nihil fit, nec est matrimonium. Prestito iuramento sacerdos indutus superpelliceo cum stola interrogat vtrunque in hunc mo/dum. Ego ex parte dei, ꝛ per iuramentum, quod fecistis mādo vobis: quatenus mihi dicatis si habetis aliquod impedimētū cano/nicum: quod possit impedire vos ab hoc matrimonio legitime contrahendo. vz. si estis consanguinei vel affines vsqꝫ ad quartū gra/dum inclusiue, ꝛ si aliquis vestrum cum aliqua persona cōtraxerit per verba de pn̄ti. Si habetis votum religionē intrādi: vel votum castitatis: vel alia impedimenta canonica. vt supra. Quibus sin/gillatim respondentibus ꝙ non, sacerdos pronunciet verba, que sunt forma huius sacramenti cum ꝯsensu vtriusqꝫ, de quo cōsensu specialiter eos moneat, quod si desit nihil oīno agitur, ꝛ dicat sponso. Domine Petre. vel N. placet vobis accipere. dn̄am Catherinā. vel N. in vestrā legitimā sponsaꝫ ꝑ verba de pn̄ti: sicut p̄cipit sancta Romana ꝛ ap̄lica ecclesia? Quo dicēte. Placet dn̄e. Sacerdos dicit sponse. Dn̄a Catherina. vel N. placet vobis accipere dn̄m Petrū. vel N. in vestrū legitimum spōsum per verba de pn̄ti: sicut p̄cipit sacrosctā Romana ꝛ apostolica ecclesia? Et illa dicēte. Dn̄e placet mihi. Sacerdos ponat manum dexteram spōsi sup dexteram spōse, ꝛ supponat stolam in modū crucis sup cōpli/catas dexteras vtriusqꝫ ꝛ dicat. Et ego authoritate quam fungor cōiungo vos matrimonialiter. Et signū crucis sup vtrunqꝫ faciat dicens. In noīe pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spūs ✠ sancti. Amen. Et aspgat aqua bn̄dicta: dicēs. Per aque bn̄dicte asp̄sionē det vobis oīps deus suā grāꝫ ꝛ benedictionē. Quo dicto sacerdos benedicit arras in hūc modū. ℣. Adiutoriū nostrū ī noīe domini. ℟. Qui fecit celū ꝛ terrā. ℣. Sit nomē dn̄i benedictū. ℟. Ex hoc nūc ꝛ vsqꝫ ī seculū. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremꝰ. Orō.

Benedic domine has arras, quas hodie tradit famulus

tuus. N. in manu ancille tue ꝛ dilecte sponse sue. N. quemad/modum benedixisti Abraham cum Sara: Isaac cum Rebecca: Jacob cum Rachel: dona super eos gratiam tue benedictionis: abundantiam rerum: ꝛ constantiam operum: florescant sicut ro/sa in hiericho plantata: ꝛ te dominum nostrum Jesum christum ti/meāt ꝛ adorent in secula seculorū. R. Amen. Oremus. Oratio.

D Omine deus oꝑs pater: qui in similitudinem sancti cōnubij Isaac cum Rebecca p intercessionem arrarum abrahe famu li tui copulare iussisti: vt oblatione munerum numerositas cresce/ret filioꝝ: q̄s omnipotētiā tuā: vt harū oblatione arrarū quas ho/die hic famulus tuus. N. dilecte sponse sue. N. offerre procurat: sanctificator accedas: eosq3 cū suis muneribus ꝓpitius bene ✠ di cas: quatenus tua bene ✠ dictione protecti, ꝛ vinculo tue libera/tionis connexi: gaudeant se feliciter cum tuis fidelibus pereniter mancipari. Per christum dn̄m nostrū. R. Amē. Aspergant arre aqua benedicta postea benedicat anulum. ℂ Benedictio anuli. ℣. Adiutoriū nr̄m i noīe dn̄i. R. Qui fecit celū ꝛ terrā. ℣. Dn̄e exaudi. R. Et clamor. ℣. Dn̄s vob. R. Et cū. Oremus. Orō.

B Ene ✠ dic, quesumus domine, anulum hunc, quem nos in tuo nomine bene ✠ dicimus: vt qui eum portauerint in tua pace consistant: ꝛ in tua voluntate permaneant: ꝛ in amore tuo viuant ꝛ senescant, ꝛ multiplicentur in longitudine dierum. Per christum dominum nostrum. R. Amen. Oremus. Oratio.

C Reator ꝛ conseruator humani generis: dator gratie spiritua lis: conditor eterne salutis: tu domine emittere digneris spiritum sanctum tuum paracletum de celis: ꝛ tuam sanctam be/ne ✠ dictionem super hunc anulum: vt isti pariter armati virtu/te celesti tuaque protectione defensi bene ✠ dictionis tue manus percipiant in vitam eternā. Per christum dn̄m nostrū. R. Amē. Et aspergat sacerdos anulum aqua benedicta. Postea sponsus accipiat anulū de manu sacerdotis, ꝛ ponat euz in dextera manu sponse in digito quarto, s. anulari dicens. In nomine prīs, ꝛ filij, ꝛ spiritus scti. Amē. Quo peracto sacerdos legat preces sequētes.

M Anda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod opera/tus es in nobis: a templo sancto tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congrega/tio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison, Pater noster. Et ne nos. ℣. Saluum fac

fac seruum tuum et ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Esto eis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Deus abraham, deus isaac, deus iacob, bene ✠ dic adolescentes istos, et semina semen vite eterne in mentibus eorũ: vt quicquid pro vtilitate didicerunt hoc facere cupiant. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum recuperatorem nostrum, qui tecum viuit et regnat in vnitate etc. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic et respice de celis sup hanc coniunctionẽ: vt sicut misisti scm̃ angelum tuum raphaelẽ pacificũ ad thobiaz et sarã filiam raguelis: ita digneris dñe mittere bñdictionẽ super hos adolescentes: vt in tua benedictione pmaneãt: in tua volũtate psistãt, et in tuo amore viuãt et senescãt, et multiplicent in longitudine dierum. Per christũ dominũ nr̃m. ℟. Amẽ. Oremus. Oro.

Bene ✠ dicere dignare dñe q̃s hunc famulum tuuz, et hãc famulã tuã, vt in noĩe tuo crescãt et pseruent: atqz oib⁹ dieb⁹ tibi seruiãt: quatenus mũdi pacto termino tibi sine macula valeãt adherere. Per christum dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Postea dicat sacerdos. ps.

Beati omnes qui timent dominũ: qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex sion: et videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super israel. Gloria patri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. et dicitur ab omnibus presentibus. Et ne nos. ℣. Saluũ fac seruũ tuũ et ancillã tuã. ℟. Deus me⁹ sperãtes in te. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clam. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ. Orem⁹. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: qui primos parentes nostros Adam et Euam sua virtute creauit, et in societate sancta copulauit: ipse corda et corpora vestra sancti ✠ ficet: et bene ✠ dicat: atqz in societate et amore vere dilectionis coniungat. Per christum dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dicat vos deus, et custo ✠ diat vos iesus christus: ostendat faciem suam in vobis, et misereat vestri: cõuertat dñs vultum suũ ad vos, et det vobis pacẽ et sanitatẽ corporis et aĩe. Amen.

IOmpleat vos xp̄s oī benedictione spūali ī remissionē pctōꝝ, vt habeatis vitā eternā ⁊ viuatis in scl'a scl'orum. ℟. Amē.

ET benedictio dei omnipotentis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiri/tus ✠ sancti, descendat super vos, ⁊ maneat semper. Amē.

Postea dicatur missa: vt in missali vsq₃ ad Pater noster. iclusiue. Et dicto post Pater noster. Per oīa scl'a scl'oꝝ. Et rńso. Amen. Antequam dicatur Pax domini. Sacerdos collocata hostia consecrata sup patenā positā sup calicē ⁊ coopertā corporali vertit se ad spōsū ⁊ spōsam corā altari genuflexos: ita q̄ sponsa sit a sinistris spōsi, ⁊ vbi cōsueuit cooperit spatulas viri ⁊ caput mulieris cū cōdē velo ad exemplū Rebecce, q̄ viso Ysaac cooperuit se. Gene. 24. Et de hoc habet. 30. q. 5. cap. femine. ⁊ cap. nec illud. Et dicit. In noīe pr̄is, ⁊ filij, ⁊ spūs sancti. Amē. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. De⁹ meus sperantes in te. ℣. Ostende eis dn̄e misericordiā tuā. ℟. Et salutare tuum da eis. ℣. Mitte eis dn̄e auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cum spū tuo. Oremus. Oratio.

PRopitiare dn̄e supplicationib⁹ nr̄is, ⁊ institutis tuis: quibus ꝓpagationē humāī generis ordinasti, benign⁹ assiste: vt q̄ te authore iungitur, te auxiliante seruet̄. Per dn̄m nostrū iesum christum filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūs sancti deus.

PEr oīa secula seculorū. ℟. Amē. Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Sursū corda. ℟. Habem⁹ ad dn̄m. Gratias aga/

mus domino deo nostro. ℟. Dignū ꝛ iustum est.

✠ Vere dignū ꝛ iustū est: equum ꝛ salutare. Nos tibi

semper: ꝛ vbiqꝫ gratias agere: domine sancte pater omni/

potens: eterne deus. Qui potestate virtutis tue de nihilo

cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs homini ad

imaginem dei facto: ideo inseparabile mulieris adiutorium

condidisti: vt femineo corpori de virili dares carnes princi/

pium: docens qd̄ de vno placuisset institui: nunqꝫ liceret dis/

iungi. Deus q̄ tā excellenti mysterio coniugalē copulā cōse/

crasti: vt christi ⁊ ecclesie sacramentum presignares in fede

re nuptiarū. Deus ꝑ quē mulier iungitur viro: ⁊ societas

principaliter ordinata ea bene✠dictione donatur: que nec

sola per originalis peccati penam: nec ꝑ diluuij est ablata sen/

tentiam: respice propitius super hanc famulā tuam: que mari

tali iungēda cōsortio: tua se expetit ꝓtectionem muniri. Sit

in ea iugum dilectionis ⁊ pacis: fidelis ⁊ casta nubat in chri/

sto: imitatrixq; sanctarum permaneat feminarum. Sit ama/

bilis vt Rachel viro suo: sapiens vt Rebecca: longeua ⁊ fi/

delis vt Sarra. Nihil in ea ex actibus suis ille author ꝑuari/

cationis vsurpet: nexa fide mandatisq3 permaneat. Uni/

thoro iuncta: cōtactus illicitos fugiat: mugiat infirmitatem

suam robore disciplinę. Sit verecundia grauis: pudore ve

nerabilis: doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobo/

le: sit ꝓbata ⁊ innocens: ⁊ ad beatorum requiē atq3 ad cele/

stis regna perueniat. Et videat filios filiorum suorum vsq3 ad

tertiã ⁊ quartã generationē: ⁊ ad optatã ꝑueniat senectutē.

Hic sacerdos mutet vocem si prefationem cantauit ⁊ dicat pla/ne ita quod ab astantibus audiri possit. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ re/

gnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum.

Oremus omnipotentem deum, qui ad multiplicandam humani generis pro/lem bene ✠ dictionis sue gratiam largiri dignatus est fratres charissimi, ꝛ deprecemur: vt hos famulos suos. N. ꝛ. N. quos ad coniugalem copulam ipse preelegit, ipse custodiat. ℟. Amen. *Postea dicat in tono lectionis.*

Det eis sensus pacificos: pares animos: mores mutuos, cha/ritate coniunctos. ℟. Amen.

Habeant quoque optatas suo munere soboles: quas sicut donum ipsius tribuit: ita bene ✠ dictionem consequan/tur: vt hi famuli tui in omni eidem cordis humilitate deseruiant, a quo se redemptos ac dicatos esse non dubitant. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. *Quibus peractis sacerdos ad altare conuersus dicit.* Pax domini ꝛc. *Postea datur pax sponso: ꝛ ipse sponse: ꝛ missa terminatur. Completa missa sacerdos vbi con/sueuit benedicit panē ꝛ vinum dicens.* ℣. Adiutoriū nostrū in no mine domini. ℟. Qui fecit celum ꝛ terram. Oremus. *Oratio.*

Bene ✠ dic domine creaturam istam panis ꝛ vini, sicut be/ne ✠ dixisti quinqꝫ panes in deserto, vt omnes gustātes ex ea tam anime quā corporis recipiant sanitatē. Per christū dn̄m no strum. ℟. Amen. *Deinde in altari frangat panem ꝛ det vna par/tem sponso, ꝛ aliam sponse: ꝛ sic etiam de vino, ꝛ postea aspergantur aqua benedicta. Deinde sacerdos ponit manus super capita am/borum primo viri, ꝛ postea mulieris dicens.* In noīe p̄tris, ꝛ filij, ꝛ spūs sci. Amē. *Et eleuatis manib⁹ ꝛ extēsis sup capita eoꝝ dicit.*

Deus abraham, deus isaac, deus iacob: ipse sit vobiscū: ꝛ ipse vos coniungat, impleatqꝫ bn̄ ✠ dictionē suam in vobis. Amen.

Bene ✠ dicat vos omnipotens deus oris sui eloquio: ꝛ cor vestruꝫ synceri amoris copulet nexu perpetuo. ℟. Amen.

Floreatis rerum p̄ntiū copijs, fructificetis decenter in filijs, gaudeatis perenniter cum fidelibus amicis. ℟. Amen.

Tribuat dominus vobis parētibus dona perēnia, p̄ntia tēpo ra feliciter dilatata, sentiatis gaudia sempiterna. ℟. Amē.

Ipse qui vnum trinumque possidet nomen, ꝛ gloriatur deus, benedicat vos in secula seculorum. ℟. Amen.

Quod ipse vobis prestare dignetur, cui est honor ꝛ impe/rium in secula seculorum. Amen. Oremus. *Oratio.*

Dominus deus oīps bene ✠ dicat vos: ipse vos cōiūgat, im/pleatqꝫ bene ✠ dictionē suā ī vobis: ꝛ videatis filios filioꝝ

vestrorum

vestroꝝ vsqꝫ in tertiam ⁊ quartã generationẽ ⁊ progeniem: ⁊ ad optatam perueniatis senectutem. Per dominuꝫ. Tunc sacerdos iterũ tangat capita vtriusque, primo viri ⁊ postea mulieris ⁊ dicat.

Deus abraham, deus isaac, deus iacob: emitte bene ✠ dictionem tuam super nubentes istos: ⁊ semina semen vite eterne in mentibus eorum: ⁊ quicquid de vtilitate sua didicerint, hoc facere cupiant. Per iesum christum recuperatorem omnium fidelium: qui cum te eterno patre spiritu scõ viuit ⁊ regnat deus: p oĩa secula seculorꝫ. Et benedictio dei omnipotẽtis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spirit⁹ ✠ sancti: descendat ⁊ maneat super vos, ⁊ angelus dñi bonus custodiat vos semper. ℟. Amen. Postea sacerdos dicit euagelium scti Joãnis. In principio. Quo dicto aufert velum ab eis: ⁊ dixit. Ambulate in paco. Benedictio qñ sponsa non habuit alium virum: ⁊ sponsus habuit aliam vxorẽ. Cap. 5.

Si vero fuerint secunde nuptie ex parte viri, ⁊ prime ex parte mulieris: benedicitur sponsa: ⁊ non spõsus: benedicũtur arre: veniunt tñ ambo ⁊ genuflectunt añ altare: ⁊ missa dĩ vsqꝫ ad Pax dñi. exclusiue: ⁊ velantur ambo vt supra. Et sacerdos dicit. In nomine patris ⁊c. vt supra. ⁊ ℣. vt supra i singulari numero, ⁊ genere feminino. Oratio. Propitiare. cum prefatione predicta. Et oratio. Oremus omnipotentem deuꝫ: qui ad multiplicandã. dicit in singulari numero: ⁊ genere feminino. Postea finita missa dicat orationes vt supra: ponendo manum solum super caput spõse: ⁊ faciat omnia reliqua vt supra. ¶ Benedictio quando spõsus non habuit aliam vxorem: ⁊ sponsa habuit alium virum. Cap. 6.

Si autem fuerint secunde nuptie ex parte sponse: ⁊ prima ex parte sponsi: omnia fiunt vt supra: ⁊ solum sponsus nominatur: ⁊ orationes dicantur in singulari numero: ⁊ in genere masculino: sed dicta oratione. Propitiare. non dicitur prefatio, sed solum oratio. Oremus omnipotente deuꝫ, qui ad multiplicandã. dicitur in singulari numero: ⁊ genere masculino. Postea finita missa omnia fiunt vt supra: in numero singulari: ⁊ masculino genere: ⁊ manus super caput sponsi solius imponuntur. ¶ Secunde nuptie non sunt benedicende: ⁊ sacerdos eas benedicẽs est suspẽsus, ⁊ ad papam mittendus: extra de scdis nuptijs. ca. 1. ¶ De ingressu sponse in ecclesia octauo die post benedictonem faciendo. vbi consueuit. ca. 7. ¶ In aliquibus ecclesiis consueuit octauo die post benedictionem: sponsa ingredi ecclesiã: qđ vulgo dicitur intrare in sancta. Et tunc sacerdos indutus superpelliceo ⁊ stola

fit in ostio eccle hec: ꝛ adueniente sponsa dicat. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ps. Deus misereatur. totū cū Gloria patri. ꝛ postea subiungat. ps. Beati omnes. totum sicut cū Gloria patri. Kirie el. Christe el. Kirie el. Pater nr̄. Aue maria. Et ne nos. ℣. Saluam fac ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantē in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobisc. ℟. Et cū spiritu tuo. Orem⁹. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus, creator celi ꝛ terre: qui omnia de nihilo creasti: quique Adam protoplastum de limo terre formasti: ꝛ Euam illi in adiutoriū dedisti ꝛ benedixisti eis dicēs. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terram: ne respicias ad pctā nostra: sed ad fidem ecclesie tue: ꝛ bene ✠ dicere digneris hāc famulam tuam vna cū marito suo: ꝛ da eis fecūditatē sobolis: ꝛ de rore celi atqꝫ de pinguedine terre abundantiam, ꝛ benedic eis tam in domibus quā in agris ꝛ vbiqꝫ: in iumētis ꝛ pecoribus omniqꝫ possessioni eoꝝ bn̄dic: ꝛ pduc eos in oī pietate ꝛ castitate: ꝛ moꝝ honestate, ꝛ timore dei ad vitam eternā. Per christum. Tunc sacerdos tradit caput stole sponse ꝛ ducens eam in ecclesiam dicat.

Ingredere in domū dei: ꝛ adora filiū virginis: qui tibi fecūditatem prolis tribuere dignetur. Per dn̄m nostrum iesum christum mediatorē dei ꝛ hominū. Qui cum patre ꝛ spū sancto viuit ꝛ regnat deus in secula seculoꝝ. ℟. Amen. Postea sacerdos celebret: ꝛ sponsa audiat missam cum candela accēsa in manibus. Et finita missa sacerdos benedicat eam hoc modo. Benedictio dei omnipotentis, pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spirit⁹ ✠ sancti: descēdat sup te: ꝛ maneat semper. Et aspergat aqua bn̄dicta: que surgens offerat sacerdoti quod sibi placuerit: ꝛ domum reuertitur in pace.

¶ Pro fuganda sterilitate mulieris oratio. Cap. 8.

Mulier sterilis ꝛ infecunda veniens ad ecclesiam accedat ad sacerdotem habētem superpelliceum ꝛ stolam: ꝛ se eius orationibus cōmendet. Qui faciat orationē sup eā in hūc modum. In noīe patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. Amen. ℣. Adiutoriū nostrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celū ꝛ terrā. ps. Beati oēs. totum cū Gloria patri. Aīa. Benedicat tibi dn̄s ex sion: ꝛ videas filios filiorum tuorum vsqꝫ in tertiam ꝛ quartam generationem. Kirie el. Christe el. kyrie el. Pater noster. Aue maria. Credo in deum. Quibus dictis sacerdos subiungat. Et ne nos inducas. ℣. Sal

uā fac ancillā tuā. ℟. De⁹ meus sperantē in te. ℣. Sint filij tui ficut nouelle oliuarū. ℟. In circuitu mēse tue. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum. Oremus.

D Eus qui emortuam vuluam sare ita per abrahe se/ Oratio. men fecundare dignatus es: vt ei contra spem sobolis filius nasceretur, presta famule tue. N. pro sua sterilitate deprecanti: vt merorem infecunditatis ab ea submoueas: ⁊ ad concipiendam sobolem ei fecunditatem tribuas: ⁊ filium quem donaueris cle/menter benedicas. Per dominum nostrum. Oremus. Oratio.

M Aiestatis tuē clementie deus pater omnipotens suppliciter exoramus: vt preces nostras pro sterilitate famule tue. N. benignus assumas, ⁊ ei prolem tibi ⁊ hominibus gratiosam concedere digneris. Per christum dñm nostrū. Post hec aspergit eam aqua benedicta: ⁊ imponit quod sepe dicat vel dici faciat predictū psalmum. Beati omnes qui timent dñm. ⁊ Pater noster. ⁊ Aue maria. ⁊ Credo in deum. Et quod honeste cum viro suo ⁊ pudi/ce actum matrimonialem exerceat.

¶ Oratio pro im/peditis in matrimonio a demone vel maleficijs. Cap. 9.

S Acerdos cum superpelliceo ⁊ stola super virum ⁊ mulierē impeditos sequentem orationem dicit. ℣. Adiutorium no/strum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Do/minus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

D Omine iesu christe dei ⁊ beate marie virginis filius, qui in paradiso terrestri matrimonium instituisti in officium, siue conseruationem ⁊ multiplicationem humane nature, ⁊ ipsum ma/trimonium mirabiliter honorasti in aduentu tuo, ⁊ primordijs mi/raculorum tuorum: tu per merita ⁊ preces beatissime virginis ma/rie matris tue: beati vincentij confessoris tui, ⁊ omnium sanctorum ⁊ sanctarum tuarum digneris hos famulos tuos, quos matrimo/nialiter coniūxisti, bene✠dicere, ac plene liberare ab omni liga/mento, fascinamento, ⁊ maleficio satane: ⁊ dare eis fecunditatem ⁊ gratiam vt libere possint vti matrimonio suo ad generandum, concipiendum, portandum, pariendum, ⁊ nutriendum, proles gra/tas deo ⁊ hominib⁹. In noīe pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ spūs✠sancti. Amen. ps. Beati omnes. totū. ps. Qui habitat. ps. Dñe quid multiplicati. Omnes integri dicantur cum Gloria patri. Kyrie el. Christe el. Kirie el. Pater noster. Et ne nos inducas in tenta/tione. ℣. Saluū fac seruū tuū ⁊ ancillā tuā. ℟. Deus meus spe/rantes in te. ℣. Mitte eis domine auxiliū de sancto. ℟. Et de

sion tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. ℣. Esto eis domine turris fortitudinis. ℞. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

D Omine iesu christe fili dei viui: qui vterũ beate virginis marie mirabiliter fecundasti, vt de spiritu sancto conciperet, portaret, pareret, ac nutriret, te deum ⁊ hominem saluatorem inuocamus per clementiam tuam, vt his famulis tuis. N. ⁊. N. semoto omni demonis impedimento ⁊ maleficio, fecundilate donare digneris: vt generare, ⁊ concipere, portare, parere: ac nutrire tibi valeant prolem in vitam eternam. Amen. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti. Amen. ps. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum. cum quatuor sequentibus versibus vsque prosperabuntur. Gloria patri. Tunc sacerdos imponens manus super capita, primo viri, postea mulieris, dicat.

I Esus marie fili⁹: mũdi salus ⁊ domin⁹, qui beatissime virginis marie matri sue felicem partum tribuit, ipse tibi cõcedat vt possis in vtero portare, fouere, parere, ⁊ bene nutrire prolem deo ⁊ hominibus gratã. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sancti. Amen. ¶ Quando mulier non potest retinere filios, fiat sequens oratio. Et erit tanquam lignum ⁊c. vsq; prosperabũtur. Gloria patri. Iesus Maria. vt supra. De benedictione fetus in vtero matris, de cuius periculo dubitatur. Cap. 10.

S Acerdos cũ superpelliceo ⁊ stola hoc modo benedicit fetũ in vtero matris, Adueniens mulier pregnans coram altari: ⁊ genuflexa tenet faciem contra altare: ⁊ sacerdos sup eam orat dicens. ℣. Adiutorium nostrũ in nomine dñi. ℞. Qui fecit celũ ⁊ terram. ℣. Saluum fac ancillam tuã. ℞. Deus meus sperantem in te. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℞. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℞. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℞. Et de sion tuere eam. ℣. Domine exaudi. ℞. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

O Mñs sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere: ⁊ in potẽtia maiestatis tue adorare vnitatem: q̃s: vt eiusdem fidei firmitate ab oib⁹ semp muniamur aduersis. Per do. Oremus. Oratio.

D Omine deus oĩum creator, fortis, ⁊ terribilis, iustus, atque

misericors,

misericors, q solus bonus & pius es, solus pstans, solus iustus, ops & eternus, q de omni malo liberas israel, q fecisti patres electos, quoslibet, & sanctificasti eos munere spus scti. videlicet. Joannem baptistã, virginẽ gloriosissimã mariã in vtero: post conceptũ absqz omni decursu tẽporis: & alios secũdũ gradus varios, anteqz more solito nascerentur: accipe sacrificiũ cordis ɔtriti, q̃ fimus, ac feruẽs desideriũ famule tue. N. humiliter supplicãtis p ɔseruatiõe plis debilis, q̃ʒ dedisti eã ɔcipere: & custodi partẽ tuã atqz sãctifica imẽsa bñdictione tue gratie: & defende ab omni dolo & iniuria diri hostis, necnõ a qbuslibet aduersitatib⁹, crudelib⁹ & iniqs, vt ad lucẽ p̃sentis vite iocundissimã obstetricãte manu tua veniat incolumis, tibi q̃ in oib⁹ iugiter deseruiat, & vitã ɔseq sempiternã finaliter mereat. Per dñm. Postea aspgat aqua bñdicta dicẽdo. ps. De⁹ misereat nostri. totũ. Gloria patri. Deinde. ℣. Benedicam⁹ patrẽ & filiũ cũ sancto spũ. ℟. Laudem⁹ & superexaltem⁹ eum in secula. ℣. Angelis suis de⁹ mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in omnib⁹ vijs tuis. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spũ tuo. Orem⁹. Oro.

Uisita quesumus domine, cunctã habitationẽ istam: & omnes insidias inimici ab ea, & a presenti famula tua lõge repelle, & angeli tui sancti habitẽt in ea, qui eam & eius prolem in pace custodiãt, & bene ✠ dictio tua sit sup eam semper, salua eos omnipotẽs deus, lucẽ tuam eis concede perpetuã. Per dñm nr̃m iesum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiri. &c. ℟. Amen. Benedictio dei omnipotẽtis, pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti, descẽdat & sit sup te & sup plem tuã, & maneat semp. ℟. Amẽ.

¶ Ordo benedictionis mulieris post partum in domo. ¶ Sacerdos ingrediens domum mulieris: que peperit. dicat in ingressu.

Pax huic domui: & omnib⁹ habitantib⁹ in ea. ℣. Adiutoriuʒ nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. Psalmus.

Laudate pueri dñm: laudate nomen domini. Sit nomen domini be-

nedictum: ex hoc nunc ⁊ vsque in seculum. A solis ortu vsq₃ ad oc casu₃: laudabile nomē dñi. Excelsus sup oēs gentes dñs: ⁊ sup celos gloria ei⁹. Quis sicut dñs de⁹ noster, qui in altis habitat: ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra. Suscitans a terra inopē: ⁊ de stercore erigēs pauperē. Ut collocet eū cū pricipib⁹ cū pricipib⁹ populi sui. Qui habitare facit sterilē i domo: matrē filiorū letātē. Gl'ia.

BEati omnes qui timent dominū: qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es ⁊ bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex sion: ⁊ videas bona Hierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super israel. Gloria patri. Sicut erat ⁊c. Psalmus.

DEus misereatur nostri: ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: ⁊ misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Letentur ⁊ exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: ⁊ gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suu₃. Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus: ⁊ metuant eum omnes fines terre. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper: ⁊ in secula seculorum. Amen. Antipho. Anima mea illi viuet: ⁊ semen meum seruiet ipsi. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater. noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. ℣. Saluam fac ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantē in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eam. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine sancte, pater omnipotens, eterne deus: qui benedictionis tue gratiam egris infundendo corporis: facturam tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationem tui nominis sancti benignus assiste, vt hanc famulam tuam dextera tue virtutis tuearis, potestate confirmes, signaculo sancte crucis bene ✠ dicas: atque tue ecclesie ⁊ sanctis altaribus eā feliciter restituas. Per dominum nostrum. Et tunc aspergatur aqua benedicta.

¶ Ordo

¶ Ordo quando mulier post partum primo ecclesiam ingreditur expletis diebus sue purificationis. Cap. ii.

Sacerdos cum superpelliceo et stola facta confessione ante portam ecclesie aspergit mulierem aqua benedicta et dicit. ℣. Adiutorium nostrum in nomine dñi. Añа. Miserere. Gloria. Aña. repetitur. Postea dicit psal. Dñi est terra. totum Gloria patri. Aña. Hic accipiet benedictionẽ a domino: et misericordiã a deo salutari suo: quia hec est generatio querentium dominum. Postea dicat psalmũ. Deus misereatur nostri. totũ. Gloria patri. psalẽ Credidi propter. ps. Laudate dominum omnes gentes. ps. Leuaui oculos meos. totum. ps. Ad te leuaui oculos meos. Et post singulos psalmos dicatur. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Añ. Exaudi nos domine: quoniam benigna est misericordia tua: et secundum multitudinem miserationuz tuarum respice nos domine. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. ℣. Ego dixi domine miserere mei. ℟. Sana animã meam, quia peccaui tibi. ℣. Saluam fac ancillã tuam. ℟. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eã. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣ Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu. Oremus. Oro.

Deus qui per Moysen famuluz tuum israelitice plebi mandasti, vt mulier, que filium peperisset, ab ingressu templi sequestraretur: quesumus, vt hanc famulam tuam. N. ab omni inquinamento peccati mundare digneris: quatenus mente et corpore mundata sinum matris sancte ecclesie valeat penetrare: et tibi pro suis delictis acceptabile munus offerre. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum etc. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, pater domini nostri Jesu Christi: deus sabaoth, qui tuum vnigenitum vna cum matre sua post quadraginta dieruz spatium in templo presentasti: benedicere digneris hanc famulam tuam. N. quaz ad templũ tuũ tibi dño deo nostro purificandi gratia presentamus, et concede propitius, vt sicut eam per nostrum officiuz in templum istud introducimus sic post finem vite p̃sentis tẽplum celeste mereatur introire. Per eundẽ dñm nr̃z Jesuz Christũ filiũ tuũ. Qui venturus est iudica-

re viuos et mortuos, et seculum per ignem. R. Amen. Tunc mu/lier habens candelā accensam in manibus, accipit a sacerdote ca/put stole, et ecclesiam ingreditur, dicente sacerdote. Famula dei. N. ingredere in templum dei: adora filium beate Marie virgi/nis, qui tibi tribuit fecunditatē prolis. Deinde sacerdos celebret missam: si est hora cōuenies: et ipsa aliqd offerat sacerdoti. Postea dicat sacerdos euangeliū sci Joānis, et euangeliū. Postq̄ impleti sunt dies purgatiōis Marie etc. Postea dicat orōnē sequētem.

Absolue quesumus domine delicta famule tue. N. et a pcōꝝ suorum nexibus, que pro sua fragilitate cōtraxit: tua benigni/tate liberet. Et orationē. Deus qui salutis eterne. vel Concede nos famulos tuos. Et bndictio dei oipotentis pa + tris et fi + lij et spiritus + sancti: descendat super te, et maneat semper. Amen.

¶ Explicit tractatus secundus prime partis libri sacerdotalis.

¶ Tractatus tertius prime partis, libri Sacerdotalis, de sacra/mento penitentie.

¶ Penitentia quid sit, et quotuplex sit, et de tribus vere peniten/tie partibus. Cap. 1.

Secundū beati Hie/ronymi sententiaꝫ, secunda tabula post nau/fragiū est penitentia. De penit. distin. 2. Secunda, vt hi qui humana fragili/tate, vel suadente diabo/lo, seu ꝓpria iniqtate pec/cauerunt, per ipsam ad sa/lutis portum deducātur. Que quidē a beato Am/brosio sic diffinit. Penitē/tia est p̄terita mala plāgere: et plāgenda iteꝝ non cōmittere. De pen. dist. 3. c. pnia. Hoc est q̄ ille, q vere cupit penitere sit bene cō/tritus: id est dolorē habeat de pctis cōmissis et p̄teritis, et firmiter disponat et ꝓponat deinceps illa vel alia: id est nullū pcm̄ mortale cōmittere. ¶ Est aūt triplex pnia. s. solēnis publica, et secreta. So/lēnis pnia est, que per epm solemniter in. 4. feria cinerū indicit p/pter pcā enormia et publica. l. dist. c. in capite. Et hec solū ab epo, et non a sacerdote indicēda est, nisi de speciali mandato epi. Et de hac in pōtificali agit. ¶ Alia est penitētia publica, sicut pegrinatio

cum

etiam baculo cubitali vel hmōi, que a sacerdote parochiali: ꝛ a quolibet confessore pōt imponi. 31. q. 1. ca. siquis. que nō est ſm Augustinū imponenda iuuenibus ꝛ maxime mulierib⁹. l. dist. penitētes. ¶ Tertia est pnia priuata, que quotidie imponitur, dū quis pcā sua sacerdoti sacramentaliter ꝯfitetur. 26. q. 6. c. presby. 1. q. 1. c. si peccauerit. Ois aūt vera penitētia hēt tres partes. ¶ Prima est cordis ꝯtritio, que consistit in dolore pcōrum ꝑteritorum, ꝛ dispositione pro posse, diuina adiuuante grā, amplius non peccandi. ¶ Scōa est oris ꝯfessio, que consistit in integra lachrymabilis oris ꝯfessione oīum pcōꝝ coraꝫ sacerdote. ¶ Tertia est satisfactio pro pcis ad arbitrium sacerdotis imponēda, que fit in orōne, eleemosynis, ieiunio, peregrinatione, missis, vel alijs opportunis, iuxta cōfessoris discretionem, ꝛ confitentis opportunam correctioneꝫ. Et hec tria sunt huius sacri materia. ¶ Ex concilio Florentino ꝑdicto. Quartum sacrm̄ est penitentia, cuius quasi materia sunt actus pnie, qui in tres distinguitur partes. Quarum prima est cordis cōtritio, ad quam pertinet, vt doleat de peccato cōmisso cum ꝓposito non peccandi de cetero. Scōa est oris confessio, ad q̄ꝫ pertinet vt peccator omnia pctā, quorum memoriam hꝫ suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secūdū arbitrium sacerdotis, que quidem precipue fit per orōnem ieiunium, ꝛ eleemosynam. ¶ Forma aūt huius sacramenti est absolutio a pctīs. s. Ego te absoluo a peccatis tuis: que debet ab ore sacerdotis proferri. ¶ Ex predicto concilio Florentino. Forma huius sacramēti sunt verba absolutionis, que sacerdos profert cuꝫ dicit. Ego te absoluo. Omnia aūt alia sunt ad solemnitatem, que tamen non sunt pretermittenda. ¶ Minister aūt huius sacramenti est sacerdos rite ordinatus, ordinarius, vel delegatus habens commissionem a papa, vel ab epo. ¶ Ex concilio Florentino ꝑdicto. Minister huius sacramenti est sacerdos habens authoritatem absoluendi, vel ordinariam: vel ex commissione superioris. ¶ Effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis. ¶ Ex concilio Florētino predicto. Effectus sacramenti penitentie, est absolutio a peccatis, hec ibi. Liberatio a penis inferni, ꝛ restitutio diuine gratie. ¶ De triplici confessione, et quod auricularis confessio de iure diuino, siue a deo sit instituta, ꝛ de peccatorum circunstātijs ꝯfitendis. Cap. 2.

Ubi notandum q̄ triplex est confessio. Una mentalis, que est recognitio peccati coram deo in corde, ꝛ hec fuit tēpore legis nature. s. statim post peccatum Ade. Secunda est cerimonialis

confessio.s.quod peccans tali peccato offerat tale sacrificiũ: ⁊ pec/cans in alio peccato offerat aliud. Et hec fuit in lege mosaica. Tertia est confessio sacramentalis, que fit sacerdoti: que est de necessitate salutis cunctis penitentibus triplici ratione. ¶ Primo ex christi institutione: q eam instituit implicite ⁊ explicite. Implicite in figura dum dixit leproso Matth. 8. Vade ostende te sacerdoti. Explicite cũ dixit Jo. 20. aplis ⁊ per eos oĩbus sacerdotibus. Accipite spiritum scm̃: quorum remiseritis pctã remittũtur eis. ⁊c. Ibi enim datur sacerdotibus ptãs iudicandi ⁊ remittẽdi: que reqrit manifestationem de ipsis pcis, q̃ est confessio. Quibus autem datur ptãs iudicandi de aliqua causa datur eis ptãs cognoscendi de illa. Nullus enim põt iudicare ⁊ esse bon⁹ iudex de his que ignorat. Sacerdos autem non põt cognoscere sufficienter facta conscientie, pctõris, nisi peccator ei per cõfessionẽ cõsciẽtiã aperiat: ⁊ sic christus confessionem oris instituit. ¶ Secũdo ex doctorum ⁊ scripturarum testificatione confessio sacr̃alis est necessaria. Ambrosius in libro de Paradiso: ⁊ habet de pen. distin. 1. c. non potest. Non põt quisq̃ iustificari a pcõ, nisi pctm̃ fuerit ante confessus. Et ibidem Joannes chrysostom⁹. Non põt quisq̃ grãm vite celestis accipere, nisi purgatus fuerit ab oĩ sorde pcĩ per penitẽtie ↄfessionem. Et Augustinus libro de penitẽtia. Agite penitẽtiam qualis ĩ ecclesia agit᷑: vt oret pro vobis eccl'ia. Nemo sibi blãdiatur ⁊ dicat. Occulte ego apud deũ ago: nouit deus q̃ mihi ignoscit: q̃ in corde ago. Ergo sine causa dictum est. Quecũq; solueritis super terram erunt soluta ⁊ in celo. Ergo sine causa date sunt ecclesie dei claues, quasi dicat, non. Et de peni. dist. 1. ca. multiplex Leo papa. Non remanet in iudicio cõdẽnãdũ: qđ fuerit cõfessione purgatum. ¶ Tertio ex ecclesie perceptione ↄfessio sacr̃alis est necessaria, qa ecclesia precepit q̃ semel in anno qlibet postq̃ ad annos discretionis peruenerit debeat sacerdoti oĩa pcã sua cõfiteri. De pen. ⁊ re. ca. oĩs vtriusq; sexus. ⁊ dicit oĩa pcã. s. cogitationis, locutionis, operationis, ⁊ omissionis, secreta, ⁊ manifesta, cum coꝝ circũstantijs aggrauantibus, vel in aliã pctĩ speciẽ trahentibus: que sunt iste. s. ¶ Prima persone, cum qua peccauit nomine eius tacito: sed si cum nupta, vel moniali ⁊c. peccauit. ¶ Secunda, loci, si in loco sacro peccauit. ¶ Tertia, temporis, si in die festo. ¶ Quarta, numeri. s. quoties idem pctm̃ commisit: quantum recordari potest. ¶ Quinta, modi, vt siquis cum muliere peccaret contra naturam. ¶ Sexta, qualitatis, si sit publicũ, vel occultũ: ⁊

hoc

hoc pp scandalum. ¶ Septima, inductionis, si ipse peccauit: ⁊ aliū induxit ad peccandum. ¶ Octaua, consequentia, qn̄ ī vno pcō multa consequuntur: puta in ludo mendacia, periuria, blasphemie.

¶ Qui ⁊ quando teneantur ad confessionem: casus item nonnulli ponuntur quando quis statim tenetur confiteri. Cap. 2.

Omnes autem adulti postq̄ ad annos discrecionis peruenerint, tenentur confiteri semel in anno: id est ī quadragesima: ⁊ qui hoc non fecerit: viuens ab ingressu ecclesie, arceat̄, ⁊ moriens ecclesiastica careat sepultura. Et in concilio generali: extra de penitentijs ⁊ remissionibus. ca. omnis vtriusq; sexus. ¶ Tenet̄ tn̄ homo post peccatū cōmissuz statiz ꝯfiteri, id est dolere de cōmisso: ⁊ proponere de cetero non peccare, cū intentione in futura prima quadragesima ꝯfiteri: ⁊ sufficit pro tunc ad acquirēdum statū grē. ¶ Sunt autem aliqui casus in qbus homo tenetur statim ꝯfiteri. ¶ Primus est infirmitas grauis. ¶ Secundus quando imminet periculum mortis: sicut mare transire, longaz peregrinationē seu periculosam viam agere. ¶ Tertius est qn̄ habet aliquid agere: quod existens in pctō mortali non pōt facere sine peccato mortali, sicut dicere missam ⁊c. huiusmodi. ¶ Quartus quando habet copiam confessoris: qui potest eum absoluere a peccatis: a quibus suus confessor nō potest: ⁊ verisimile est quod in quadragesima talem copiam non habebit. ¶ Quintus est quando habet conscientiam, quod statim debeat confiteri: quia tenetur aut talem consciētiam deponere, aut confiteri. Et licet hoc possit differri vt predictū est, melius tamē ⁊ tutius est q̄ primū ꝯfiteri post pctm̄ cōmissum propter multa mala ⁊ pericula, que euenire possunt, ⁊ multa bona que inde sequuntur.

Statutū cōfitēdi tēpus e a Dominica in ramis palmarū vsq; ad octauā pasche scla sūe.

¶ Qualiter sacerdos se habere debet erga penitentes, ⁊ subditos suos in sacramēto penitentie. Cap. 3.

Et quia officium sacerdotis parochialis ⁊ curati est animarum sibi commendatarum saluti pro viribus intendere, diligenter ⁊ vigilāter debet studere ⁊ procurare, vt animas sibi commissas a peccatis eruat: ⁊ ad confessionem ⁊ penitentiam inducat: quia si eius causa perierint, reddere rationē tenebit̄ de eis in die iudicij. Requiret enim deus de manu ipsius oues sibi commissas. Et ideo verbo ⁊ exemplis debet quantum in eo est eos a peccatis auertere: frequenter eos admonendo, corripiendo, increpando, rogando, persuadendo, vt caueant a peccatis: ⁊ ipse tanquam virtutis simulacrum debet se coram illis irreprehensibilem exhibere: quia plus prosunt facta quam verba, ⁊ bona exempla

quam eloquens predicatio: ⁊ magis eos mouent ad beneuiuendū bona opera quam prolata verba. Diligens itaqz sacerdos instāte tempore quadragesime debet instare ⁊ promouere oēs sibi subditos, vt tempestiue veniant ad confessionē: ⁊ non expectēt finem quadragesime, qꝛ melius poterunt examinari: ⁊ qꝛ consequentur multas indulgentias: que tēpore quadragesimali cōcedūtur: que sine contritione ⁊ confessione nullum habēt effectū. De qua qdez premonitione habetur In penitentiali Romano. ¶ Hebdomada priori ante initium quadragesime presbyteri plebiū cōuocent ad se pplm: ⁊ discordantes canonica authoritate reconcilient: ⁊ omnia iurgia sedent. Et tunc primū cōfitentibus pēitētiā dent: ita quod anteqꝫ caput ieiunij veniat, oēs cōfessi penitētiā acceptā habeāt, vt liberi⁹ dicere possint. dimitte nobis debita nostra: sicut: ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Et beatus Augustinus. Presbyteri admonere debent plebem sibi subiectam: vt oīs qui se sentit mortifero pctī vulnere sauciatum, feria quarta ante quadragesimā cum oī festinatione recurrat ad viuificantem matrem ecclesiā: vbi male quod cōmisit cum omni humilitate ⁊ cōtritione cordis simpliciter confessus suscipiat remedia penitentie ſm modum canonicis authoritatibus prefixū. Non solum autem ille qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo quicūqz se recognoscit immaculatam christi tunicaz, quam in baptismo accepit: peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem festinet venire: ⁊ cum puritate mentis omnes transgressiones, oīa peccata, qbus dei offensum se incurrisse meminit, humiliter confiteatur: ⁊ quicquid ei a sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotentis dei ore esset prolatum, ita diligenter intēdat ⁊ cautissime obseruet

Hinc se iuniorū nostrorum fronius.

¶ Sacerdos tenetur scire censuras: ⁊ casus reseruatos. Cap. 4.

SAcerdos igitur, vt melius sciat sibi subditos a pctīs purgare, studeat diligenter hr̄e ⁊ scire casus reseruatos domino pape, ⁊ episcopo, ⁊ censuras vtriqz reseruatas: ⁊ ea, que sunt in iure ⁊ per constitutiones synodales. Que qdem hic breuissime pro maiore commoditate ponenē. ¶ Et primo censure promulgate in cena domini in processu annuali curie. ¶ Subsequenter q̄ in iure vel extrauagantib⁹ ⁊ cōcilio Lateranensi edite sūt ⁊ ipsi dn̄o pape reseruantur. ¶ Tertio q̄ episcopis ⁊ diocesanis reseruantur. ¶ Quarto que aliqn̄ domino pape, aliqn̄ ep̄o reseruantur. ¶ Ultimo casus ep̄ales de iure vel de consuetudine ep̄is reseruati ⁊ diocesanis ordinarie ponuntur. ¶ Sed prius aliquid de excōicatione

ne dicendum est. ¶ Excommunicatio qd sit, ⁊ quotuplex. Cap. 5.

Excommunicatio dicit̃ exclusio. s. a cõione. Sicut autem est triplex cõio fidelium. s. in conuersatione: vel loquela, cibo salutatione ⁊ huiusmodi: in sacramentorum susceptione: ⁊ in bonorum spiritualium participatione: que fiunt in ecclesia iuxta illud, Participem me fac. ps. 118. sic triplex potest dici excõmunicatio alijs omissis. ¶ Et prima est maior, que etiam dicitur anathema: ⁊ excludit a predicta triplici cõmunione. 3. q. 4. cap. Engeldrudam. ⁊. 11. q. 3. Sicut apostoli. ⁊ ca. nihil. ¶ Scda est excõmunicatio minor, que excludit a participatione ⁊ cõmunione sacrorum passiua tantũ, sm Joan. de Lignano: vt de cle. excõ. mi. c. si celebrat. ⁊ de hac. 11. q. 3. cum excõicato. ⁊. 3. q. 4. engeldrudam. ¶ Tertia est excõicatio data a deo. s. inflicta pro quolibet peccato mortali. 11. q. 3. Audi. Et sciẽdum q excõicatio maior qñqз infligit̃ ab hõie siue a iudice pro diuersis causis: que hic non ponuntur pp innumerus casus: qñqз a iure particulari. s. in concilijs synodalibus alicuius ciuitatis, vel prouincialibus alicuius prouincie, aliqñ a legatis ipsarum puinciarum, que non ligat nisi homines illius puincie. Et ẽt iste hic nõ ponũtur. Alie sunt a iure communi, ⁊ extrauagãtibus: vel vniuersalibus ɔcilijs ⁊ a summis pontificibus: q̃ vbiqз ligant. Que in particulari hic inferius ponuntur, sm q haberi potuerũt. ¶ Casus ⁊ censure reseruate domino pape in processu annuali in cena dñi. Cap. 6.

Excommunicantur omnes heretici, schismatici, ⁊ fauores adherentes: ⁊ qui cum eis cõmertiũ habent: ⁊ q vicleuistis hereticis deferunt arma vel alia prohibita, aut vinum, oleũ, vestes, granũ, ⁊ huiusmodi. 2. ¶ Pirate ⁊ latrunculi marini, ⁊ recipientes eos: ⁊ dantes eis fauorem vel cõsiliũ. 3. ¶ Qui in terris suis noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt. 4. ¶ Et qui imponunt collectas vel onera ecclesiasticis psonis: ⁊ qui exigũt tãз realia q̃з psonalia. 5. ¶ Falsarij literarũ aplicarũ: vel supplicationũ p summum pontificem, vel vice cancellariũ: vel eorũ vices gerentiũ. 6. ¶ Qui equos, arma ferrum, lignamina, ⁊ alia phibita deferunt saracenis ⁊ turcis, ⁊ alijs infidelibus: quibus xpianis ĩpugnant. 7. ¶ Impedientes ⁊ inuadentes: eos qui victualia ⁊ alia necessaria ad vsum Romane ecclesie deferunt. 8. ¶ Verberantes vel capientes, seu impedientes, vel occidentes eos, qui ad sedem apostolicã vadunt, vel ab ea recedunt: ⁊ eos, qui morantur in curia, ⁊ dantes auxiliũ consilium: vel fauorem: vel mandentes talia fieri. 9. ¶ Item capiẽtes, detinẽtes, vulnerantes, mutilantes, incarcerãtes, interficiẽtes

patriarchas, archiepos, ꝛ epos, eorumqꝫ mandatores. 10. ℭ Qui verberant, vel capiunt: seu bonis spoliant eos, q causas suas pse/quunt in curia, vel aduocatos: seu procuratores eoꝝ, ꝑpter hmoi prosecutionem causaꝝ. 11. ℭ Qui ꝓhibent vel statuũt ne pareatur literis ꝛ mandatis aplicis: seu legatoꝝ, ꝛ nuncioꝝ, ꝛ iudicuꝫ dele/gatorum domini pape, ꝛ fauentes. 12. ℭ Qui se subtrahunt ab obe/diētia domini pape: ꝛ scte Romane ecclesie: ꝛ fauentes. 13. ℭ Qui vsurpant sibi iurisdictionem: seu fructus eccliasticos: seu ad eccle/siasticas personas pertinētes: ꝛ dantes ꝯsiliũ, auxiliũ, vel fauoreꝫ. 14. ℭ Quicunqꝫ superioritatem hñs: q prohibet quoquomodo ne aliqs de vacatione alicuius beneficij scribat seu certiorem reddat quēpiã extra dñiũ eorum existentē: vel impediũt directe vel indi/recte ne consequant̃ prouisiones beneficiorũ seu dignitatũ sibi au/thoritate apostolica concessarum: dantes consiliuꝫ, vel fauorem: vel non obuiantes cum possunt. 15. ℭ Verberantes, vel capiētes, vel depredantes: romipetas accedētes, morãtes, ꝛ recedentes: ꝛ dantes ꝯsilium, auxilium, vel fauorem. 16. ℭ Hostiliter discurren/tes per terras ecclesie, inuadētes ꝛ occupãtes easdē: ꝛ dantes cõ/silium, auxilium, vel fauoreꝫ. 17. ℭ Qui absoluunt a predictis casi/bus preterꝙ̃ i mortis articulo: ꝛ tunc etiã excõicati debent fidem prestare de satisfactione, vel dare sufficientem cautionem: sunt ex/cõicati; ꝛ priuati omnibus iurisdictionibus, predicãdi cõfessiones audiendi: ꝛ ministrandi sacra. Et nota ꝙ nullus eximit̃ a penis ꝛ censuris superius positis, etiam quacunqꝫ prefulgeat dignitate ec/clesiastica: vel seculari. ℭ Censure, que reseruantur domino pape in iure vel extrauagantibus ꝛ ex concilio Lateranensi. Cap. 7.

Censure que reseruant̃ domino pape: ꝑter supradictas sunt infrascripte. vꝫ. 1. ℭ Excõicati noiatim a domino papa. 2. ℭ Radentes aliquid: vel emendantes in lr̃is dñi pape. 3. ℭ Inse/cutores hostiliter cardinalium vel alicuius clerici, vel religiosi de familia domini pape vel cardinaliũ, ꝑcutientes, capitētes eosdē, ꝛ dantes ꝯsilium, auxiliũ, ꝛ fauorem receptatores ꝛ defensores taliũ In. ca. felicis. de penis. lib. 6. 4. ℭ Percutientes, capientes, vel bannientes epm temere vel iniuriose, ꝛ id fieri mandantes, socij, ꝛ dantes ꝯsilium auxiliũ vel fauorem. 5. ℭ Officiales q in aliquo ꝑdictorum fuerint culpabiles. Cle. 1. de penis. 6. ℭ Qui sine li/centia sedis aplice assentiunt noiationi. electioni, vel assumptioni in senatoreꝫ, vel capitaneum vel patritiũ, aut rectoreꝫ ad regimen vrbis Rome. 7. ℭ Qui electus in senatorem vel ꝛc. vt supra si vl/

tra

tra annum de tali officio se impediuerit. 8. ¶ Qui taliter assum/pto lnia vt supraintendunt vel obediūt: ⁊ q tales mō p̄dicto elege-rūt, noīauerunt, vel assumpserunt. 9. ¶ Qui talibus dat auxilium ꝯsilium, vel fauorem, publice vel oculte, tam noīationib⁹ vel assumptionibus: q̄ꝫ noīatis vel assumptis. De elec. c. fundaměta. lib. 6. 10. ¶ Exenterantes ⁊ in frusta incidentes corpus mortuum: ⁊ in aqua coquētes: vt ossa separent a carnibus: vt ad aliū locuꝫ ad sepeliendum deferantur. Bonifacius. 8. 11. ¶ Accedentes ad sepul/chrū domini sine lnia. 12. ¶ Clerici scienter ⁊ spōte in diuinis tā in eccl'ia q̄ꝫ alibi participantes cum excōicatis iudicialr̄ a papa. De sen. excom. c. significauit. 13. ¶ Clerici vel religiosi inducentes aliquem ad vouendū, vel iurādū, vel p̄mittēdū de eligēda sepultura apud eorum eccl'ias, vel electa mutanda. De penis. c. cupiētes in cle. 14. ¶ Excōicanti ex gñali snia suorum diocesanorꝫ h̄ntes l'ras ap'licas falsas: nisi infra. 20. dies postq̄ꝫ se cognouerint h̄re l'ras falsas, illas destruxerint: aut resignauerint: non p̄nt absolui post lapsum. 20. dierū, nisi a sede apostolica. De crimi. fal. ca. dura. 15. ¶ Religiosi ꝯferentes sacr'a cōmunionis vel extreme vnctionis sine lnia parochialium. 16. ¶ Religiosi solemnizantes m̄rimonia. 17. ¶ Religiosi absoluentes excōicatos a iure, vel a constitutionibus synodalibus: aut a culpa ⁊ pena. De priuile. c. religiosi in clemen. 18. ¶ Religiosi absoluentes a casibus ⁊ censuris in ex/trauagantibus reseruatis. Sixtus. 4. 19. ¶ Religiosi mendicātes transeuntes ad ordines non mendicantium, preter q̄ꝫ ad Carthu/siēses Martinus. 5. 20. ¶ Religiosi non mendicātes recipientes ad ordines suos fratres mendicātes etiam habētes l'ras ap'licas. Martinus. 5. 21. ¶ Magri excludentes fratres predicatores a studio Parisiensi. Alexander. 4. 22. ¶ Qui libellos famulos vel rhythmos faciunt contra ordinem predicatorū ⁊ minoꝝ. Alexā der. 4. 23. ¶ Dicentes vel defendentes q̄ fratres predicatores ⁊ minores non sunt in statu p̄fectionis: ⁊ q̄ nō liceat eis de eleemosynis viuere: aut q̄ non possint predicare: vel cōfessiones audire. Alexander. 4. 24. ¶ Facientes damnabilem violentiam in locis fratrum predicatorum. Clemens. 4. 25. ¶ Intrantes monasteria soroꝝ ordinis predicatorum ⁊ minoꝝ in casib⁹ nō cōcessis. Boni/facius. 9. quo ad predicatores: ⁊ Eugenius. 4. quo ad minores. 26. ¶ Domini t̄pales ⁊ etiam ep̄i, qui cogunt aliqueꝫ celebrare t̄pe interdicti gñalis: vel arꝫ campanis: vel voce preconis excōicatos, vel interdictos vocant ad diuina: vel q̄ p̄hibent excōicatis ⁊ inter

dictis ne de ecclesia recedant: dum missarum solennia aguntur etiam a celebrantibus fuerint requisiti generaliter vel spetialiter vt exeant. 27. ℭ Interdicti vel excommunicati publici postquam fuerint moniti nominatim a celebrantibus vt exeant: si non exierint sunt excommunicati: et absolutio pape reseruatur. De senten. excō. c. grauis. in cle. ℭ Simoniaci in quocunque ordine et beneficio. Martinus. 5. Eugenius. 4. Paulus. 2. Sixtus. 4. 28. ℭ Facientes pactum in curia pro gratia consequenda. 29. ℭ Qui sciuerit aliquem cōmittere simoniam in curia: et non denunciauerit pape: vel alij ab ipso deputato infra duos menses. Eugenius. 4. 30. ℭ Recipientes aliquid pro ingressu monasteriorum. Urban⁹. 5. Ne in vinea. 31. ℭ Inquisitores qui contra conscientiam omiserint procedere cōtra aliquem hereticum, vel alicui iniuste crimē heresis imposuerint, vel vexauerint, De here. ca. multorum. in cle. 32. ℭ Injiciens enormiter manus violentas in clericum, vel religiosum professum, vel nouitium, vel conuersum, secularem tradentem se et sua: honeste viuentem et audientem horas. Item clericum coniugatum non bigamū incedentem in habitu clerici. Item depositum verbaliter tantum. Item per saltum promotum. Item excommunicatum. Item incedentem sine habitu clericali ante admonitionem. Item clericus qui ex ira seipsum enormiter percutit, est excommunicatus excommunicatione papali. 17. q. 4. cap. Siquis suadēte. 33. ℭ Officiales Romane curie, qui pro taxis: mercedibus, emolumētis, laboribus regularibus, aut cuiuscunque alterius operis lucro recipiunt aliquid in pecunijs, rebus bonis, aut promissionibus, quocunque modo etiā sponte offerentibus, aut vltra quam in eorum officiorum antiqua institutione statutum est, et tenentur satisfacere illis a quibus receperūt. Julius. 2. in extrauag. Et si Romanus. et Leo. 10. in concilio Lateranen. In apostolici. 34. ℭ Cardinales vota data in consistorio, et ibi gesta aut dicta, que in odium preiudicium aut scandalum alicuius redundare possent, verbo, aut scripto, vel alio modo reuelātes, et etiam si per pontificem indictū sit silentium in aliqua re, eam manifestantes sunt excommunicati, et a solo papa absoluuntur cum expressione cause. In concilio Lateranē. Leo. 10. superne dispositi. 35. ℭ Predicatores tam clerici quā religiosi, qui miracula falsa aut incerta, vel prophetias que ex sacra scriptura non constant, predicantes, seu episcopis, aut qui superioribus detrahere in suis predicationibus presumunt: non obstante quocunque priuilegio excōmunicationis sententiam incurrunt, et absolutio pape reseruatur.

Leo.

Leo.10.in concilio Lateranensi. Superne maiestratis. 36. ¶ Pragmaticam sanctionem in regno Francie et alibi seruantes: et secundum eaz iudicantes: et eam facientes: aut permittētes seruari: et nō delentes eam de libris archiuis et capitularibus excōicant, et absolutio pape reseruatur. Leo.10. in concilio Lateranensi. Pastor bonus.

Censure episcopis diocesanis reseruate. Cap. 8.

Episcopis et diocesanis reseruātur infrascripte censure. videlicet. 1. ¶ Contumaciter asserentes Romanā ecclesiā nō esse caput omniū ecclesiaꝝ. Dist.19.cap. Nullus.fas. Si tñ firmiter et veraciter ita crederet esset hereticus: et absolutio pape reseruata per processum annualem. 2. ¶ Utens literis vel supplicationibus papalibus falsis scienter, et retinens eas et non lacerans. 3. ¶ Laici recipientes literas seu bullas papales non de manu pape vel deputatorum: vel per nuncium non recipientem de manibus eorum: quando est persona magne authoritatis. De cri. fal. ca. dura. 4. ¶ Electus minus quam a duabus partibus cardinaliū in papā: si tali electioni cōsentit: et omnes recipientes eum. De elec. ca. licet. 5. ¶ Impugnantes literas electi in papam ante eius coronationem. Benedictus.11. in extrauaganti. 6. ¶ Qui loquuntur secrete: vel mittunt lr̄as vel nunciū ad aliquē cardinaliū, dum sunt in cōclaui occasione electionis pape. De elec. cap. Ubi periculum. lib. 6. 7. ¶ Domini et officiales qui non seruant contenta in cap. de elec. pape supra allegato. Ubi periculum, vel circa ipsum fraudem committunt. Ibidem. 8. ¶ Principes, senatores, consules, qui infra mensem a die notitie de delicto commisso contra cardinales vel familiares pape, et ipsorum cardinalium non faciunt iustitiam s'm continentiam capituli felicis de penis, sunt excōicati. Ibidem. 9. ¶ Omnes principes et officialis, qui tertio admoniti ab episcopis: vel ecclesiasticis personis: recusant facere iustitiam super eorum causis.23. q. v.ca. administratores. 10. ¶ Omnes officiales, qui euacuant iurisdictionem et authoritatem prelatorum, quam habent in suis hominibus: et successores dictorum officialium: nisi infra mensem errorem suorum predecessorū correxerint. De immunitate ecclesie. cap.non minus. et cap. aduersis. 11. ¶ Spoliantes naufragos bonis suis, nisi ablata restitutant quam citius poterunt. Diuerse opiniones sunt si sit Canon late sententie. De rapto. ex cōmuni. 12. ¶ Ubi propter diuersitatē inhabitantium, vnus episcopus non potest populo supplere, debet sibi vicarium substituere: qui populo satisfaciat: et talis vicarius debet per omnia subesse

episcopo principali, qui si aliter se ingesserit est excommunicatus. De officio ordina. cap. quoniam. 13. ¶ Participans cum excommunicato in crimine, ꝑpter quod est excõicatus: dando ei consilium, auxilium, vel fauorem. De sententiam excõicationis. cap. nuper. 14. ¶ Omnes grauantes per se, vel per alios, in beneficijs, vel alijs suis rebus, clericos: vel eorum consanguineos: quia noluerunt eligere illum, pro quo rogabantur. De electio. sciant cuncti. 15. ¶ Extorquentes absolutionem a sententijs excommunicationis, suspensionis, et interdicti: per vim vel metum. extra de his que vi me. ve causa fi. cap. vnico. libro. 6. 16. ¶ Compellentes prelatos, vel ecclesiasticas personas ad submittendum ecclesias, subijciendo bona immobilia, vel iura ecclesiarum laicis, ad cognoscendum seu profitendum se retinere ab eis, vel ad statuendum laicos in patronos, seu aduocatos eorum in perpetuum, seu ad non modicum tempus, sine licentia pape, et capituli. De reb. eccle. non alie. cap. consultissimo. 17. ¶ Laici si vsurpant: vel exigunt aliquid de rebus ecclesiasticis immobilibus vltra importationẽ contractuũ factorum vel faciendorum, si moniti non destiterint, etiam taliter ablata restituendo: vbi supra. 18. ¶ Impediẽtes litigare in foro ecclesiastico coram delegato: vel quocunque alio iudice ecclesiastico in causis, que de iure, vel consuetudine possunt ibidem exerceri. De immunita. eccle. cap. quoniaȝ. lib. 6. 19. ¶ Impedientes sequestrationem: vel fructus sequestratos occupantes: post vnam diffinitiuam sententiam apud sedem apostolicam promulgatam: super aliquo beneficio: etiaȝ si nulla foret. In cleme. vnica. de sequestra. 20. ¶ Procurantes ꝙ conseruatores se intromittant de alijs quam de manifestis iniurijs: et exigentibus iudiciariam potestatem. De offi. delega. cap. fina. lib. 6. 21. ¶ Fingentes casuȝ fraudulenter, per queȝ iudex vadat vel mittat ad aliquam mulierem pro testimonio ferendo. De iudi. cap. mulieres. lib. 6. 22. ¶ Concedentes repressalias contra personas ecclesiasticas: specialiter vel generaliter, si sunt singulares persone, sunt excommunicati: si vniuersitas est interdicta. De iniu. et dan. da. cap. vnico. lib. 6. 23. ¶ Clerici habentes officium vicecomitis vel propositi secularis: si admoniti non desistant. Ne cleri. vel mona. cap. clericus. 24. ¶ Cõtrahentes matrimonium cum consaguineis, vel affinibus, vel monialibus professis vel religiosis: vel cum clericis in sacris ordinibus constitutis: tam ipsi clerici et religiosi et consanguinei vel affines contrahentes: quam persone, cum quibus contraxerint

traxerint omnes sunt excommunicati. In clement. vnica. de con/
sanguinit. et affinit. 25. ¶ Monachi et canonici regulares: ar/
chidiaconi, decani, prepositi, plebani, cantores, et alij clerici
personarum habentes: vel quicunque presbyteri qui leges, vel
physicam audiunt extra claustrum, nisi infra duos menses redie
rint. Ne cleri. vel mona. ca. si. 26. ¶ Doctores, qui legũt leges: vel
physicam: si retinent in scholis suis religiosum, qui habitu deposi/
to sue religionis audire vult leges vel physicam. Ne cleri. vel
monac. cap. vt periculosum. lib. 6. 27. ¶ Religiosi tacite vel expres/
se professi: qui temere habitum sue religionis dimittunt. Ibidez.
28. ¶ Religiosi qui sine licentia suorum prelatorum: vel maiores
partis conuentum accedunt ad studia. Ibidem. cap. periculosa.
29. ¶ Religiosi decimas ecclesie debitas sibi appropriantes: vel
fruadantes ecclesias circa eas, vel eas solui non permittentes:
nisi requisiti destiterint infra mensem. In cler. 1. de decimis. 30.
¶ Monachi et canonici regulares qui non habent administra/
tiones: si intrant curias principum sine licentia suorum prelato/
rum: vel si inferant damnum prelatis vel monasterijs. cap. Ne
in agro. de statu mona. in cleri. 31. ¶ Monachi tenentes arma
inuasiua infra septa monasterij sine licentia abbatis. ca. ne in agro.
de statu mo. 32. ¶ Statum beginarum assumentes: vel illum
sectantes: in cle. 1. de religiosis. 33. ¶ Religiosi, qui in sermoni/
bus suis retrahunt populum a solutione decimarum: vel sibi con/
fitentibus non faciunt conscientiam de decimis soluendis: si fue/
rint requisiti. in cle. cupientes de penis. 34. ¶ Religiosi qui non
seruant interdictum, quem seruat matrix ecclesia. in cle. 1. de sen/
tent. excommunicationi. 35. ¶ Religiosi mendicantes, qui de nouo
domos ad habitandum recipiunt, vel receptas mutãt sine licentia
sedis apostolice. De relig. do. ca. vnico. lib. 6. 36. ¶ Fratres mino/
res vel eremitani recipientes fratres ordinis predicatorum ad ha
bituz suum. 37. ¶ Alienantes bona ecclesiastica, seu infeudantes:
seu facientes pactum: quod ipsoruz dominiuz transferatur: ac con/
cedentes hypothecantes, infeudantes vel in emphiteosim conce/
dentes: seu locantes preterquam in casibus iure concessis. 38.
¶ Recipientes tales alienationes seu locationes. Paulus. 2.
in extrauaganti. 39. ¶ Impedientes visitationem monialium, si
moniti non destiterint. De sta. mo. ca. 2. in cle. 40. ¶ Directores
monialium in electionibus: nisi abstinuerint ab his, per que pos/
sit oriri vel nutriri discordia. De elec. c. indemnitatibus. lib. 6. 41.

¶ Magistri et scholares tractantes cum aliquo ciue Bononiense de conductione hospitij: irrequisitis inquilinis nisi tempus conductionis elapsum fuerit. De loca. et condu. c. i. 42. ¶ Emens rem ecclesie vel aliter acquirens a schismatico. 43. ¶ Tenens beneficium a schismatico. 44. ¶ Innitens ordinationi facte per schismaticum. Isti tres casus habentur in. c. i. de schismati. 45. ¶ Qui christianum mandant interfici per assassinos: etiam si casus nō fuerit secutus: et talibus dans auxilium consilium vel fauorem. De homi. cap. pro humani. lib. 6. 46. ¶ Clerici locantes domos manifestis vsurarijs alienigenis ad fenus exercendum. De vsu. ca. i. lib. 6. 47. ¶ Officiales comitatum facientes vel dictantes statuta super vsuris soluendis, quod non restituantur, vel iudicantes s'm illa: vel non delentes si possunt infra tres menses de libris communitatum, vel illa seruantes. De vsu. ca. ex graui. in clemen. 48. ¶ Sepelientes in cimiterio tempore interdicti in casibus a iure nō pcessis excōicatos publice, interdictos nominatim: vsurarios manifestos. in cle. i. de sepul. 49. ¶ Sepelientes hereticos, credentes, et fautores, receptatores et defensores eorum scienter in cimiterio ecclesiastico: nec debent absolui nisi proprijs manib' extumulauerint cadauera eorum. in. c. quodcūqz. de here. 50. ¶ Inqsitores heretice prauitatis pretextu officij pecuniam extorquentes. 51. ¶ Inquisitores si scienter bona ecclesiarū occupant. 52. ¶ Inquisitores bona ecclesiarum ob delictum clericorū fisco etiā ecclesie applicantes. in cle. 2. de here. 53. ¶ Dñi tpales quocunqz nomine censeantur: qui de crimine heresis cognoscunt vel iudicāt. 54. ¶ Domini temporales captos per epm vel inquisitorē pro heresi a carcere liberantes. 55. ¶ Domini tpales si executionem hmōi officij ab epo vel inquisitore eis iniunctam non implent: prout ad eorum spectat officium. 56. ¶ Domini tpales si directe vel indirecte presumunt sententiaz, vel processuz inquisitorū seu diocesanoꝝ impedire. 57. ¶ Si diocesano vel inquisitori presumpserint se opponere in his que ad prefatuz negociū incumbunt: aut quemlibet impedire. 58. ¶ Dantes talibus consilium vel fauorem. Omnes iste censurę cōtinentur in ca. vt inquisitionis. de here. lib. 6. 59. ¶ Exercentes regimen in triremibus infidelium. de iudei. in. c. ita quorundam. 60. ¶ Principes et officiales qui tertio admoniti ab episcopis vel viris ecclesiasticis recusant facere iustitiam super eorum causis. 23. q. 5. administrantes. 61. ¶. Facientes statuta et iudicantes secundū ea contra libertatem ecclesie. de sentent. excom. ca. nouerint. 62.

¶ Item

Item qui talia iudicata in publicã formã redigũt. Ibidem. 63. Percutiẽs clericum vel religiosum leui percussione. 64 Laici sortilegi, incantatores, inuocatores, demonum: ⁊ diuinatores vtriusque sexus excomunicantur. Leo. 10. in concilio Lateranẽsi. Superne dispositionis. 65. Glosantes seu commentantes vel interpretantes constitutiones factas in cõcilio Lateranẽsi, cõtinetur in bulla, que incipit. Superne dispositiõis. 66. Predicantes vel disputantes verbo vel scripto q̃ montes pietatis instituti iuxta tenorem terminationis cõcilij Lateranẽsis, sint male ordinati, excõmunicantur. Leo. 10. in concilio Lateranẽsi. Inter multiplices. 67. Imprimẽtes vel imprimi facientes libros vel aliquã scripturam sine examine ⁊ approbatione vicarij dñi pape: ⁊ magri sacri palatij in vrbe: ⁊ extra vrbẽ sine licentia diocesani ⁊ inqsitoris heretice prauitatis: excõmunicãt. Leo. 10. i ɔcilio Lateranẽsi. Inter solicitudines. Casus q̃ sunt aliqñ papales, aliqñ epales. Ca. 9.

Incẽdiarij ecclesiaꝝ, vel monasterioꝝ, vel piorũ locoꝝ sunt excõmunicati ipso iure excõicatione epali: sed post denũciationẽ sunt excõmunicati excõicatiõe papali. de sent. excõ. tua nos. 2. Effractores cum spoliatione ecclesiarum vel monasteriorum vel pioꝝ locoꝝ ante denunciationẽ sunt excõmunicati excõicatione epali: post denũtiationẽ vero papali. Ibidẽ. 3. Dantes licentiã offendẽdi vel grauãdi eos qui sñias excõicationis vel interdicti tulerũt cõtra quẽcũq3: nisi sñiaz ipsam reintegra reuocauerint, vel si ad honoꝝ captionẽ processum fuerit, nisi infra octo dieꝝ spatiũ oĩa restituerint, vsq3 ad duos menses est episcopalis, ⁊ exinde papalis. 4. Itẽ q̃ tali sñia data vti ausi fuerint. 5. Itẽ qui motu ꝓprio aliquid p̃missoꝝ cõmiserit est epalis vel papalis: vt supra. de sen. excõ. quicunq3. 6. Itẽ absoluti a sñia excõmunicationis rõne periculi alicuius, si post periculũ nõ representat se illi qui põt eos absoluere, in eãdẽ sñiaz incidũt papalẽ vel epalem 7. Participantes in crimine cũ excõmunicatis aliqñ sunt excõicati excõicatione papali, aliqñ episcopali, ẜm q̃ excommunicatio fuerit papalis, vel episcopalis. De casibus episcopis reseruatis. Cap. 10.

Debet ẽt scire sacerdos casus epis reseruatos de iure vel de consuetudine, ⁊ ẽt casus synodales. De quibus casib⁹ sunt varie opiniones doctoꝝ. Aliq enim ponũt plures, ⁊ aliqd paucio res: vñ mã ipsa nõ est bñ clara. Et in sũma pisana dr̃, quod Bñdictus papa. 11. in extraua. Inter cunctas declarauit quatuor eẽ casus de iure. Primus. s. pctũ clerici, ꝑ quod incurrisset irregulari

tatē. ¶ Secundus de incēdiarijs. ¶ Tertius de pctō, pp qd̄ iniūcēda esset solemnis pnīa. ¶ Quartus de excōicatis excōicatione maiori. ¶ Itē declarauit. 5. esse casus episcopis reseruatos de approbata ɔsuetudine. ¶ Primus est peccatum homicidij voluntarij. ¶ Secundus est pcm̄ falsariorū. ¶ Tertius est pcm̄ violātium ecclesiasticam libertatē. ¶ Quartus est pcm̄ violātiū ecclesiasticam immunitatem. ¶ Quintus est pcm̄ sortilegiorū, diuinatorum, et incantatoꝝ. Quamuis autē dicta extrauagans fuerit reuocata p clemē. dudū. de sepul. tamē quātū ad dictos casus nihil innouatū fuit: et si alia ibi contenta sint. Et sic videtur, ꝙ adhuc illi remaneāt. Et additur in pisanella, ꝙ pñt nihilominus epi in suis epatibus casus sibi reseruare, sicut videtur eis expedire: sicut pñt ɔstitutiones facere: et multo magis conciliū synodale, vel prouinciale: a quorum sentētijs sacerdotes non valēt absoluere. Ideoqꝫ annuatim petere debēt ab episcopo casus et cēsuras, quas sibi reseruat: et s̄m ipsi⁹ episcopi volūtatē et nō aliter absoluāt. ¶ Et qꝛ supius tractatū est de excōmunicatione maiori: nō incōgruū visum est hic breuissime aliqua ponere de excōmunicatione minori, interdicto, suspēsione, et irregularitate. ¶ De excommunicatione minori. Cap. ii.

Postquam igitur tractauimus de excommunicatione maiori, nunc aliquid dicendum est de minori: a qua potest quilibet sacerdos absoluere. Cuius effectus est excludere a participatione sacramentorum, non autem a participatione diuinorum. ¶ Unde excōicatus excōicatione minori licite potest audire missaꝫ, et ecclesiam officiare: dūtamen nullum sacr̄m percipiat, nec matrimoniū, nec aliud nisi prius sit absolutus: aliter peccaret mortaliter, nec tamē incurreret in irregularitatem. ¶ Incurritur autē in hanc excōmunicationem primo propter participationem cum excommunicatis maiori dummodo participet cuꝫ eis in alijs quaꝫ in crimine. vꝫ. quod participet in his, que continentur in versu infrascripto.

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

¶ Quia non debet loqui cum eo, nec orare, nec eum salutare: nec in actibus humane conuersationis aliquam communionem habere cum eo: nec comedere cum eodem. ¶ Non tamen semper peccat mortaliter ille, qui sic participat cum talibus excommunicatis, quia hoc esset nimis durum: pro parua videlicet re, obligare homines ad peccatum mortale: vnde dicit. s. Tho. in. 4. sen. dist. 18. q. 2. arg. 4. nisi participet cum illo in cōtemptuꝫ ecclesiastice discipline, vel contra prohibitionem preceptoriam superioris.

¶ Excipiuntur

¶ Excipiuntur tamen quidam casus, in quibus participantes cuz eis non incurrent in hanc excommunicationem, qui casus in hoc versu infrascripto comprehenduntur.

Utile, lex, humile, res ignorata necesse.

¶ Primo vz, quãdo qs hoc facit, vt pcuret vtilitatem aĩe ipsius excommunicati: vel etiam vtilitatẽ propriam: vtputa, cum petit qs ab excõicato id qđ ei excõicatus dare tenet̃ ꝛ debet: aliter excõicatus de sua excommunicatione cõmodũ ꝛ vtilitatẽ reportaret, vel etiaz cum petit ab eo consilium pro remedio anime sue qñ .s. non potest habere recursum ad aliquem alium. ¶ Secũdo excusat lex .s. matrimonij ex parte mulieris: que potest communicare viro excõmunicato, cum sit ei subiecta. Uir tamen non excusatur participando cum vxore excõmunicata: qꝛ põt eaz corrigere cogẽdo ipsaz nisi in redditione debiti. ¶ Tertio excusat humilitas subiectionis, vel seruitutis, vnde filij, qui sunt in patris ptãte, vel etiam emãcipati, si sunt commenssales pr̃is, ꝛ ab eo recipiunt victualia, vel necessaria excusantur, alias nõ. Et serui ꝛ rustici: ꝛ alie subiecte psone similiter excusant̃, si participãt cum suis dñis excõicatis. Alioqn si tales persone nõ excusarent̃, sequerent̃ infinita incõueniẽtia ꝛ dãna innocentibus. Nõ tñ supiores excusant̃ si participãt cũ inferiorib⁹: nisi forte participẽt in eis rebus, q̃ tenent̃ puidere illis: maxime si per illos nõ stetit, qn eos corrigerẽt: ꝛ pro eis q̃rerẽt absolutionẽ. ¶ Quarto excusantur ignorantes, non ignorantia iuris crassa, sed ignorãtia facti: cũ .s. eis nõ constat illum esse excõicatũ, cũ quo participãt. ¶ Quinto excusat necessitas: qa qlibet in necessitate cõstitutus potẽst ab excõicatis eleemosynã recipe: ꝛ ecõuerso ẽt excõicatis in necessitate constitutis eleemosynã erogare qlibet põt: nec ẽt est expectanda vltima necessitas, ꝛ extrema. Unde si excõicatus petat hospitiũ, nõ tenet̃ quis expectare, ꝙ ab ominib⁹ sit repulsus.

¶ Excoõmũicationẽ minoreꝫ etiã qs incurrit pro sacrilegio. 17. q. 4. minor. ¶ Similiter pro notoria fornicatione, precipue clerici. extra de coha. cle. vestra. ¶ Item cum q̃s recipit ecclesiã de manu laici. 16. q. 7. siquis deinceps, difficile tamẽ est hoc elicere ex textu.

¶ Notandum est tamẽ ex cõstitutione Martini. 5. in cõcilio cõstãtiensi, quod nullus incurrit excõicationẽ minorẽ ex participatione cum excõicatis, quacũqꝫ excõicatione maiori: nullusqꝫ tenet̃ vitare eos etiã ĩ diuinis, nisi fuerĩt publicati ꝛ denũtiati spãl'r, ꝛ n̄iatiꝫ: excepto siquis ita notorie pcussisset clericũ, ꝙ non posset aliqua tergiuersatione celari: nec aliquo modo excusari. Qulibet enim te/

necē in hoc casu hmōi percussorē deuitare, etiā si nō fuerit publice denūciat⁹: atqꝫ hec de excommunicatione dicta sufficiāt. ❡ Quia vō aliquādo non seruantes interdictū incidūt excōicationē, & sepe ꝓpter cōtēptuꝫ excōicationum fiunt interdicta: & inde sequuntur suspensiones & irregularitates: de hmōi cēsuris aliqd dicēdū est. Quod tñ breuissime faciemus, ne contra intentionē nostrā in hoc opere scribere videamur. Sufficere eniꝫ putamus mentem ꝓfessoris excitare, ne ꝑ crassaꝫ ignorātiā, vel ꝑ incōsiderationeꝫ talia ꝑtranseat: sꝫ vt ꝑ hec, q̄ scribemus, cū ceperit dubitare: subsistat: & ad doctores, q hmōi diffuse ꝑtractāt, se ꝯferat: & solōnes īueniat. ❡ Primum ergo dicemus de interdicto, deinde de suspensione: postremo de irregularitate. ❡ De interdicto. Cap. 12.

Interdictuꝫ est separatio a certis sacris: & oīb⁹ diuinis officijs, & ecclesiastica sepultura. Et qn̄qꝫ fertur a iure, qn̄qꝫ ab hoīe. ❡ A iure interdicitur collegiū, vel vniuersitas ciuitatis: que cogit eccl'ias, vel eccl'iasticas personas soluere guidagia: vel pedagia, vel gabellas pro rebus proprijs. ❡ Item vniuersitas, que domos locauerit: vel conductas haberi ꝑmiserit alienigenis vsurarijs in terra sua ad exercendum fenus. Et que represalias ꝯtra personas ecclesiasticas concedit: & que nō seruauerit ea, ad que tenetur per decretalem, vbi periculum. de elec. lib. 6. qn̄ in ea electio Romani pontificis est celebrāda. Et que consentit occidentibus, vel percutientibus cardinales sctē Romane ecclesie, vel si infra mensem nō ꝑunit delinquentes, si pōt. Et que ep̄m ꝓpriū temere percusserit, vel ceperit, vel bannierit: vel in his fauorem dederit, vel non defensauerit. ❡ Est etiam aliqḋ interdictum speciale, vt cum interdicitˀ ecclesia propter iniuriosum sanguineꝫ ibi effusum, & ꝑꝑ effusionem humani seminis studiose procuratū. Et qn̄ propter discordiaꝫ patronorū ep̄s claudit ostia, & precipit, vt nullus in ea celebret. Et quando simoniale, vel principaliter pro questu, vel sine licentia episcopi, vel sine reliquijs in loco deserto fuit consecrata. In hoc tamen speciali ecclesie interdicto celebrantes in ea non efficiuntur irregulares. ❡ De suspensione. Cap. 13.

Suspēsio est censura ecclesiastica, qua interdicitˀ aliquod officium, vel exercitium competens persone ecclesiastice aliqn̄ a iure, aliqn̄ a iudice prolata. ❡ A iure ergo suspenduntur simoniaci in ordine, vel beneficijs, notorij fornicatores. ❡ Ep̄s: qui ordinat alienum clericum sine licentia sui superioris scienter: seu affectata ignorantia. ❡ Qui confert tonsuram clericalem infanti:

vel

vel illiterato, vel coniugato. ¶ Episcopi ꝛ superiores eis, id est archiepi ꝛ patriarche locantes aliquã domum vsurarijs alienigenis, vel permittentes hmõi habitare in terris suis ad fenus exercendũ. Proferẽtes sententiã excomunicationis, suspensionis, vel interdicti sine debitis circunstantijs. i. non premissa admonitione non adhibitis testibus, ꝛ in scriptis ꝛc. ¶ Ultramontani ordinati ab epis Italie sine licentia episcopi, vnde sunt oriundi: vel in cuius dioceſi sunt beneficiati. ¶ Qui ordinantur a non suo episcopo sine licẽtia ipsius: ni si sub spe ratihabitationis. ¶ Archiepiscopus, qui confirmat electionem consecrans electum non cognituꝫ, vtrũ per aliquam prauitatem sit ab appellatione recessum: que erat interposita ad papam. ¶ Quicunqꝫ collegio vacantibus ecclesiis collegiatis quibuscunque occupant aliquid de bonis illarum. ¶ Episcopi ꝛ superiores, ꝛ etiam inferiores eis, qui visitantes recipiunt munere: aut visitationis officio non impenso: procurationes in pecunia, vel victualibus. ¶ Qui recipiunt aliquem ex ordinibus sacris ab episcopo, qui renũciauit loco ꝛ dignitati. ¶ Recipientes aliquem ordinẽ sacrũ extra statuta tẽpora ordinationũ. ¶ Promoti per saltum, qui recipiunt eadem die minores ordines cum subdiaconatu, vel duos ordines sacros. ¶ Contrahentes matrimonium per verba de presenti, ꝛ ante carnis copulam facientes se ad sacros ordines ordinari, per hoc enim non dissolnitur matrimonium. ¶ Ordinati ab heretico, vel schismatico, vel excõmunicato, vel deposito. ¶ Apostate religionũ in apostasia suscipientes ordines. ¶ Celebrantes, seu participantes in diuinis scieter cũ excõmunicatis publice, ꝛ interdictis. ¶ Clerici, qui sciẽter eligunt indigum ad ẽpatũ. ¶ Eligentes, si infra octo dies ipsaꝫ electionem electis distulerint pñtare. ¶ Judices ecclesiastici: qui cõtra iustitiam, ꝛ grauamẽ alterius partis in iudicio qcq̃ꝫ faciunt p grãm, vel p sortes. ¶ Religiosi, q concedunt alicui ad vitã, vel ad certum pẽpus lucra, redditus, possessiones administrationum, qbus presunt. ¶ Fratres predicatores assumpti ad ẽpatũ: vel alias prelaturas: si prius recipiunt munus consecrationis, q̃ꝫ resignent ordini libros, ꝛ alia que habent. ¶ Fratres predicatores perturbantes officiuꝫ inquisitionis exercitatũ p fratres minores, ꝛ similiter minores, si perturbant in hoc predicatores. ¶ Fratres predicatores: ꝛ minores recipientes aliquem ad professioneꝫ ante annum probationis elapsum. ¶ Religiosi, qui decimas non percipiunt: si scienter mittant facere consciẽntiam confitentibus

bus de decimis soluendis, si fuerint requisiti. ¶ Conseruatores, si de alijs quam de manifestis iniurijs, ⁊ violentijs se intromiserint. ¶ Religiosi grauantes, vel fraudantes ecclesias circa decimas eis debitas: si requisiti non desistunt, vel de vsurpatis emendam non fecerint. ¶ Doctor vel magister, qui doctorat aliquē nisi prius exigat iuramentum a doctorando, quod non expendet pro suo doctoratu vltra summam trium millium turonensium argenteorum. ¶ Qui pro alienis debitis ecclesiam suam grauat aut literas, seu sigilla concedit: quibus possint ecclesie obligari. ¶ Prelati non episcopi: qui ecclesias sibi commissas, seu bona ipsarum subijciunt: aut supponunt laicis absq₃ consensu capituli: ⁊ sedis apostolice licencia. ¶ Qui prohibiti sunt audire leges, vel physicam, si audiunt eas.

¶ De irregularitate. Cap. 14.

Irregularitas est impedimentum canonicum, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, ⁊ in eisdem ministrare. Et contrahitur multis modis. ¶ aliquando ex indebita celebratione, vel executione ordinum: vt cum quis excommunicatus maiori: vel suspensus, vel in loco interdicto celebrat: vel cum quis exequitur actum alicuius ordinis sacri, quem non habet solemniter. ¶ Contrahitur etiam propter homicidium, vel mutilationem membri, siue hec opere, siue mandato, aut consilio, vel defensione, siue iuste siue iniuste perpetrentur. ¶ Bigami quoq₃ omnes irregulares sunt. Dicitur aūt bigamus: qui vxorē viduam, vel corruptam duxit ⁊ cognouit, vel propriam vxorem cognouit, postquam fuit ab altero cognita: vel duas habuit vxores, ⁊ cognouit eas: etiam si alteram earum nō poterat habere. ¶ Similiter cum quis in sacris constitutus: vel post professionem in regula contrahit cū corrupta. ¶ Prohibetur aūt bigamus promoueri, q₂ diuisit carnē suā, ⁊ cōiūctio coniugalis facta per ipsum non pōt significare coniunctionē christi ⁊ ecclesie, qui est vnus sponsus immaculatus cum vna sponsa immaculata. Unde irregularitas hec non tollitur per baptismum, sicut irregularitas homicidij, q͞a baptismus non omnino soluit matrimonium. Nam si ambo coniuges conuertantur, ⁊ baptizentur, non possunt ab inuicem separari: ⁊ alijs matrimonialiter coniungi. Immo, si alter ipsorum baptizaretur, altero in infidelitate permanente, sed volente fideli cohabitare sine iniuria creatoris, ⁊ posset fidelis ab eo discedere, non tamen potest alteri coniungi. ¶ Item qui duxit vxorem vilem mulierem, vtputa ancillam, ioculatricem, vel aliquam ex

illis: que publicis spectaculis mancipantur: reppelitur ab ordi/ne propter dignitatem clericatus. ¶ Illegitimus quoqz propter detestationem paterni sceleris. ¶ Corpore vitiatus, quando in eo est inhabilitas ad officium exequendum: vel talis deformitas, que scandalum ⁊ derisioné generaret: vel cum sponte: ⁊ sine iusta causa quis est priuatus aliquo membro etiam paruo: vel occulto: secus si iniuste, vel vi fuit priuatus. ¶ Hereticus post penitentiã, qui fecit penitentiam solemnem. ¶ Qui distulit baptismum vsque ad egritudinem, quem tunc suscipit timore mortis. ¶ Qui bis suscipit sacramentum imprimens characterem. ¶ Curiales nisi sint absoluti a curia. ¶ Obligatus alteri ad ratiocinia. ¶ Hermaphroditus propter monstruositatem. ¶ Seruus antequam consecutus fuerit plenam libertatem. ¶ Crimen quoque non mediocre: puta adulterium, furtum, fraudulentia, sacrilegium periurium, falsuz testimonium, ⁊ similia, si manifestum per sententiam: vel propriam confessionem: vel per euidentiam facti, ita quod inficiationi non sit locus: inducit irregularitatem. ¶ Infames quoque tam de facto quam de iure repelluntur a promotione dignitatum ⁊ ordinum. ¶ Quas autem penas incurrunt irregulares in suis ordinibus ministrantes, breuitati studentes, hic tradere non possumus. ¶ Confessoris autem officium erit cum irregularem hõmi inuenerit, querere in doctoribus, a quib⁹ hec diffuse tractantur. (Vide in sũma Tabibna.)

¶ Sacerdos accessurus ad audiendas confessiones prius debet diuinum suffragium implorare. Cap. 15.

Accessur⁹ igit̃ sacerdos ad audiẽdas ɔfessiones vt eas diuina ope adiut⁹ diligentius audiat: primũ a deo auxiliuz petitur⁹ ɔfugere dz ad oꝛonis suffragiũ: ⁊ sequẽtes. vel alias oꝛones ad libitũ dicere. ℣. Adiutoriũ nr̃z ĩ noĩe dñi. ℟. Qui fecit celũ ⁊ terrã. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor. Oremus. Oro.

Domine deus op̃s propitius esto mihi pctõri: vt digne tibi possim gr̃as agere, q me indignum propter tuã misericordiã ministrũ fecisti officij sacerdotalis: ⁊ me exiguũ humilemqz sacerdotez mediatorẽ cõstituisti ad orandũz intercedendum dñm nr̃m Jesuz christũ filium tuũ p peccatorib⁹ ad penitentiã reuertentib⁹. Ideoqz dñator dñe qui omnes hoĩes vis saluos fieri, ⁊ ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem pcõꝝ, sed vt cõuertãt ⁊ viuãt: suscipe orationem meã: quã fundo antẽ cõspectũ clemẽtie tue pro peccatis meis, ⁊ pro famulis ⁊ famulab⁹ tuis: qui ad penitentiam venerunt, vt det illis spiritũ cõpunctionis, vt resipiscant a

diaboli laqueis, quibus astricti tenenť: ⁊ ad te per condignā satis/factionem reuertantur. Per eundem. Tunc sacerdos ad ecclesiā vel alium locū honestum accedens cum superpelliceo ⁊ stola iuxta antiquos codices sedeat: ⁊ aduenienti peccatori ⁊ ante se genu/flexo dicat. Frater vel fili ad quid venisti ad ecclesiā? Et peccator rñdit. Ego veni ad agendam penitentiam de peccatis meis. Et sacerdos. Uis emendare vitā tuā, ⁊ de cetero vitare peccata quā/tū humana fragilitas permiserit? Rñdeat. Uolo cōcedente dño. Tunc sacerdos dicat sequentem orationem. ℣. Dñe exaudi ora/tionē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

DEus misericors, deus clemens, deus indulgentie, deus pietatis ⁊ pacis: qui pro amore hominum in cruce manus extendisti: qui chananeam ⁊ publicanum vocasti ad penitentiam: cōuertere dignare famulum tuum, qui ante tuū sacrū altare suum confitetur reatum: ⁊ humiliter se recognoscit te summum bonum offendisse, vt facinorꝝ suorum tibi veniam petat, ⁊ presta ei miseri/cors deus penitendi spatium, dignos fructus penitentie: ⁊ finem penitentialiter fructuosum. Per christum. Oremus. Oratio.

DEus, sub cuius oculis omne cor trepidat, ⁊ conscientie cun/cte pauescunt: propitiare famuli tui gemitibus: ⁊ cuncto/rum ei peccatorum ⁊ malorum medere languoribus: vt sicut ne/mo liber est a culpa, ita nemo sit alienus a venia. Per christum.

¶ Que docere ⁊ interrogare sacerdotes debeant penitentes an/tequam propria ⁊ singula peccata confiteantur. Cap. ⁊6.

ORatione finita suscepto peccatore, si non decenter se ha/bet in genuflexione ⁊ alijs exterioribus ad talem actum re/quisitis, debet primo monere ipsum dulciter ac instruere quali/ter deo ⁊ non homini confitetur: ⁊ ideo debet reuerenter ⁊ vere/cunde se habere cum omni humilitate, versa facie non ad confes/soris vultum: sed taliter quod ad latus confessoris genibus am/bobus flexis faciem vertat ad reclinatorium ipsius. Et maxime in hoc adhibenda est cautela circa mulieres. ¶ Disposito ergo peccatore corporaliter: doceat eum si nescit facere sibi signum cru/cis: quod fieri debet: hoc modo. Primo manum dextram ponat super frōtem, ⁊ dicat: in nomine patris: quia pater est principium totius deitatis, vt dicit Augustinus. Deinde super vmbilicum, ⁊ dicat, ⁊ filij, quia fili⁹ eternaliter procedens a patre, descēdit tēpo/raliter in ventrē virginis. Deinde ponit manum ad scapulā sini/stram trahens illā ad dexterā dicēdo, Et spiritus sancti: qa spiri/

tus

tus sanctus procedit vt amor: ꝛ est tanquam nexus patris ꝛ filij ab vtroque procedens. Et nos a sinistra .i. a tribulationibus huius mundi transire speramus ad dexteram eterne felicitatis. Deinde eleuata manu dicat. (Amen,) id est fiat. Post hoc autem faciat, ꝙ pctōr ꝯfiteanť in gñali pctā sua dicendo. (Confiteor:) prout dicit in missa. Quod si ignarus est faciat secum dicere cōfessor vulgari sermone, hoc modo. Jo mi confesso a Dio onnipotente: ꝛ alla gloriosa vergine Maria madre de Dio: ꝛ a tutti santi ꝛ sante, ꝛ a voi padre, che io ho peccato in male pensare: in male parlare: in male operare: ꝛ molte omissioni: ꝛ di tutti i miei peccati dico mia colpa: ꝛ priego Dio che mi perdoni: ꝛ voi padre che mi ascoltate: che mi diate la assolutione ꝛ la penitentia. ¶ Post hec, si non cognoscit conditionem eius: interroget eum de statu suo: puta si est coniugatus, vel coniugata: cuius sit exercitij, vel artis: si habet filios, vel non ꝛc. ex quibus possit eum conuenienter interrogare. Non enim sunt omnia ab omnibus interroganda, ꝛ maxime adhibenda est cautela circa iuuenculas, ꝛ circa simplices pueros: ne doceamus eos ea, que nesciunt. ¶ Item interrogandum est quantum temporis est, ex quo non est confessus: quia vnusquisque tenetur saltem semel in anno, cum ad annos discretionis peruenerit, confiteri, ꝛ cōmunionem accipere. De peni. ꝛ remis. ca. omnis. Quod si non fecerit, mortaliter peccauit, ꝛ toties quoties proposuit non facere deliberato animo, etiam mortaliter peccauit. Annos autem discretionis, maxime quo ad communionem: incipimus secundum sanctum Thomam, a decimo, vel vndecimo anno, ꝛ plus ꝛ minus secundum quod malitia supplet etatē. Cum enim sciunt discernere inter sacramentum altaris ꝛ panē, quo quotidie vescimur, ꝛ ostendunt ad ipsum aliqua signa deuotionis, signum est eos ad annos discretionis huiusmodi peruenisse, ꝛ in hoc standum erit iudicio eorum, qui habent curam anime eius. Pueri tamen vel puelle, qui post annos discretionis non fuerunt de hoc instructi, non sunt facile condemnandi de peccato mortali: quamuis sint acriter reprehendendi. ¶ Interrogandus est etiā peccator, si in vltima confessione malitiose tacuit aliquod peccatū mortale, vel quod credidit esse mortale, quia peccauit mortaliter violando sacramentum penitentie, cum absolutio facta sit propter eius malitiam super indebita materia ꝛ indisposita. ꝛ ideo tenetur iterare confessionem illam, ꝛ omnes precedentes cōfessiones imperfectas, quia in illis, quas hoc modo fecit, nō fuit vere sacramen/

tum penitentie. ¶ Interogandus est etiam, si fecit penitentiam a sacerdote impositam pro peccatis mortalibus confessis: quia si nō fecit eam ex dolo, peccauit, ⁊ tenetur eam facere, si habet eam in memoria. Quod si non habet eam in memoria, tenetur iterare confessionem secundum opinionem magis communem, quia sacramentum penitentie sine satisfactione non habet vltimam suam perfectionem, eo quod vna pars deficit ei. Confessor tamen posset eam commutare, si haberet eam in memoria: dummodo non fuisset data sibi a superiore, puta ab episcopo propter peccata ⁊ casus: a quibus ipse vel alius inferior non posset absoluere. ¶ Interrogandus est etiam peccator, si est excommunicatus aliqua excommunicatione maiori, vel minori. Quia si sit, debet prius absolui ab eis q̄ꝫ a peccatis, eo ꝙ excommunicatus nō est particeps sacrorūꝫ: excōicatio eniꝫ est exclusio a sacramentis, cōmunioneqꝫ fidelium.

Tenentur omnes ad hanc satisfactionem vel in presenti vita, vel in futura.

¶ Interrogandus est etiam si scit Pater nr̄. Aue maria. ⁊ Credo in deum. Et si nescit, arguat eum, ⁊ imponat ei ꝙ discat oīno. Et tunc inuestiget diligenter si habet odium, vel inimicitiaꝫ contra aliqueꝫ: ⁊ si vult parcere eis, qui eum offenderunt: vel in eum vel suos peccauerunt. Item si vult abstinere a peccatis, que hactenus fecit: sicut dimittere concubinam, vsuras ⁊c. ⁊ si vult satisfacere ⁊ emēdare siquid alteri abstulit tam in fama quaꝫ in rebus.

¶ De circunstantijs confessionis vere. Cap. 17.

His a penitente habitis ⁊ promissis: interroget eum de articulis fidei distincte, ⁊ secundum eius conditionem ⁊ statum formet interrogationes: ⁊ diligenter inuestiget peccata, ⁊ eorum species ⁊ circunstantias secundum hunc versum.

Quis, Quid, Ubi, Per quos, Quoties, Cur, Quō, Quando.

Quis scilicet clericus vel laicus, senex vel iuuenis. Quid, id est, clare exprimat speciem illius peccati: ⁊ si sit occultum vel manifestum, enorme vel paruum, nouum vel antiquum. Ubi: idest in loco sacro vel profano. Per quos, id est, quibus mediantibus. Quoties, scilicet reiterauit tale peccatum. Cur, scilicet, si preuenit tentationem: vel ab ea fuit preuentus: vel qua occasione id fecit. Quomodo. i. per quem modum, ⁊ qualiter id fecerit. Quando. s. si tempore sacro, festiuo, vel tempore ieiunij. ¶ Ante omnia autem sacerdos debet peccatores inducere ad veram confessionem: ⁊ integrā ⁊ puram suorum peccatorum expressionem: proponens ei spem diuine misericordie: que nullum ad se reuertentem abijcit, sed omnes misericordie: sue sinu suscipit ad se confugiētes. Et ad hoc

exponat

exponat ei exempla magnorum peccatorum .s. sancti Petri, qui christum negauit: latronis qui in cruce cum christo pependit, sancte marie Magdalene, que fuerat in ciuitate peccatrix: et aliorum qui fuerunt clementissime a domino recepti: et quamplurimum magnificati. Aduertat autem sacerdos etiam vt peccata maxime puerorum et mulierum caute inuestiget: et eis fiduciam ea dicendi tribuat, ne aliquid ex verecundia dimittant. Debet etiam ostendere eis magnam compassionem: et eorum casibus compati: et condolere se ostendat, vt cum tali dulcedine eos ad confessionem integram attrahat et inducat. Quo facto: In nomine domini incipiat eum interrogare a decem legis preceptis: et .7. peccatis mortalibus: et formet interrogationes prout in sequentibus versibus continetur.

¶ Forma breuis interrogandi secundum decem precepta legis, et septem peccata mortalia in versibus. Cap. 18.

Unum cole deum: nec iures vana per ipsum.
Sabbata sanctifices: habeas in honore parentes.
Non sis occisor, fur, mechus, testis iniquus.
Alterius sponsam: nec rem cupias alienam.

Item alij versus de decem preceptis, in quibus continentur peccata: que committi possunt contra singula precepta.

¶ Contra primum preceptum.

¶ Qui colit extra deum, aut sanctos quodcunque creatum.
Articulos fidei negans: si spemque reliquit.
Uoti transgressor: vel qui mortalia vouit.
Et tardans nimium nolens implere promissum.
Fine malo vouens: ac per se vota refringens.
Incantans: faciens fieri breuia: et malefactor.
Inueniensque, docens, addiscens, medius extans.
Aut orans obseruat, qui somnia, sortibus vtens.
Blasphemansque deum, qui murmurat: ac maledicit.
Uel non posse refert: sed despicit accipit ipse.
Cibans vt faciat mala: prauus preterit iste.
Unum cole deum, si scit mortaliter egit.

¶ Contra secundum preceptum.

¶ Qui cantans, fabulans, trufans, vel turpia dicens.
Despiciendo deum nominat sanctos, sacra spernens.
Iudicio iurans mendax, inductor ad illud.
Periurans: dubium iurans: mortalia iurans.

Jurans (cumqz tamen nolis seruare promissum.)
Perqz crucem, sanctamqz fidemqz, animamqz, deumqz.
Adiurans, dicens, mendaciter: atqz iocose.
Et per membra dei sanctorum euangeliorum.
Inducens falsum iuramentum, quisqz scienter.
Aduertens frangit, ne iures vana per ipsum.

¶ Contra tertium preceptum.

¶ Qui non confessus: dimittens & sacramentum,
In festis missam: sine causa inductor ad illud.
Qui manuale facit, vendens emit: at non edenda.
Jeiunium frangit: qui tertia comedit hora.
Qui facit in festo mala, prauus grauior extat.
Assumens chrisma, sacramentum, vel mulierem.
Si peccator erat, mortali fune ligatus.
Ecclesie vetito: qui contrahit tempore sacro.
Chorizans, ludens, veneri mortaliter egit.
Sabbata sanctifices violat reus, atqz superbus.

¶ Contra quartum preceptum.

¶ Qui precepta dei contemnit: iussaqz legis.
Uel qui noluerit parere parentibus: atqz
Alere si possit miseros, inopes, & egenos.
Irridensqz patrem: vel matrem: vel maledicens.
Uerberat: opprobrians, blasphemans, aspere turbans.
Moritur aspernens: habeas in honore parentes.

¶ Contra quintum preceptum.

¶ Occisor corde, verbo, factoqz suasor.
Incitat, & causans, cupiensqz procurat aborsum.
Uerberat, & mandans, faciensue torneamenta.
Si iudex ceperit ex sacro limite prauum.
Sacrilegus factus, ac ledens, vel mutilator.
Non sis occisor, frangens mortaliter egit.

¶ Contra sextum preceptum.

¶ Siquis furatur, raptor, vel participator.
Jussio, consilium, consensus palpo recursus.
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.
Reddere cuncta debet, si causa hec prima fuisset.
Excipitur mutus, non obstans, non manifestans.
Reddere neqz debent, qui ni sint officiales.
Atqz non in causa, primus pro parte tenetur.

Fortune lusor, cupiens spoliare sodalem.
Ac fraudans ludum, retinens inductor ad illum.
Hic dare perdenti censebitur, alter egenis.
Et fraudans iusta pedagia, sicqz gabellas.
Ledens mensuras monetas, fur malus extat.

¶ Contra septimum preceptum.

¶ Quisquis non nuptus, miscebitur ac polluetur.
Per se mollis erit: si nuptus fiet adulter.
Atqz solutus, fornicator, extra sodomita.
Incestumqz parens fecit: et cum virgine stuprum.
Cumqz moniali scelus magnum: sacrilegusqz.
Exigit in sacro: qui semine polluit illud.
Et rapiens raptor, cum brutis bestia fiet.
Qui clam contraxit, vel sponsam preuenit actu.
Spondens contrahere mendax, vt misceat illi.
Et qui contraxit, maiore fune ligatus.
Quinqz modis peccat, vxore maritus abutens.
Actibus illicitis, semen cum seminat extra.
Uas operans, prolem deuitans, semen emittens.
Exercens aliam cupit, arcens firme petentem.
Inuitans, tangens, inductor, medius extans.
Lubrica verba refert, iactans se mechus habetur,

¶ Contra octauum preceptum.

¶ Qui mendax fuerit in damnum proximitatis.
Uel mala qui dicit bona: narrans vel bona praua.
Accusans falso, iurans est testis iniquus.
Accusans ceteros: odiosus vt mala sumant.
Detractor odio: mendaxqz relator occulti.
Uel diffamator diuulgans, et manifesta.
Cedula si fiat detractrix: cantio ledens.
Atqz secreta, ratumqz sigillo: aut littera clausa.
Proditor et laudans, inducens ad supradicta.
Illa reportari gaudens, est testis iniquus.

¶ Contra nonum preceptum.

¶ Qui cupit alterius sponsam noscatur adulter.
Uel qui desiderat affines, vel moniales.
Incestum, scelus, sacrilegusqz, cum virgine stuprum.
Et cupiens fornicator fit, si sitqz solutus.
Et cupiens marem sodomitaqz: bestia bruta.

Ac quoties cupit, vel si fuit ⁊ phylocaptus.
Qui delectatur cogitando lubrica: vel qui.
Se somne polluit causans: vel postea gaudens.
Ornans vt ametur: vel amari que gloriatur.
Absqꝫ viro proprio, cui hoc facit, vt sic ametur.
Uel si perpendat ruinam, vel prouocando.
Alterius sponsam cupiens moritur lubricando.

¶ Contra decimum preceptum.

¶ Qui cupit alterius rem in damnum proximitatis.
Si per vim raptor, per occultum fur malus extat.
Si per auaritiam cupiat: dicetur auarus.
In rapiendo male ⁊ fallere quisqꝫ paratus.
Hec cupiens contra mandata cetera frangit.
Denum mandatum, nec rem cupias alienam.

¶ Alij ꝟ. de. 7. vitijs capitalibus ⁊ eorum speciebus ac similis.

¶ De peccato Superbie versus.

Ambit superbus, ridet, presumptio, iudex.
Curius, ingratus, blanditur, scandala reddit.
Blasphemat, dubitus, non fidus schisma prophanus.
Inanis iactat, contentio, non obedire.
Hyppochrisis discors, durus, se diligit audax.

¶ De peccato Auaritie versus.

Auarus fallit, perquirit turpia lucra.
Usuras torquet, proditio: vel simonia.
Periurus sequitur furtum: nec mente quiescit.

¶ De peccato Luxurie versus.

Luxuriam sequitur fur, stuprum, raptor, adulter.
Incestus, sacrum, molit, sodo, contra iumenta.
Est cecus, est audax, nimium inconstans amator.
Incautus, preceps, contemnit iussa diuina.
Atqꝫ simul ventura bona, presentia prefert.
His qui seruierunt, perpetua damna subibunt.
Et qui suppeditant, celestiq regna triumphant.

¶ De peccato Inuidie versus.

Inuidus affligitur bonis, letatur inique.
Detrahit, exultat, susurrat, murmurat, odit.

¶. De peccato Gule versus.

Gula nimis laute, preproperc, vel studiose.
Leta nimis, ⁊ inepte loquax, scurrilia fouet.

Ebrietas, hebes mentis: pollutio feda.

De peccato Ire versus.

Iratus tumet, clamat, conuitia rixat.
Blasphemat, prelium parat, indignatio surgit.

De peccato Accidie versus.

Tristis, malitiam parit, blasphemat, & odit.
Desperat, torpet, piger, & pusillanimis extat.
Undiqz vagatur, pertranctans mollia mente.

Hec interrogationes breues in verbis sunt: sed tamen magnam habent latitudinem, si recte considerentur. Si quis autem ampliores velit habere interrogationes: seu interrogatorium diffusius legat libellum qui intitulatur. Defecerunt beati Antonini archiepi Florentini vel Confessionale fratris. Hieronymi de Ferraria: & alia ad libitu: & ibi inueniet plene de hac materia tractari. Isti autez versus hic causa breuitatis ponuntur: qui tamen si bene intelligantur, satis sufficiunt ad confessionez audiendaz cuiuslibet peccatoris quantumcunqz scelerati. Nulla absolutior interrogandi forma ea legit que i sũma Caietana exponitur.

Qualiter se habere debet sacerdos cũ penitente audita eius cõfessione. Ca. 19.

Audita cõfessione, euz de his, que cõmisit redarguat: & increpet scdm ɔditionez psonaz, & qualitatez delicti plus & minus, & ostendat ei quanta mala fecerit: & quid meruit propter illa peccata. s. gehennam inferni in perpetuuz: nisi misericordia dei ipsuz eripuisset: & ei in cor misisset accedendi ad confessionem. Postea eum certificet de venia propter clementissimam & copiosissimam misericordiam dei: si tamen de cetero cauerit a peccatis, & ab eorum occasione. Postea moneat eum secundum statum suum. s. si est rex, vel dux, vel comes, vel iudex quod iuste iudicet, & subditos suos indebite non grauent: & quod puniant delinquentes. Si est clericus, vel religiosus, quod seruet que promisit. Si est vxoratus: q debitum reddat vxori tẽporib9 cõgruis: nõ phibitis: q honeste matrimonij actuz exerceat: & cum dei timore & honore sacramenti matrimonij: & sic de alijs: prout videri poterit in predictis confessionalibus. Itez quod caueant ab occasione peccandi: qui sunt fragiles, scilicet vt deuitent loca periculosa, & personas suspectas. Cõfessione peracta: si fuerit excõmunicatus, si potest prius euz absoluat ab ea: vel si non potest: remittat euz ad superiore, cum cedula huius tenoris. Reuerendissime dñe mitto ad dñationem vestram Reuerendissimam presentium latorem mihi cõfessum: quatenus. d. v. Reuerendissima euz absoluat a vinculo excõicationis,

quam incurrit propter talem rem. N. rogans eandem, vt eum ad me remittat: vt eum absoluere possim a peccatis. Et si fuerit casus reseruatus sine censura: ita scribat Reuerendissima. d. v. ipsuz absoluat a tali casu: & si fuerint plures casus: similiter scribat: a tali. N. & a tali N. ¶ Absolutus igitur a sacerdote, si potest: vel ab episcopo a vinculo excommunicationis, sacerdos ei iniungat penitentiam, secundum quod conditioni ipsius persone viderit expedire: & secundum qualitatez peccatoruz. videlicet. in ieiunijs, orationibus, eleemosynis, vel peregrinationibus, vel missis. In iniungenda autem penitentia caueat sacerdos, ne eum scandalizet, imponendo penitentiam pecuniariam vel sibi dandam: vel locis minus indulgentibus, sed potius imponat pauperib⁹ dispensandam, & postea eum absoluat, & caueat ne aliquem excommunicatum prius a peccatis, quaz ab excommunicatione absoluat: quia nihil faceret. Et quia vt in preambulis huius operis dictum fuit, ex sententia beati Augustini, quod qui canones penitentiales nescit, non est dignus nomine sacerdotis, Ideo hic breuiter subijcietur, ad eorum sacerdotum informationem. ¶ Canones penitentiales antiqui. ¶ Dominus Gulielmus durantis in suo repertorio: rubrica de penitentijs a canonibus cōstitutis, ita dicit. Ca. 20.

Sciendūz est, quod mēsuram temporis in agenda penitentia satis prefigunt canones pro vnoquoque crimine: sed magis in arbitrio sacerdotis statuunt relinquendum, dum pro quibusdaz culpis modi penitentie sunt impositi: quos inferius super ponem⁹, & hec leguntur. De peni. dist. 1. ca. mensuraz. & facit. 25. q. 7. ca. tempora. Ubi ergo certa penitentia statuta est a canone, illa est indicenda, alioquin falsa dicitur penitentia, que non datur secunduz canones: sic a canonibus distincta. De peni. dist. 5. fallas. quod si distincta nō sit, arbitrio relinquitur imponentis: vt in predictis capitulis. & extra de peni. & re. ca. quesitum. & ca. sequenti. de offi. deleg. ca. in causis. de accusa. ca. super his. Et hoc est quod in canone dicitur. De pondere delictoꝝ existimando,

stimando, sacerdotum est existimare: vt attendant ad confessio/nem penitentis, ⁊ ad fletus, ⁊ lachrymas corrigentis. De dist. 3. De penitentibus sic tantum moderetur, ne ecclesie vilescat au/thoritas: ⁊ se grauet. 50. dist. absit. ⁊ ca. seque. de pen. dis. 1. ca. quem penitet. ⁊ ca. in his. Sed ⁊ ipsos canones penitentiales, quicquid alij solemnizent, possunt sacerdotes ⁊ prelati moderari abbreuiando, vel protelando tempus penitentie, prout delicti monet qualitas, ⁊ circunstantie requirunt: vt in predicto cap. mensuram. ⁊. 50. dist. de his clericis qui. ⁊ cap. hi qui alias ⁊ expres se. extra eo. Deus, vbi pro homicidio, adulterio, ⁊ fornicatione mandatur ad arbitrium sacerdotis imponi: cum tamen sit a cano/nibus diffinita, vt inferius apparebit. Nec obstat predicto ca/pitulo falsas: quia intelligitur illud, nisi ex causa moderetur. 29. dist. ca. 1. Et sic illud secundum predicta iura determinatur. ff. de legi. sed ⁊ posteriores. Breuiter ergo commemoremus canones certas penitentias iniungentes. Qui autem vult scire modum pe nitentie imponende pro homicidio, ⁊ alijs criminibus videat. extra de homici. sicut dignum. ⁊ cap. 2. ⁊. 3. de peni. dist. 5. ca. 1. ¶ Debet ergo penitere sacerdos committens fornicationem de/cem annis. 82. dist. ca. presbyter. Ibi etiam habetur qualiter hoc tempore penitebit. ¶ Accipiens sponsam alienam de presenti septem annis ⁊. 40. diebus in pane ⁊ aqua. extra de sponsa. duo/rum. ca. 2. ¶ Deuota seu monialis, que fornicatur, seu matrimo/nium contrahit: ⁊ cognoscens eam, vel contrahens cum ea de/cem annis peniteat. 27. q. 1. deuotam. ⁊ cap. preces. ¶ Cantans missam ⁊ non communicans, vno anno peniteat nec interim ce/lebret. De consec. dist. 2. relatum. ¶ Sacerdos mortuum palijs altaris inuoluens. 10. annis ⁊. 5. mensibus: diaconus tribus an/nis cum dimidio. De consecra. dist. 1. nemo. ¶ Presbyter in/caute verberans: quomodo punitur. 15. q. 1. ca. siquis non ira. 23. q. 4. cap. qui peccat. ¶ Falsarius, quandiu viuit in pane ⁊ aqua peniteat. De verborum signific. nouissimus. ¶ Scienter contra/hens, vel coiens cum duabus sororibus, vel commatribus, vel sorore, commatre, ⁊ filia, vel vna cum patre ⁊ filio, vel duobus fratribus: ⁊ sic de alijs octo annis peniteat. 30. q. 4. si pater. ⁊ ca. fi. 32. q. 7. ca. siquis viduam. ⁊ cap. seq. ¶ Ignoranter cogno/scens duas sorores: vel matrem ⁊ filiam: vel amitam ⁊ neptem: quarum vna ignorat de altera, vterque. 7. annis peniteat: si vero scienter, perpetuo careat coniugio. 33. q. fin. 35. q. 3. cap. siquis

cum matre. ⁊ ca.seq. ¶ Quomodo sit iniungenda penitentia mu/lieri partum supponenti: vel de alio viro concipienti . extra de pe/niten. ⁊ remis.ca.officij. ¶ Sacrilegus chrisma vel calicem sacruz polluens . 7 . annis peniteat . In duobus non intrabit ecclesiam , ⁊ vsqz ad quartum non offeret : ⁊ singulis septimanis tribus die/bus a carnibus ⁊ vino ieiunabit , ⁊ alia quedam . 12 . q . 2 . de viro. ¶ Celans se cognouisse mulierem, que contrahit cum fratre eius septem annis peniteat . 35 . q . 3 . Si homo fornicatus . ¶ So/lenniter penitens,postea ad vomitum rediens.10.annis peniteat. De peni dist.5.si qui vero. ¶ Frangentes sponsalia filiorum ⁊ filij, si consenserint:⁊ post dissenserint.3.annis communione priuātur. 31.q.3.ca.vnico. ¶ Contrahens cum ea , quam polluit per adulte/rium . 5 . annis peniteat . 31 . q .1 . ca . si qua . ¶ Cognoscens vxo/rem adulteratam,penitētem ante pniam peractam,duobus annis peniteat.32.q.1.cap. siqs.1. ¶ Cognoscens vxorem adulteratam , ante quam peniteat , tribus annis peniteat . 32 . q . 1.cap. siquis .2. ¶ Sacerdos qui interest clandestinis despōsationibus,triennio suspēditur. De clan . desp.ca.vlti. ¶ Latro si vult ꝯfiteri , vel con fitetur,in cimiterio sepelietur:⁊ orat̄ pro eo: ⁊ datur ei corpus xp̄i. 13.q .si.ca. si. ¶ Qui in dicendo horas canonicas ⁊ alia officia; discrepat a sua Metropolitana ecclesia ex contemptu.ca. de his. 12.distin.p sex menses communione priuat̄. ¶ Interfector dn̄i,vel vxoris,nunquam equitet:nec vehiculo vehat̄ : nec cōtrahat matri/monium,vsqz ad.10.annos:carnes non comedat, ⁊ vinū nō bibat, ⁊ alia que habentur.33.q.2.admonere . ⁊.c . quicunqz . De diuor. ca.1 . ¶ Matris interfector armis depositis.10 . annis peniteat. 32.q.2.ca.latorem. Et cum dicitur,qꝫ maior pnia imponitur interfe/ctorij vxoris , qꝫ matris : dicitur , qꝛ maius pctm̄ est . 24 . q . 1 . non offeramus . ¶ Violans votum simplex .3 . annis peniteat , 27 . dist.ca. si vir. ¶ Dicens blasphemiam in deū,⁊ beatam virginē,⁊ sctōs:septem annis peniteat ꝫm formam , que est extra de maledi cis.ca.finali. ¶ Eps inuitum ordinans in clericū sine iusta cā,per annū suspenditur . 64. dist.cap.1. ¶ Pro quolibet mortali peccato debet peniteri septem annis. 33. q. 2. ca. hoc ipsum. ⁊ . §. hoc quā quam nisi plus ⁊ minus a canone imponatur , vt in prescripto . §. ¶ Domum vel aream incendens.3. annis peniteat . De iniuri. ⁊ dan.da.ca.siquis cōtra verbo incendiarius. ¶ Cōburēs ecclesiaz 15.annis peniteat : ⁊ eam restituat , ⁊ pretium det pauperibus . 17 . q.4.⁊ palea est. ¶ Celebrans excōmunicatus,tribus annis peni/teat.

teat. 2. 4. & 6. ferijs a vino & carnibus abstinet. 11. q. 3. de illis. ❡ Degradatus celebrans, priuatur communione corporis & sanguinis Christi vsque ad vltimum diem: & in excommunicatione maneat, & viaticum tantum in fine sumat. 50. dist. ca. accedens. ❡ Episcopus dissimulans corrigere venditionem ministeriorum, duobus mensibus, sacerdos hoc agens, quatuor, diaconus, tribus subdiaconus, & alij inferiores, iudicis arbitrio. 1. q. 1. ca. quicquid inuisibilis. ❡ Iniuste excommunicans: vno mense suspensus est. De sen. excommuni. ca. sacro. ❡ Sacerdos accedens ad sibi confessam: vel quam fecit confirmari. 12. annis peniteat: & post retrudatur in monasterium: episcopus annis. 15. mulier vero tradatur monasterio. 30. q. 1. Siquis sacerdos. & ca. non debet. ❡ Scienter rebaptizatus, si pro heresi hoc facit. 7. annis peniteat. 4. & 6. ferijs. & 3. quadragesimas in pane & aqua. Si vero propter infirmitatem, tribus annis peniteat. Si vero ignoranter, non peccat, sed ideo non promouetur, licet sit excellens. De consec. dist. 4. Qui bis. extra de apostatis. ca. 2. & talis sit monachus de foro ecclesie. De consec. dist. 5. ca. dictum. ❡ Si episcopus, presbyter, vel diaconus volens est rebaptizatus, peniteat quamdiu viuit: alij vero clerici, & monachi, & moniales ab hereticis volentes rebaptizari. 12. annis peniteant: & tribus erunt inter catechuminos: septem inter penitentes, & annis duobus eorum oblationes non recipientur, pueri vero post reconciliationez communioni restituentur. De consecra. dist. 4. ca. eos quoqz. ❡ Dicens coactus falsum testimonium, nec sequitur mors duobus annis peniteat, si sponte. 5. annis. In concilio libertano quod est in antiqua decretali. De fal. ca. 1. §. 1. ❡ Proprium filium opprimens tribus annis, & vno in pane & aqua peniteat: si sit baptizatus. De qui. fi. occi. ca. fin. ❡ Pro homine adultero, vel fornicatore. 7. annis, sed nunc non ita aspere. 21. q. 1. predicandum. & 33. q. 2. hoc ipsum. & §. seq. ❡ Iniuste alium accusans ad mortem. 40. diebus in pane & aqua ieiunabit continue siue interpollate, & per septem annos penitebit, non tamen in pane & aqua, sed ad arbitrium sacerdotis. Si vero per talem accusationem quis accusatus membrum perdiderit, accusans tribus quadragesimis ieiunabit, prima ante Natale Domini, secunda ante Pascha, tertia ante festuz sancti Joannis: quas quadragesimas sanctus Petrus instituit: & hec probantur. 22. q. 5. cap. 1. & 3. 6. q. 1. Quicunque. ❡ Sortilegus quadraginta dies. De sortile.

cap.1.7 in antiqua decretali.eo.titu.cap.reliquisti. ¶ Respiciens furta in astrolabio.duobus annis peniteat. De sortile.ca.2. ¶ Patronus res ecclesie dilapidans, vno anno excommunicatur.16.q.7. finis. ¶ Lustrans domum cum magicis vel incantationibus, vel aliud faciens: 7 qui ei consentit 7 consulit. 5. annis peniteat. 26.q.5.ca.qui diuinationes. 7 ca.nisi liceret.1.q.1.ca.1. ¶ Jurans non redire ad pacem, vno anno peniteat. 22. q. 4. cap.qui sacramento. ¶ Jncendiarius vno anno erit vltra mare, vel in Hispania: 7 qui hanc penitentiam relaxat, vno anno suspenditur. 23. q. fi. cap. pessimam. Hodie a solo papa absoluuntur. De senten. excommunica. cap.tua. ¶ Filiam vel sororem spiritualem cognoscens matrimonialiter, 7 ei consentiens septem annis peniteat. 30. q.3. non oportet. ¶ Si gutta sanguinis Christi cadit in terra, sacerdos quinquaginta diebus peniteat, si super altare 7 transit ad vnum pannum, duobus diebus, si vsq3 ad.2. quatuor diebus: si vsq3 ad.3.9.diebus: si vsq3 ad.4.20.diebus. De cõdi. distinictio.2. Qui bone. ¶ Si incaute dimisit, quamuis nil nefandi acciderit, tribus mensibus ab officio suspenditur.extra de custo.eucha.cap. 1. Occidens iudeum, vel paganu3, quadraginta diebus. ¶ Occidens per insania3, nõ imputatur.3.questio.9. Jndicas.15.q.1.aliquos.7 cap.illa. 7 cap. siquis. ¶ Homicida episcopus. 15. annis peniteat, 7 deponatur: 7 semper peregrinetur, presbyter. 12. annis:7.3.ex his in pane 7 aqua, 7 deponatur, 7 diaconus decem annis, 7 tribus in pane 7 aqua. 50. distinctio. Siquis homicidium. Palea est. ¶ Jn necessitate ineuitabili nihil quo ad peñ.50.dist. cap.quia te: sed quo ad mundiciam ecclesie ostendendam sic.24.q. 2. Jn lectum 7 ad cautelam cum eo dispensandu3 est. ¶ Pro incestu, vel coitu contra naturam, vel cum brutis plusquam: 7. annis: quia clericus deponitur, laicus excommunicatur.33.q.2.§.hoc quicquam. 7 cap. precedenti. De excel. prelato. cap. clerici. ¶ Pro casuali homicidio.5.annis peniteat.50.dist.eos qui.7 cap. sequẽti. ¶ Pro voluntario fine spe restitutionis deponitur, 7 septem annis peniteat.50. distinctio. cap. maior. ¶ Occidens clericum, aut monachu3, diaconu3, vel subdiaconu3, semper erit in monasterio, nunquam ad seculum reuersurus: 7 septem annis penitentiam publica3 7 arma relinquat.17.q.4.cap.qui occiderit. ¶ Cõtrahẽs contra interdictum ecclesie, peniteat vno mense, vel ad arbitrium. extra de matrimo. contra interdi. ecclesie contracto.ca.1. ¶ Sacerdo3 se defendendo latronem interficiens duobus annis, de homicidio.

homicidio. ca. 2. nunc. per clemen. aliter ordinatur. De homi. cap. in clemen. ¶ Reuelans peccatum penitentis deponitur, ꝛ ad agendam penitentiam in monasterium retruditur. De peni. dist. 6. ca. sacerdos. De peni. ꝛ remis. ca. omnis. ¶ Uomens eucharistiam per ebrietatem, si laicus est, quadraginta diebus: si clericus, sexaginta: si episcopus, nonaginta diebus, si infirmus, septem diebus. De consecra. dist. 2. cap. siquis per ebrietatem. ¶ Pro periurio, quadraginta diebus in pane ꝛ aqua per. 7. annos: ꝛ semper erit in penitentia .s. interiori. 6. q. 1. ca. quicumque. 22. q. 1. predicandum. ¶ Compulsus conditionaliter deiurans, si est liber. 10. dies: ꝛ. 7. sequentibus annis: si seruus tres quadragenas ꝛ legitimas. 22. q. 5. cap. 1. ¶ Periurans in manu episcopi, vel in cruce sacrata tribus annis, in non sacrata vno anno: ignoranter ꝛ coactus tres quadragesimas. 22. q. 5. ca. 2. ¶ Scienter falsum iurans, vel alium iurare compellens. 40. dies in pane ꝛ aqua, ꝛ septem annos peniteat. 22. ferias. q. 5. ca. siquis conuictus. ¶ Deiurans pro persona ꝛ rebus, vel pro aliqua necessitate. 3. 40. vel. 3. annos: ꝛ vnum ex illis in pane ꝛ aqua. 22. q. 5. siquis coactus. ¶ Qui contra suum iuramentum in domini mortem machinatur, vel in eius regnum, seculum ꝛ arma relinquat, ꝛ in monasterium detrudatur, ꝛ toto tempore vite sue peniteat, ꝛ in fine tantum communionem accipiat: si vero fuerit episcopus, presbyter, aut diaconus, degradetur. 22. q. fi. ca. laicus palea est. ¶ Pro falsa mensura. 30. diebus in pane ꝛ aqua ieiunet. extra de emptio. ꝛ vendi. cap. 1. ¶ Presbyterum interficiens. 12. annis peniteat extra de peni. ꝛ remis. ca. 2. ¶ Communicans heretico inscius, ꝛ ex negligentia recipiendo vel dando communionem vno anno. Si vero scienter. 5. annis: quod si nesciens permittat eum in ecclesia celebrare. 40. diebus: si vero propter reuerentiam vnum annum, si ad subuersionem fidei. 10. annos: si autem fuerit hereticus. 12. annos peniteat. 24. q. 1. siquis dederit. ¶ Raptor seu fur directo reddet quadruplum alterius: duplum ecclesie ornamenta: ꝛ. 7. annis peniteat in pane ꝛ aqua. 17. q. 4. palea est. ¶ Clericus fur vel effrator septem annis: laicus quinque: sed si vilis erat res vel bis furatus est reddat: ꝛ anno peniteat in pane ꝛ aqua. 17. q. 4. cap. siquis clericus. palea est. ¶ Manum in episcopum vel presbyterum mittens, ꝛ ecclesiam vastans aut impugnans, vel incendens, omnibus bonis proscribitur: ꝛ semper in monasterio inclusus peniteat. 24.

q.3.cap. quisquis per dolum palea est.. ¶ Hoc autem adnotatione dignuz est, q ubi ponitur penitentia .7. triuz vel pauciorum annorum, vel quadragesimaruz a iure, et nō adiungit qualiter illo tēpore debeat, qs penitere, hoc relinquit arbitrio sacerdotis, cuz penitentie sint arbitrarie: ut predixi in principio huius tractatus de penitentijs a iure impositis. Ipse vero sacerdos arbitrabitur eaz p legitimas ferias faciēdā sm canones. 11.q.3. de illis. 50. distinctio. de his clericis. 82. distinctio. cap. presbyter. 1. extra de homicidio. ca. 2. et in alijs multis. et sic itelligo extra de accusa. de his q fil. ca. fi. de spōsa duorum. ca. 2. 22. q. 5. ca. 1. ¶ Hec dns Guilielm⁹ duratis speculator.

¶ De forma absoluendi ab excommunicatione maiori. Cap. 21.

Sacerdos absoluturus excommunicatum maiori excommunicatione. Primo exigat ab eo iuramentuz de stando mandatis ecclesie, que. s. fiet ei pro hac causa. Quo iuramento prestito iniungatur ei qui est excommunicatus, quod de cetero talia non committat: et si alicui lesionem vel damnum intulit, quod ei satisfaciat: et ad hoc cautionem tribuat. Hoc facto denudatus humeris a cōfessore virga leuiter percutiatur, ad quemlibet versum unius psalmi penitentialis semel. Dicto psalmo sacerdos subiungat Kyrie eleison. Christe eleison Kirie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationē. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟ Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣ Domine exaudi orationez meam. ℟ Et clamor me⁹ ad te veiat. ℣. Dominus vobiscum. ℟ Et cuz spiritu tuo. Oro.

Deus qui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, et famulum tuum, quem excommunicationis sententia ligat, miseratio tue pietatis absoluat. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea subiungat absolutionem. Nec est necessaria manus impositio super caput confessi, quando fit absolutio: quia Christus de tali manus impositione

Sufficerent ad veritatē sacramēti illa verba tātū absoluo te ab oībus peccatis tuis.

positione non fecit mentionem, quando dixit Petro & Apostolis. Quecunque solueritis &c. Ideo verba absolutionis operamur

Dominus noster Jesus christus, (diuina virtute. Absolutio. qui beato Petro apostolo collatis clauibus regni celestis, dedit potestatem ligandi, atq; soluendi: ipse per suam pijssimam misericordiam te absoluat, & authoritate ipsius: & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, & sanctissimi domini nostri domini. N. diuina prouidentia pape. N. Si sit casus, vel censura papalis: vel reuerendissimi domini domini. N. episcopi. N. Si sit casus: vel censura episcopalis tibi concessa, & mihi commissa: inquantum possum, debeo, & valeo, ego absoluo te a vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, quod incurristi propter talem casum. N. Et si sint plures: propter tales casus. N. & N. illum: vel illos nominando. Toties quoties illud, vel illa incurristi: & restituo te sanctis sacramentis ecclesie communioni: & vnitati fidelium. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Amen. ¶ Absolutio a peccatis.

Misereatur tui omnipotens deus: & donet tibi veniam: & indulgentiam: & remissionem omnium peccatorum tuorum liberet te ab omni malo, saluet, & confirmet in omni opere bono: & perducat te christus filius dei viui in vitam eternam. Amen.

Per istam veram & puram confessionem, quam modo mihi, quamuis peccatori sacerdoti fecisti, absoluat te omnipotens deus ab omnibus iudicijs, que tibi pro peccatis tuis debentur secundum magnam misericordiam suam, & parcat, ac remittat, & deleat omnia peccata tua: & perducat te in vitam eternam. Amen.

Filius dei per suam pijssimam misericordiam te absoluat: & authoritate eius qua fungor ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis mihi modo cōfessis: & ab oīb⁹ alijs: quorū memoriā non habes: vt sis absolutus hic & ante tribunal eiusdē dei & dñi nostri Jesu christi: habeasq; vitā eternā: & viuas in secula seculorū. Amē. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Amen.

Passio eiusdem dei: & domini nostri Jesu Christi: & merita beate Marie semper virginis: & beatorum apostolorum petri & pauli: & omnium sanctorum: & sanctarum dei: & quicquid boni feceris: & intendis facere, & mala que pateris, & patienter sustinebis: sint tibi in remissionem peccatorum tuorum: in augmentū gratie, & in premium vite eterne. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Amen. Vade & amplius noli peccare.

¶ Hec etiam absolutior forma est. Dominus noster Jesus christus per suam piissimam misericordiam te absoluat: et ego authoritate ipsius absoluo te ab omnibus peccatis tuis, que mihi modo confessus es et quorum memoriam non habes, vt sis absolutus hic, et ante tribunal domini nostri Jesu christi, et habeas vitam eternam, et viuas in secula seculorum. Amen. ¶ Prescripta forma absoluendi ab excommunicatione dicitur, quando aliquis est excommunicatus excommunicatione maiori: et debet fieri ab eo: qui habet talem autoritatem absoluendi ordinariam, vel delegatam. ¶ De communi forma absoluendi ab excommunicatione minori: saltem ad cautelam et etiam a peccatis. Cap. 22.

SAcerdos absoluturus peccatorem a peccatis, prius debet ipsum absoluere ab excommunicatione minori, saltem ad cautelam sub hac forma, videlicet. Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, vel participationis: a quo possim te absoluere, ego absoluo te: et restituo te sanctis sacramentis ecclesie, communioni, et vnitati fidelium. In nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amen

MIsereatur tui omnipotens deus, et dimissis omnibus peccatis tuis: perducat te cum sanctis suis in vitam eternam. Amen. Filius dei per suam piissimam misericordiam te absoluat etc. Passio domini nostri Jesu christi etc. vt supra in precedenti capitulo.

¶ Forma absolutionis plenarie in mortis articulo facienda illi: qui habet gratiam a sanctissimo domino nostro papa. Cap. 23.

SAcerdos visa gratia eius: qui habet a sanctissimo domino papa: vt in mortis articulo plenarie possit absolui: primo dicat. Misereatur tui omnipotens deus: et dimissis omnibus etc. vt supra.

INdulgentiam et absolutionem et remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors dominus. Amen. Tunc subiungat et dicat.

DOminus noster Jesus christus per suam piissimam misericordiam te absoluat, et authoritate ipsius, et beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, et sanctissimi patris et domini nostri domini. N. diuina prouidentia pape. N. et sancte Romane ecclesie in hac parte tibi concesse, et mihi commissa: inquantum possum, et valeo, et debeo, et mihi permittitur, ego absoluo te ab omni sententia excommunicationis maioris: vel minoris, suspensionis, et interdicti: et a participatione cum excommunicatis, et restituo te sacrosanctis sacramentis ecclesie, communioni, et vnitati fidelium.

Item

ITem eadez authoritate ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis confessis pariter ⁊ oblitis, ⁊ a penis omnibus tibi in purgatorio debitis, propter culpas ⁊ offensas, quas contra deum, teipsum: ⁊ proximum tuum commisisti: claudendo tibi portas inferni: ⁊ aperiendo portas paradisi, restituo te illi innocentie, in qua eras quando baptizatus fuisti. In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti. Amen. Et hoc si hac qua egrotas infirmitate moriaris, sinautem, salua tibi sit, donec fueris in mortis articulo constitutus. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti. Amen.

De forma absolutionis plenissima. Capitulum. 24.

BEatus Antoninus archiepiscopus Florentinus in tertia parte summe sue ita scribit. Solet dominus papa aliquando quibusdam tantam gratiam facere: vt simpliciter ab omnibus censuris: ⁊ penis iuris: ⁊ hominis: possint absolui in foro saltem conscientie. Et tunc confessor potest ista forma vti: quam a curia Romana habui: ⁊ vsus sum.

DE plenitudine potestatis apostolice, cuius authoritatem pro presenti gero, absoluo te ab omnibus censuris ecclesiasticis, sententijs, ⁊ vinculis excommunicationum, ⁊ suspensionum, ⁊ interdicti tam ab homine quam a iure latis, necnon ab omnibus negligentijs: ⁊ defectibus conmissis in sacramentorum administratione, officijs, ⁊ actibus tuis, vel nomine tuo factis: supplendo de solita apostolice sedis clementia, omnes defectus eorundem. Aboleo etiam omnem maculam infamie: ⁊ inhabilitatis vndequaqz contractam, dispensoqz tecum super omni irregularitate, simonia in ordine ⁊ beneficio, actiue, vel passiue: quacunqz occasione: vel causa etiam contracta in collatione ordinum: ⁊ aliorum sacramentorum, vel contractis seu commissis. Restituo te: ⁊ habilito te ad statum, famam, ⁊ honorem, ⁊ executionem officiorum ecclesiasticorum quorumcunqz: ac ad omnes gradus dignitatum ⁊ honorum: ad beneficia ecclesiastica habita ⁊ habenda: ⁊ tibi de his, que habes de nouo prouideo: relaxando tibi fructus, quos male percepisti: seu lesa conscientia ex eisdem: ac alia que in ludo ex successione, ac alias ad te prouenerunt: que subiacent restitutioni vage in forma plenissima. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti. Amen.

¶ Ordo qualiter se habere debet sacerdos in suscipienda confessione infirmi. ca. 25.



SAcerdos accedens ad infirmum: primum dicat secundum Saluatoris mandatum. Pax huic domui et omnibus habitantibus in ea. Postmodum accedens ad infirmum eum consoletur ad bonam patientiam. Deinde incipiat et dicat psalmos sequentes. vz. Psalmus.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo? Conuertere domine et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur et erubescant valde velociter. Psalmus.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et nõ est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in

me:

me: dereliquit me virtus mea: ⁊ lumen oculorum meorum ⁊ ipsum non est mecum. A mici mei ⁊ proximi mei: aduersum me appropinquauerunt ⁊ steterunt. E t qui iuxta me erant de longe steterunt: ⁊ vim faciebant qui querebant animam meam. E t qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: ⁊ dolos tota die meditabantur. E go autem tanquam surdus non audiebam: ⁊ sicut mutus non aperiens os suum. E t factus sum sicut homo non audiens: ⁊ non habens in ore suo redargutiones. Q uoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus. Q uoniam dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Q uoniam ego in flagella paratus sum: ⁊ dolor meus in conspectu meo semper. Q uoniam iniquitatem meam annunciabo: ⁊ cogitabo pro peccato meo. I nimici autem mei viuunt ⁊ confirmati sunt super me: ⁊ multiplicati sunt qui oderunt me inique. Q ui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. N e derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. I ntende in adiutorium meum: domine deus salutis mee. Psalmus.

B Eatus qui intelligit super egenum ⁊ pauperem: in die mala liberauit eum dominus. D ominus conseruet eum ⁊ viuificet eum ⁊ beatum faciat eum in terra: ⁊ non tradat eum in animam inimicorum eius. D ominus opem ferat illi super lectū doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. E go dixi domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. I nimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur ⁊ peribit nomen eius? E t si ingrediebatur vt videret: vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatē sibi. E grediebatur foras: ⁊ loquebatur in idipsum. A duersum me susurrabāt oēs inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. V erbum iniquū constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat? E tenim homo pacis mee in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. T u autem domine miserere mei ⁊ resuscita me: ⁊ retribuam eis. I n hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus super me. M e autē propter inocentiā suscepisti: ⁊ ꝯfirmasti me in ꝯspectu tuo in eternum. B enedictus dominus deus israel a seculo ⁊ in seculum fiat fiat. Psal.

M Iserere mei deus: secundum magnam misericordiā tuam. E t secundum multitudinem miserationum tuarū: dele iniquitatem meam. A mplius laua me ab iniquitate mea, ⁊ a peccato meo munda me.

Q uoniam iniquitatem meam ego cognosco, ⁊ peccatum meum contra me est semper. T ibi soli peccaui ⁊ malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis ⁊ vincas cū iudicaris. E cce enim in iniquitatibus conceptus sum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea. E cce enim veritatē dilexisti: incerta ⁊ occulta sapientie tue manifestasti mihi. A sperges me domine hyssopo ⁊ mundabor: lauabis me ⁊ super niuem dealbabor. A uditui meo dabis gau/dium ⁊ letitiam: ⁊ exultabunt ossa humiliata. A uerte faciem tuā a peccatis meis, ⁊ omnes iniquitates meas dele. C or mundum crea in me deus: ⁊ spiritū rectū innoua in visceribus meis. N e proijcias me a facie tua: ⁊ spiritum sanctum tuum ne auferas a me. R edde mihi letitiam salutaris tui: ⁊ spiritu principali confirma me. D ocebo iniquos vias tuas, ⁊ impij ad te conuertentur. L i/bera me de sanguinibus deus deus salutis mee: ⁊ exaltabit lin/gua mea iustitiam tuam. D omine labia mea aperies: ⁊ os meū annunciabit laudem tuam. Q uoniam si voluisses sacrificium de/dissem: vtiq̄ holocaustis nō delectaberis. S acrificium deo spiri/tus contribulatus: cor contritū ⁊ humiliatū deus non despicies. B enigne fac domine in bona volūtate tua sion: vt edificentur mu/ri hierusalem. T unc acceptabis sacrificium iustitie oblationes ⁊ holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Psalmus.

I Nclina domine aurem tuam ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper sum ego. C ustodi animam meā quoniā sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. M ise/rere mei domine quoniam ad te clamaui tota die: letifica animam serui tui quoniam ad te domine animam meam leuaui. Q uoniā tu domine suauis ⁊ mitis: ⁊ multe misericordie omnibus inuocan/tibus te. A uribus percipe orationem meam: intende voci depre/cationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: q: exaudi/sti me. N on est similis tibi in dijs domine: ⁊ non est secundum opera tua. O mnes gentes quascūq̄ fecisti venient ⁊ adorabunt coram te domine: ⁊ glorificabunt nomen tuū. Q uoniā magnus es tu, ⁊ faciens mirabilia: tu es deus solus. D educ me domine in via tua, ⁊ ingrediar in veritate tua: letetur cor meū vt timeat no/men tuū. C onfitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomen tuū in eternum. Q uia misericordia tua ma/gna est super me: ⁊ eruisti animam meam ex inferno inferiori. D eus iniqui insurrexerunt super me: ⁊ synagoga potentium quesierunt animam meam: ⁊ non proposuerunt te in conspectu suo.

ſuo. At tu domine deus miſerator ⁊ miſericors: patiens ⁊ multe
miſericordie ⁊ verax. Reſpice in me ⁊ miſerere mei: da impe/
rium tuum puero tuo, ⁊ ſaluum fac filium ancille tue. Fac me
ſignum in bonum: vt videant qui oderunt me ⁊ confundantur:
quoniam tu domine adiuuiſti me ⁊ conſolatus es me. Pſalmus.
Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei celi com/
morabitur. Dicet domino ſuſceptor meus es tu: ⁊ refugiū
meum, deus meus ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me
de laqueo venantium: ⁊ a verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbra/
bit tibi: ⁊ ſub pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te veritas
eius: non timebis a timore nocturno. A ſagitta volante in die: a
negotio perambulāte in tenebris: ab incurſu ⁊ demonio meridia/
no. Cadent a latere tuo mille, ⁊ decē millia a dextris tuis: ad te
autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis conſidera
bis: ⁊ retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es do/
mine ſpes mea: altisſimum poſuiſti refugium tuum. Non acce/
det ad te malum: ⁊ flagellum non appropinquabit tabernaculo
tuo. Quoniam angelis ſuis mandauit de te: ut cuſtodiant te in
omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem ⁊ baſiliſcum ambula/
bis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconē. Quoniam in me ſperauit
liberabo eum protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me ⁊ ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatio
ne: eripiam eum ⁊ glorificabo eum. Longitudine dierum reple
bo eum: ⁊ oſtendam illi ſalutare meum. Pſalmus.
Benedic anima mea domino: ⁊ omnia que intra me ſunt no/
mini ſancto eius. Benedic anima mea domino: ⁊ noli obli/
uiſci omnes tributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniqui
tatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de
interitu vitam tuam: qui coronat te in miſericordia ⁊ in miſeratio/
nibus. Qui replet in bonis deſiderium tuum: renouabitur vt
aquile iuuentus tua. Faciens miſericordias dominus: ⁊ iudiciū
omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit vias ſuas moyſi: fi/
liis iſrael voluntates ſuas. Miſerator ⁊ miſericors dominus: lon
ganimis ⁊ multum miſericors. Non in perpetuum iraſcetur: ne/
que in eternum comminabitur. Non ſecundum peccata noſtra fe
cit nobis: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.
Quoniam ſecundum altitudinem celi a terra: corroborauit miſe
ricordiam ſuam ſuper timentes ſe. Quantū diſtat ortus ab occi/

dente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo mise/
retur pater filiorum misertus est dominus timentibus se: quoniã
ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam pul
uis sumus, homo sicut fenũ: dies eius tanquam flos agri sic efflore
bit. Quõ spiritus pertrãsibit in illo, ⁊ nõ subsistet: ⁊ nõ cognoscet
amplius locũ suũ. Misericordia autez domini ab eterno ⁊ usque
in eternum: super timẽtes eum. Et iustitia illius in filios filiorum:
his qui seruant testamentum eius. Et memores sunt mandatorũ
ipsius ad faciendum ea. Dominus in celo parauit sedem suam: ⁊
regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite domino om/
nes angeli eius potentes virtute: facientes verbum illius ad au/
diendam vocem sermonum eius. Benedicite domino omnes vir
tutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. Benedicite
domino omnia opera eius: in omni loco dominationi eius bene/
dic anima mea domino. Et dicantur omnes ex integro. Postea
sequitur letania. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. Et ne nos inducas in tenta. ℣. Saluum fac seruuz
tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine au
xilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat
inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣.
Dominus conseruet eum ⁊ viuificet eum ⁊ beatum faciat eum in
terra. ℟. Et non tradat eum in animam inimicorum eius.
℣. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. ℟. Uni
uersum stratum eius versasti in infirmitate eius. ℣. Domine
exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣.
Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: quesumus immensam pie/
tatem tuam: vt ad introitum in tuo noĩe humilitatis nostre,
hunc famulum tuum in hoc habitaculo iacentem fessum, salutifere
visitare digneris: sicut visitasti domine Thobiam, ⁊ Saram,
⁊ socrum Petri: puerumque Centurionis: ita ⁊ iste pristina sani/
tate anime corporisque recepta, gratiarum tibi in ecclesia tua refe/
rat actionem. Per christum dominum nostruz. Oremus. Oratio.

Deus qui facture tue semper pio dñaris affectu: inclina aurẽ
tuam supplicationibꝰ nr̃is: ⁊ famulũ tuuz ex aduersa valetu/
dine sui corporis laborantem placatus respice: ⁊ visita in salutari
tuo, ⁊ celestis grẽ p̃sta ei medicinã. Per chr̃z. Oremꝰ. Orõ.

Domine sancte, pater omnipotens eterne deus: qui per
Jesum

Jesum christum filium tuum dominum nostrum vulnera nostra curare dignatus es: te supplices rogamus et petimus nos humiles tui sacerdotes, vt precibus nostris aurem tue pietatis accõmodare digneris: vt ad huius penitentis confessionem mouearis: remittasqz ei omnia crimina, et peccata vniuersa condones.

DA quesumus huic famulo tuo domine pro supplicijs veniaz, pro merore letitiam, pro morte vitam: vt qui suadente diabolo cecidit in ruinam: te reuocante retrahat̃ ad misericordiã: et ad eternam vitam peruenire mereatur. Per christum dominum nostrum etc. Tunc interrogat eum sacerdos: si tenet: siue si scit orationem dominicaz: et symbolũ. Respondet infirmus. Teneo. Tunc sacerdos. Uis dare tuam confessionem? Rñdet infirmus. Uolo. Et sacerdos. Fuisti iam confessus? Rñdet infirmus. Ita pater. Sacerdos. Credis in deum patrem oĩpotentem: creatorem celi et terre: et in Jesum christuz filiuz eius: et in spiritũ sanctũ paracletum ex patre filioqz procedentem? Rñdet. Credo. Sacerdos. Credis qꝫ iste tres psone.s. pater: filius, et spũs sanctus: sunt tres persone: et vnus deus? Respondet Credo. Sacerdos. Credis quod filius dei pro salute nostra sit incarnat⁹ de spũ sctõ: natus ex Maria virgine, passus, mortuus, et sepultus: et ad inferos descendit: et tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad celos: et venturus est iudicare viuos et mortuos? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis vnam sanctam ecclesiam catholicã: sanctoruz cõmunionem: et remissionem pctõrũ: carnis resurrectioné: et vitaz eternam? Rñdet. Credo. Sacerdos. Credis qꝫ in ipsa carne, in qua nunc es, in ipsa habes resurgere in die iudicij: et recipere siue bonum, siue malũ quod egisti? Respondet. Credo. Sacerdos. Habes plenam voluntatem emendandi quicquid contra deum egisti? Respondet. Habeo. Sacerdos. Habes fidem qꝫ possit tibi dimittere deus omnia peccata tua, si confessus, et in toto corde tuo conuersus ad eum fueris? Respondet. Habeo. Sacerdos. Uis dimittere omnibus hominibus, qui in te peccauerunt dicente domino. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, et pater vester qui in celis est, dimittet vobis peccata vestra? Respondet. Uolo. Si non vult dimittere: nec tu debes ei dare penitentiam. Si autem vult ea dimittere, et iudicium penitentie recipere: et peccata sua pleniter confiteri: eaque veraciter dimittere: et ieiunijs atqz orationibus sacerdotum et eleemosynis ea redimere: tunc iuxta has promissiones offerat manus suas

in manibus sacerdotis dicens. In manus tuas domine commendo spiritum meum. Et sacerdos sequitur. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum deus: ita ꝛ laus tua fines terre: iustitia plena est dextera tua. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleis. Pater noster. Et ne nos. ℣. Exaudiat te dominus i die tribulationis. ℟. Protegat te nomen dei iacob. ℣. Mittat tibi auxilium de sancto. ℟. Et de sion tueatur te. ℣. Tribuat tibi secundũ coꝛ tuũ. ℟. Et omne consiliũ tuuꝫ confirmet. ℣. Impleat dñs oẽs petitiones tuas. ℟. Nunc cognoui quoniã saluum fecit dñs Christum suum. ℣. Dñs custodit te ab omni malo. ℟. Custodiat animam tuam dñs. ℣. Benedicat te dñs ex sion. ℟. Qui fecit celum ꝛ teram. ℣. Dñe exaudi orationem meaꝫ. ℟. Et clamoꝛ meus ad te veniat. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

Deus qui es iustoꝛum gloꝛia, ꝛ misericoꝛdia peccatorum: pietatem tuam humili prece deposcimus, vt hunc famuluꝫ tuũ benigne recipias: ꝛ pietatis tue custodiam ei impendas: vt ex tota mente tibi deseruiat, ꝛ sub tua semper protteccione consistat: ꝛ quando ei extrema dies venerit, societatem sanctoꝛum percipiat: cum quibus inenarrabileꝫ gloꝛiam sine fine possideat. Per dominum. Tunc sacerdos diligenter eius confessionem audiat: ꝛ si etiam ab exoꝛdio natiuitatis sue ꝛ baptismi confiteretur, bonum esset. Et si quit inuenerit quod obligatus sit satisfacere, si potest satisfaciat: ꝛ faciat eum suum condere testamentum: ꝛ domui sue disponere, decimas debitas ecclesie, vbi hoc fieri consueuit, dimittere: ꝛ partem aliquam sue facultatis in redemptionem suoꝛum peccatoꝛum legare studeat ecclesie, vel pauperibus: ꝛ missas beate Marie, que sunt numero. 9. ꝛ missas beati Gregoꝛij, que sunt numero. 30. ꝛ alias huiusmodi pꝛo se celebꝛari facere: vel peregrinationem ad limina sanctoꝛum sicut Rome ꝛ alibi imponere: secũdum quod melius infirmo videbitur ꝛ placebit. Et si primo ei non fecit absolutionem, tunc absoluat eum a vinculo excommunicationis si tenetur: vel saltim ad cautelam: postea dicat. Misereatur tui omnipotens deus: ꝛ donet tibi veniam: ꝛ indulgentiam: ꝛ remissionem omnium peccatoꝛum tuoꝛum, liberet te ab omni malo: conseruet ꝛ confirmet te in omni opere bono: ꝛ perducat te chꝛistus filius dei viui in vitam eternam. Amen. Per istam veraꝫ ꝛ puram confessionem: quam modo mihi q̃uis peccatori sacerdoti fecisti: absoluat te oṗs deus ab omnib' iudicijs, que tibi pꝛo peccatis

catis tuis debentur s̄m magnā misericordiam suaꝫ, ꝛ parcat, ac re/mittat: ꝛ deleat omnia pctā tua, ꝛ perducat te in vitā eternā. Amē.

Dominus Jesus christus qui beato Petro apostolo suo dedit potestatem ligandi atqꝫ soluendi, ipse te absoluat: ꝛ ego authoritate eius qua fungor absoluo te ꝛc. vt supra. Cap. 21.

℣. Deus tu conuersus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua letabitur in te. ℣. Ostende nobis domine misericordiaꝫ tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. ℣. Dñe exaudi oratione meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oīo.

Deum omnipotentem ac misericordem, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur ꝛ viuat, deprecor: vt conuerso ad viam rectam huic famulo suo. N. misericordie sue veniam propitiatus indulgeat: ꝛ omnium culparum suarum vulnera, que post sacri lauacri veniam contraxit, ita in hac confessione sanentur: vt nulla in eo vltra cicatricum signa remaneant. Prestante domino nostro Jesu christo qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat in secula seculorum. Amen.

Benedictio dei omnipotentis: pa ✠ tris: fi ✠ lij: ꝛ spiritus ✠ sancti descendat super te: ꝛ maneat semper. Amen. ¶ De penitentia imponenda infirmo. Ca. 20. ¶ Beatus Antoninus archieps Florentinus in suo cōfessionali Defecerūt ita dicit.

Aduertendum est aūt, quod aut infirmus est in periculo mortis, aut non. Dico aūt periculum mortis non solū qꝛ in extremis constitutus, sed qꝛ frequenter contingit hoīes mori ex illa infirmitate ꝛ medici dubitant. Jn tali casu potest quilibet absolui a quolibet sacerdote de quolibet peccato ꝛ a qualibet sententia absqꝫ alia licentia, cuꝫ periculuꝫ est in mora. Talis enim infirmus aut iam amisit loquelam, vel vsum rationis: puta qꝛ freneticus: aut non. Jn primo casu si bene viuebat vt bonus fidelis, ꝛ frequentabat confessioneꝫ ꝛ communionē ꝛ huiusmodi, q̄uis nō petierit sacramenta, qꝛ ex insperato talia acciderunt. Vel ēt si malus ꝛ obstinatus diu perseuerās in pctis est, ꝛ diu nō cōfessus, si petijt sacerdotem vt confiterentur: ꝛ ostendit se velle facere omnia, que debet: ꝛ interea factus est mutus vel freneticus, ꝛ periculum est in mora, debet⁹ presupponi contrictus, ꝛ faciente aliquo confessionem generalem pro eo sicut fit in populo, sacerdos faciat absolutioneꝫ ab omni sententia ꝛ peccato: ꝛ pōt iniungere circunstan/

tibus aliquid pro eo faciendum: vel heredibus: aut consanguineis pro eius anima si volunt acceptare. Deinde debet dari ei euchari/stia a proprio sacerdote seculari: quamuis non sit confessus, quia non potuit: vel ab alio sacerdote seculari, non autem religioso, si non habuit licentiam a proprio sacerdote, vel episcopo: alias ipse religiosus incideret in excommunicationem papalem in hoc casu. Et hoc verum est nisi timeretur de expuitione vel vomitu eius: quia tunc non deberet sibi dari eucharistia, sed extrema vnctio tã/tum: immo etiam si non potuit communicare. Si propter frene/sim non permitteret se inungi, potest ligari: ꝛ sibi violenter dari. Astantibus autem infirmo debet credi, si perhibent testimonium quod petierit confessionez: ꝛ ostenderit signa contritionis. ¶ Si autem non est diu confessus: vel quia notorius peccator, incurrit subito amentiam: ꝛ mutitatem: vel infirmitatem: nec prius: nec post ostendit signa contritionis, nil ei dari debet: nec sacramenta, nec ecclesiastica sepultura. Si vero nec loquelam amisit, nec amẽ/tiam incurrit: debet ab eo exigi pura confessio peccatorum, plus vel minus, secundum quod patitur tempus. Nam si est in extre/mis, de principalibus est interrogandum: permaxime inducen/do eum ad contritionem, cum spe venie. Sed si non est ita in ex/tremis, ꝛ vellet facere generalem confessionem de tota vita sua, sicut multi infirmi sancti fecerunt: quamuis non sit necessarium: de his, que rite alias confessus est iterare confessionem, admitten/da est: ꝛ tandem absolutio impendenda ab omni sententia excom/municationis: ꝛ ab omni peccatõ, modo supradicto in capitulo pre cedenti: ita tamen, quod si ligatus esset aliqua excommunicatio/ne, a qua confessor extra illud periculum non potuisset absoluere, debet ei iniungi: quod si euadat infirmitatem, quam citius com/mode potest, presentet se ei, ad quem ordinarie spectabat absolu/tio illius excommunicationis. Alias si faceret: reincideret in ean/dem excommunicationem. extra de sen. excõ. ca. eos. lib. 6. Sed si erat detentus aliquo peccato: de casibus episcopo reseruatis non oportet quod iniungat ei, quod post sanitatem ad episcopuz vadat pro absolutione: quia ad illud non tenetur, sed sufficit sibi prima absolutio. ¶ Nota tamen, quod si talis esset vsurarius publicus, non potest talis admitti ad confessionem, communionem, ꝛ ad alia sacramenta, nisi facta prius cautione de restitutione vsurarum: vel promissione ab heredibus de huiusmodi: in casu quo amisisset ipse loquelam, vel vsum rationis post signa contritionis secundum

formam

formam iuris: que habetur in cap. quamquam. de vsu. lib. 6. His peractis non est penitentia infirmo iniungenda, quia eam facere non posset, sed innotescenda: vt dicitur. 20. q. 7. ca. Ab infirmis declarando sic. Talez tibi darem penitentiam, si esses sanus: quamuis deberes facere multo maiorem secundum regulas ecclesie: sed quia non potes modo, cum eris sanus, facies hoc, vel illud: vel venies ad me, ⁊ tibi dabo. ¶ Istud tamen vltimum non videtur securum: quia raro reuertuntur pro penitentia. ¶ Si vero deus aliter de te disponeret: dimittas pro anima tua tantum pro penitentia. Potest etiam iniungi amicis, vel consanguineis aliquid pro penitentia: si vtrique acceptum: ⁊ si credatur: quod satisfaciens pro eo sit in statu gratie. Super omnia enim admonendus est, vt si debet aliquid alicui: vel ratione maleficij, vel contractus, vel depositi, vel aliter, declarat bene, vt non discedat cum alieno ab hoc seculo, ne in eternum damnetur. Et de restitutione ⁊ legatis ad pias causas, pro anima sua ita disponat: q̄ cito cogantur executores expedire, ⁊ non prolongare: sicut sepe ⁊ quotidie faciunt. Quod si nollet sufficienter disponere de restitutione facienda, non est absoluendus. ¶ Exhortandus est autem ad contritionem simul, ⁊ confidentiam diuine misericordie exemplo latronis, meritis passionis Christi. ¶ Si autem haberi non possit copia sacerdotis: quamuis bonum sit in huiusmodi periculis: in mari vz, bello, vel in infirmitate, vel morte violenta, laico poterit confiteri, tamen non est necessarium. Quod si fiat, ⁊ euadat: tenetur talis iterum de illis peccatis confiteri, quia non habebat ille claues ecclesie. ¶ Si vero infirmus non est in periculo mortis: si habet casum excommunicationis, vel peccata reseruata episcopo, debet confessor ire vel mittere ad episcopum si potest, pro authoritate huiusmodi tamen modo tali, q̄ non prodat peccatorem: nisi prius ille sibi dederit licentiam nominandi eum. Hec ille.

¶ Explicit tractatus tertius prime partis libri sacerdotalis.

¶ Tractatus quartus prime partis libri sacerdotalis de sacramento eucharistie. ¶ Que continea[n]tur in hoc tractatu. Cap. i.

Sacramentu[m] eucharistie: que bona gratia dicitur. i. q. i. c. multi. In quo veraciter continentur corpus, sanguis, anima, & diuinitas domini nostri Jesu Christi sub speciebus panis & vini: quod ab eo institutum est: ob memoriam sue sacratissime passionis: a solis sacerdotibus summa cum diligentia est consecrandum, pari reuerentia christicolis dispensandum, & fideli custodia seruandum. Et quia primum & maximum sacerdotis officium est corpus & sanguinem Christi in hoc sacramento consecrare, quod fit in misse celebratione. Ideo primum de ipsa dicemus: postmodum de alijs: secundum hunc ordinem, videlicet, quia videbimus primo.

Materiam huius sacramenti.
Formam huius sacramenti.
Ministrum huius sacramenti.
Effectus huius sacramenti.
Locum idoneum ad celebrandum.
Tempus conueniens celebrationi.
Quoties in die quis possit celebrare.
Ordinem & ritum celebrandi.
Quibus hoc sacrum sit dandum: & quibus non.
Ordinem communicandi populum in ecclesia.
Ordo communicandi infirmum.
Quod diligenter sit custodiendu[m] hoc sacramentu[m].
Penitentia male custodientis.
Casus co[n]cessi & p[ro]hibiti t[em]p[o]re interdicti ecclesiastici.

¶ Que sit materia huius sacrameti. Ca. ii.

Materia huius sacrame[n]ti est panis triticeus ex farina frumenti: cu[m] aqua elementari & naturali confectus. De co[n]se. dist. ii. ca. in sacramento. Et debet e[ss]e azymus: quia christus in azymo sacramentu[m] co[n]fecit, & co[n]secrauit. Et etiam vsus sancte Romane ecclesie, que initium & institutionem a beato Petro apostolo habuit sic obseruat: & sic mandat obseruari. Siquis in fermentato pane consecraret in ecclesia latina: debet deponi. De celebra. mis. ca. literas. Rationabiliter

autem

autem sacramentum ex pane triticeo.i.frumenti,cõficitur:qa christus,qui in eo sacramentaliter continetur,appellat se granum frumenti. Joan.12. Nisi granuz frumenti ꝛc. De celebra. mis.ca.vlt. ꝛ supradicto ca.in sacramento. ¶ Materia calicis est vinum de vite, quia sanguis christi confici non potest nisi de vino vitis.eo. ca.in sacramento. De consecra. dist. 2. ꝛ.ca. in summa. Ibidem. De summa trinita. ca.1. de celebra.mis. ca. cum marthe. ꝛ ca.vlt. Et conuenienter conficitur sanguis christi ex vino vitis:quia christus se veram vitem appellauit. Joan.15. ¶ Ex concilio Carthaginensi. Cap.27. In sacrificiis corporis ꝛ sanguinis domini nihil amplius offeratur quam quod ipse dñs dicit. Hic est panis, ꝛ vinum in aqua mistum. Nec amplius in primitiis offerat deo, vino ꝛ frumento. De consecra.dist.2.in sacramento.ꝛ ca.in summa. de celebr.mis.ca.vlt.ꝛ ca.cum marthe.de sum.trini. ca. 1. Dicitur ergo,quod materia panis debet esse ex tritico.i.ex frumento:nõ aũt in pane de spelta,siligine,milio,hordeo, vel alio quocũqz grano: nec etiam ex pasta,sed pane cocto. Similiter materia vini non potest esse ex aceto, vel agresta, aut vino corrupto, vel nimis acetoso: aut ex vino granatorum, seu quorumcunque pomorum sed solum de vino vitis. In musto potest confici si est depuratum. ¶ Ex concilio Florentino sub domino Eugenio papa.4. Tertium est eucharistie sacramentuz:cuius materia est panis triticus, ꝛ vinum de vite. Cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet ꝛc. Aqua vero, que in calice vino miscetur, debet esse in modica quantitate:qꝛ eam in vinum conuerti oportet. Et hec aqua vino miscetur propter significationẽ:qꝛ vinũ christum significat:ꝛ aqua populum. Apponitur autem aqua vino, tum quia christus sacramentuz suuz in vino aqua misto consecrauit, vt dicit Damascenus lib.4.ꝛ quia ex latere eius exiuit sanguis ꝛ aqua: ꝛ etiam qꝛ ecclesia id statuit ꝛ pͤcepit. De cõsecr.dist.2.cuz oẽ.ꝛ.ca.1. Et licet nouerit sacerdos aquam fuisse in doliũ positã, tamẽ propter significationem debet aquam in calicem mittere.qͣuis aqua non sit de necessitate sacramenti,quia si consecraretur vinum sine aqua,esset sacramentum: tamen omittens peccat grauiter, si scienter omittit. De consec.dist.2. cap.calix. De celebra.mis.ca. cum marthe.ꝛ ca.scriptura. De consecr.dist.2. Potest autem sacerdos omnem quantitatem panis ꝛ vini ante se positã in altari consecrare. hec omnia ex sancto Tho. ꝛ ceteris theologis excerpta sunt ex.4. senten. ¶ Forma sacramenti eucharistie que sit. Cap. 3. Tertia parte ex quarto sententiarum.

F Orma huius sacramenti sunt verba christi, a sacerdote cum intentione consecrandi prolata, que sunt. Hoc est enim corpus meum, in consecratione panis: ꝛ hic est enim calix sanguinis mei noui ꝛ eterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis ꝛ pro multis effundetur in remissione peccatoꝝ: i cõsecratione vini. Matth. 26. Mar. 13. Luce. 22. ꝛ de consecr. dist. 2. ca. q̄ corpus: ꝛ ca. vtrum. ꝛ. ca. accipite. ¶ Ex concilio Florentino predicto. Forma huius sacramenti sunt verba saluatoris: quibus hoc confecit sacramentuꝫ. Naꝫ ipsorum verborũ virtute substantia panis in corpus christi, ꝛ substantia vini in sanguinem conuertuntur: ita tamen quod totus christus continetur sub specie panis, ꝛ totus sub specie vini ꝛc. Et licet ista dictio, enim, nõ sit de necessitate forme sacramenti, tamẽ scienter eam omittens, peccat mortaliter. Unde tota forma predicta tã panis, quã vini, integre ꝓferenda est: nõ obstante opinione aliquoꝛuꝫ doctoꝛuꝫ: q dicũt, q̄ forma consecrationis sanguinis est ista sola. Hic est enim calix sanguinis mei. Sed securius est secũduꝫ sanctum Thomam ꝛ Scotum, totam dicere. Habuit enim ecclesia Romana, que vtitur tota hac forma, eam a beato Petro apostolo: qui creditur eam docuisse sicut Christus eam protulit. Et licet euangeliste non ponant eam sic formaliter, sicut dicitur in missa, non est multum contrarium: q̄m ipsi non intendebant tradere formam consecrationis, sed solum narrare rem gestam. Quia vero christus multa dixit ꝛ fecit, que nullus euangelista scripsit: ecclesia declarauit hanc formam a Christo fuisse traditam: quam nullus euangelista integram tradidit. Nõ solum verba forme non sunt pretermittenda, sed nec etiam alia verba canonis misse: quia ecclesia ea connexuit in toto canone: alias omittens ea grauiter peccaret. Dicit sanctus Thomas: quod forma predicta vtens pronomine demonstratiuo, ostendit q̄ materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos qui est in domo, non potest consecrare panem vel vinum qui est in altari, aut in foro, aut totum vinum: quod est in cellario. Si predicte forme in aliquo mutarentur, aut si sub alijs verbis, que idem significarent: aut aliquid de eis diminueretur: nihil fieret. Similiter siquid adderetur bona intentione, sicut. Hoc est enim corpus meum sanctissimum: grauiter peccaret in singulis predictis. ¶ De ministro huius sacramenti. Cap. 4.

M Inister huius sacramenti est solus sacerdos rite ordinatus, habens intentionem consecrandi: sicut christus consecra-

nit indutus omnibus sacris vestibus sacerdotalibus: ꝛ cui non est prohibitum celebrare potest ꝛ debet celebrare, ꝛ hoc sacramentum conficere ꝛ consecrare. ¶ Et notanter ponitur, potest ꝛ debet, qꝛ hereticus, schismaticus, excommunicatus, interdictus, ꝛ degradatus, non debent celebrare missam: tamen si celebrant conficiunt veraciter corpus christi. ¶ Et dicitur rite ordinatus ille, qui in ordinatione sua habuit omnia substantialia ad suam ordinationem statuta: puta vnctionem manuum, acceptionem calicis cum patena cum hostia ꝛ vino: ꝛ alia que sunt de substantia ordinis. 25. dist. ca. perlectis. ꝛ de sūma trini. ca. firmiter. §. vna. ¶ Habens intentioné consecrandi, sicut christus cōsecrauit. Ubi notandum, quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri: qua intendat facere in consecratione quod christus fecit. Et non est necessaria intentio actualis, sed sufficit virtualis: puta si accedens ad altare habet intentionem celebrandi ꝛ consecrandi: sed postea suspenditur eius intentio per aliam superuenientez cogitationē, ꝛ tunc ex virtute prime intentionis vere cōficit. Hec .s. Tho. ꝛ Scotus. ¶ Sine peccato mortali. Ille dicitur sine peccato mortali: qui non est notorius peccator: puta hereticus, schismaticus, cōcubinarius, excommunicatus: quia talibus implicitus est in peccato mortali: ideo non debet celebrare: ꝛ non soluz ipse: sed etiaz omnes qui audiunt sciēter missaz eius, si est cōuictus vel cōdēnatus, peccāt secūdū Theo. 31. dist. ca. nullus. de cohabita. cle. ꝛ mu. ca. vestra. ſm glo. ꝛ ca. quesituz. Si aūt commisit aliquod pctm̄ mortale, de quo non recordatur, aut nō habet copiam cōfessoris: ꝛ imminet sibi necessitas celebrandi: puta qa est curatus, vel est dies festus: vel necessitas infirmi cōmunicādi: qꝛ nō habebat hostiā cōsecratam, ꝛ habet ꝓpositū si recordaret illius peccati, ꝙ ipsuz cōfiteretur, si haberet copiam confessoris: ꝛ interim conteritur ꝛ penitet: ꝛ est in proposito cōfitēdi: absoluitur ꝑ summum pontificē christum: ꝛ potest celebrare: ꝛ postea debet ꝯfiteri sacerdoti, qñ habebit copiam eius. Qui quidem sacerdos ante celebrationē semper debet esse ieiunus. 7. q. 1. cap. nihil. De consecra. dist. 2. cap. siquidē Hec omnia ex sacris Theologis sunt excerpta. Uide de hoc. Constitutionem ꝯcilij Florentini sub Eugenio pape. 4. q̄ incipit. Exultate deo. De ministro vide alia inferius in cap. de dispensatione sacramenti facienda per curatum. ¶ Sacerdos mutilatus, vel notabiliter monstruosus, aut horribili infirmitate detentus: puta lepra, vel morbo gallico deformabiliter corrosus: ꝓpter

scandalum pusillorum non debet celebrare: leprosus tamen inter leprosos in loco priuato potest celebrare secundum .s. Thomam. ¶ Epilepticus etiam durante infirmitate ⁊ per annum post: non potest celebrare.33.dist.ca.communi ⁊ glo. ¶ Demoniacus etiam ante plenam liberationem celebrare non potest: eodem ca.com/ muni. Sacerdotes etiam ordinati: tam curati, quam non curati: si temporibus debitis: ⁊ habita opportunitate non celebrant,pec/ cant:qꝛ ipsis indistincte preceptum est. Hoc facite in meam com/ memorationem. ¶ Nullus etiam presumat celebrare: nisi duo/ bus presentibus ⁊ respondentibus. Alij autem dicunt quod vnus sufficit.7.q.1.illud. extra de fil. presby. proposuit. De vi.⁊ bono. cleri.ca. vnusquisqꝫ.⁊ ita cōiter in ecclesia seruatur. ¶ Inclusus vbi non est copia clericoꝝ,solus celebrare potest:⁊ non alias. De verb.signifi.ca.quesiuit. Nulla mulier ad altare presumat acce dere: aut presbytero ministrare. De coha.cle.⁊ mulie.c.1.§.vlt. ¶ Non debet etiam sacerdos celebrare sine licentia. De celeb. missarum.ca.vlt. vt impleatur figura. Leuitici.6. Ignis in altari meo semper ardebit. ¶ De effectu huius sacramenti. Cap.5.

Effectus huius sacramenti est multiplex ipsum digne su/ mentibus. Nam fortificat mentem contra vitia: virtutes auget: delet venialia: confert gratiam: ⁊ fortius vnit membra capiti, id est bonos christianos Christo: ⁊ future glorie nobis pignus datur. Unde versus.

Inflammat,memorat,sustentat,roborat,auget
Hostia spem,purgat,reficit,vitam dat,⁊ vnit.
Confirmatqꝫ fidem:minuit fomitem atqꝫ remittit.
Roborat: augmentat hoc sacrum: delet ⁊ vnit. ¶ Ex concilio Florentino predicto. Huius sacri effectus: quem in anima ope/ ratur digne sumentis, est adunatio hominis ad christum. Et qꝛ per gratiam homo christo incorporatur, ⁊ membris eius vnitur: consequens est,quod per hoc sacramentū in sumētibus digne gra tia augeatur,omnemqꝫ effectum:quem materialis cibus ⁊ potus, quo ad vitam agunt corporalem sustentandam: augendo, repa/ rando,⁊ delectando:sacramentum hoc quo ad vitam operatur spi ritualem. In quo, vt inquit Urbanus papa, gratam saluatoris nostri recensemus memoriam,a malo retrahimur,confortamur in bono:⁊ ad virtutum ⁊ gratiarum proficimus incrementum. Hec ibi. Et preclarissimus doctor.s.Tho. Corpus christi est medicina egrotis:dieta peregrinantibus:debiles confortat:valentes dele/ ctat:

ctat: languorem sanat: sanitatem seruat: fit homo mansuetior ad correctionem: patientior ad laborem: ad amorem ardentior: sa/gatior ad cautelam: ad obedientiam promptior: ad gratiaruz actio nem deuotior. Et dicitur hoc sacramentum viaticū: quia sicut via/tor sine cibo ambulare non potest, ita sine hoc sacramento homo adultus non potest rite ambulare ad paradisuz. De peni. et remis. cap. quod ante. 26. q. 5. cap. siquis de corpore. et cap. qui recedunt.

¶ Quis locus idoneus sit ad misse celebrationem. Cap. 6.

LOcus, in quo missa est celebranda, debet esse sanctificatus vt est ecclesia regulariter: nisi occurrerit casus necessitatis. De consec. dist. 1. nullus. ¶ Ex concilio Tiburiensi. Cap. 4. Missarum solemnia non vbiqz, sed in locis ab episcopo consecra tis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Concedi/mus etiam vt sicubi: quod nostris peccatis exigentibus perpluri/muz est factum a normanis et a sclauis: et ab vngaris: et a malis chri stianis: seu alio qualicunqz modo ecclesie fuerint incense et com/buste, in capellis cum tabula consecrata missas interim celebrare permittimus: donec ipse ecclesie restaurari queant. In itinere ve/ro positis, si ecclesia defuerit, vt sub diuo, siue in tentorijs sit tabu/la altaris consecrata: ceteraqz sacra mysteria ad id officium perti/nentia affuerint: missarum solennia celebrare concedimus. Ali/ter omnino interdicimus. Hec ibi. Et his casibus exceptis, non licet nisi ex speciali priuilegio celebrare in loco non sacro, sine li/centia episcopi loci illius. De conse. dist. 1. ca. missarum. Qui ta/men hoc concedere non debet, nisi adsit rationabilis et legitima causa. Potest etiam missa celebrari extra ecclesiam: vbi aliquibus temporibus magna popali cōfluit multitudo: vel propter aliquod festum: vel missam nouam: vel predicatorem insignem: quem ma/gnus populus sequitur: et ecclesia est parua: in platea munda et ho nesta super altari portatili, prouiso quod puluis aut flatus ad alta/re non possint peruenire. Idem dicenduz est de camera, vel aula, aut alio loco honesto et apto, in quo ex priuilegio domini pape vel de licentia episcopi potest celebrari. De conse. dist. 1. ca. missarum. Et debet esse sacerdos paratus cum omnibus paramentis requi sitis: et altari consecrato saltim portatili, cum calice consecrato: et duobus pallis seu linteaminibus et corporali consecratis: et de pu/ro lineo confectis. De conse. dist. 1. cōsulo. et ca. vestimēta. Nō de/bet etiam sacerdos celebrare in mari, vel in ecclesia polluta sangui ne vel semine: donec fuerit reconciliata: nec etiam in cimiterio ec/

dotum: ⁊ oportet ipsum vtriusque seruire: potest successiue primo vni: ⁊ postmodum alteri celebrando satisfacere. Item in die resurrectionis domini: vbi vnicus est sacerdos in ecclesia: ⁊ tanta populi multitudo, quod omnes non possunt interesse vni misse: potest iterum celebrare. Item si sacerdos vnius ecclesie infirmaretur, potest sacerdos vicine ecclesie diebus festis pro eo missam celebrare: ⁊ etiam ecclesie sue non deficere. Et videntur isti duo vltimi casus necessitatis: ideo a pluribus conceduntur: sed quia nihil de his auctenticum inuenitur, maiorum iudicio est relinquendum. Quocunque autem casu sacerdos pluries in die celebrauerit, in qualibet missa debet corpus ⁊ sanguinem domini sumere: ⁊ omnes perfusiones calicis vsque in finem vltime misse in aliquo calice seu vase mundo ⁊ honesto ponere: ⁊ in fine vltime misse recipere. De celebra. missa. ca. consuluisti. in glo. ⁊ ca. ex parte. Item sacerdos debet omni tempore postquam sanguinem domini susceperit, calicem vino perfundere ⁊ sumere in eo. cap. ex parte. ¶ Omni die excepto parasceue missa celebratur: ⁊ tunc non, quia eo die christus seipsum immolauit. Et cum missa sit figura passionis christi adueniente veritate figura debet cessare. Quod autem dicitur. De conse. dist. i. ca. sabbato biduo .s. parasceue: ⁊ sabbato sancto, non debent penitus sacra celebrari: secundum Archidiaconum dicitur quod missa que in sabbato sancto dicitur: est missa noctis dominice sequentis: ⁊ non sabbati: ⁊ ideo antiquitus ante horam vesperarum non solebat celebrari. ¶ De ordine ⁊ ritu celebrandi secundum consuetudinem sancte Romane ecclesie. Cap. 9.

Sacerdoti celebraturo, si digne celebrare intendit, infrascripte considerationes sunt habende. Videlicet.

Intentionis discussio. Ne { Propter vanā gl'iaz / Propter auaritiam / Propter verecūdiā / Propter timorem / Propter ꝯsuetudinē } Celebret.

Generalis contritio. Sup { Omissis q̄ fieri oportuit / Cōmissis q̄ fieri nō licuit / Cōsuetis ⁊ sepe cōfessis } Corde, ore, ⁊ opere.

Pura ⁊ vera confessio.s.	Notabilium Communium Ignoratorum	Criminum
Quid intendat consequi principaliter. An	Augmentum dilectionis Inseparabilitatē vnionis Accelerationem visionis	Dei
Quid intendat facere in missa, vtrum	Deum per lachrymas placare Mortē chri ⁊ charitatē memorare Totam ecclesiam adunare	Velit
In canone hec tria servanda sunt, scilicet	Diligentia ad cōficiēdum Reuerentia ad tangēdum Deuotio ad sumendum	Corpus Christi
Quia sunt ibi	Magna signis Maiora verbis Maxima intētione	Misse
Propter ptinētiā Tā	Excellentis corporis Excellentioris anime Excellētissime diuinitatis	Christi

℟. ¶ Siquis ad altare digne cupis celebrare,
Corpus prius absterge: sic mundior ad sacra perge.
In domini mensa quid tractes, sedule pensa.
Viuere siue mori confert, quod porrigis ori.
Aegris ⁊ sanis bona est refectio panis.
Sed christi panis non est sanus nisi sanis:
Indigne sumis, si non sumis reuerenter.
Vel non catholice, aut habens mortale scienter.

¶ Alij versus pulcherrimi ad idem.

Iram, odium, rixas, rancorem, pelle sacerdos:
Pelle inimicitias, pelleq; desidiam.
Casta placent superis, tu casto corpore casta
Mente deum tractes, sit procul atra lues.
Sit procul ⁊ luxus: sanctorum sancta sacerdos.
Dum petis: horrendum sit procul omne malum.

¶ Ordo

¶ Ordo misse compositus per Reverendum patrem dominum Joannem Brocardum olim magistrum cerimoniarum Sancte Romane Ecclesie: cum additione aliquarum deuotissimaruz orationum: et tractatu de defectibus in missa occurrentibus.

ORdo seruandus per sacerdotem in celebratione misse sine cantu et sine ministris secundum ritum sancte Romane ecclesie, et dici debet ex libro expedite non tamen nimis festinanter, et fieri omnia vt iacēt: nihil omisso, addito, aut ī eis mutato: vel de ipsis minuto. Et ordinē huiusmodi obseruāt etiam summus Pontifex: domini Cardinales, patriarche, archiepiscopi et episcopi, quādo nō celebrāt pōtificaliter, sed in priuato. Cum autez in pōtificalibus celebrant, obseruāt cerimonias in pontificali et cerimoniali positas. ¶ De confessione sacramentali ante missam premittenda et orationibus p̄paratorijs. Cap. 9.

SAcerdos missam celebraturus in primis ad minus matutinas: et primam horas canonicas dicat deuote: nisi statuto vel consuetudine ecclesie, aut alias habeat infra vel immediate post matutinas: ante horam primarum celebrare: quo casu poterit anteq̄ȝ primam dicat id peragere: et si in peccato mortali constitutum se cognouerit, ante confessionem sacr̄alē dicat hāc orationē.

SUscipe confessionem meam pijssime, ac clementissime domine Jesu Christe, vnica spes salutis aīe mee: et da mihi obsecro contritionem cordis, et lachrymas oculis meis: vt defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas, cum humilitate et puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine. Si iratus fueris contra me, quē adiutorē queraȝ? Quis miserebitur iniquitatibus meis? Memento dn̄e: qui chananeam et publicanuȝ vocasti ad penitentiā: et Petrū lachrymantē suscepisti: domine deus meus suscipe preces meas saluator mūdi Jesu bone: qui te crucis morti dedisti: vt peccatores saluares: respice me miserum inuocanteȝ nomen tuū, et noli sic attēdere malum meum: vt obliuiscaris bonum tuum. Et si cōmisi vnde me dā-

loquatur veritatem tantorum mysterior. Profunda sunt qppe ni/
mis: ⁊ sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam
concede mihi missarum solennia puro corde, ⁊ munda mente cele/
brare. Libera cor meum ab immundis ⁊ nefandis, vanis ⁊ noxijs
cogitationibus. Muni me queso beatorum angelorum pia ⁊ fida
tutela: atqz fortissima custodia, vt hostes omnium bonoruz confusi
discedant per virtutem tāti mysterij, ⁊ per manū sancti angeli tui,
repelle a me ⁊ a cunctis seruis tuis spurcissimum ⁊ nefandissi/
mun spiritum inanis glorie, iracundie, fornicationis, superbie, ⁊ ce
nodoxie, inuidie, auaritie, blasphemie, ⁊ immunditie, dubietatis, ⁊
diffidentie, vt tantum sacrificiuz cuz oi puritate valeā tibi offerre.
Confundantur qui me persquuntur. Pereant illi, qui pdere cun/
cta bona festinant. Rex virtutum, deus amator castitatis ⁊ integri/
tatis, celesti rore benedictionis tue extingue in corpore meo to
tum fomitez ardētis libidinis, vt maneat in me tenor totius castita
tis ⁊ integritatis aīe ⁊ corporis. Mortifica in membris meis car/
nis stimulos, omnesqz libidinosas commotiones, ⁊ da mihi veraz
⁊ perpetuam castitatis sctīmoniaz cum ceteris donis tuis, que tibi
placent in veritate, vt sacrificium laudis tue casto corpore, ⁊ mun/
do corde tibi valeam offerre. Quanta eniz cordis contritione, ⁊ la
chrymarum fonte, quanta reuerētia, timore, ⁊ tremore, quāta cor/
dis castitate, ⁊ anime puritate, illud diuinū ⁊ celeste sacrificiū est ce
lebrandum dñe, vbi caro tua in veritate sumitur, ⁊ sanguis tuus in
veritate bibitur, vbi ima summis iungūtur, vbi adest scōrum ange/
lorum pñtia, vbi tu es sacerdos ⁊ sacrificiuz mirabiliter ⁊ ineffabi/
liter. Quis digne hoc celebrare pōt, nisi tu ops deus offerentem
feceris dignū? Scio vero domine, ⁊ scio, ac idipsū bonitati tue cō/
fiteor, qꝫ nō sum dignus accedere ad tātum mysteriū, ppter nimia
peccata mea, ⁊ infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, ⁊
credo ex toto corde, ⁊ ore confiteor, qz tu me potes dignum facere,
qui solus potes facere mundum de inmundo conceptū semine, ⁊
de pctōribus iustos facis ⁊ sanctos. Per hanc oipotentiaz tuaz te
rogo, concede mihi pctōri hoc celeste sacrificium celebrare cum ti/
more ⁊ tremore, cum cordis puritate, ⁊ lachrymarum fonte, cum
spirituali letitia, ⁊ gaudio celesti. Sentiat mens mea dñe dulcedi
nem beatissime pñtie tue, ⁊ excubias sanctorꝫ angelorꝫ tuorum in
circuitu meo. Ego enim memor venerande passionis tue, acce/
do ad altare tuum, lz peccator, vt offeram tibi de donis tuis sacrifi/
cium, qd tu instituisti, ⁊ offerri tue maiestati precepisti in comme/

moratione tuam pro nostra salute. Suscipe ergo illud queso summe pastor pro ecclia tua sancta: pro populo tuo: quem acquisi/uisti sanguine tuo. Et quoniā me pctōrē inter te ⁊ eundē ppl'z tuū mediuz esse voluisti: lz in me boni opis testimoniū non agnoscas: officium saltē dispēsationis mihi credite nō recuses: ne p me indi/gnum famuluz tuū coꝝ salutis pereat pretiū, pro qbus victima fa/ctus, dignatus es esse redēptio salutaris. Profero ergo dn̄e si di/gneris ppitius intueri, tribulationes plebiuz, picula pplōꝝ, capti/uoꝝ gemitus, miserias orphanorum, necessitates peregrinoꝝ: ino/piam debilium: desperationes lāguētiū: defectus senū: suspiriū iu/uenū: vota virginuz: ⁊ lamēta viduaꝝ: tu eniz misereris oīuz dn̄e ⁊ nihil odisti eoꝝ, q̄ fecisti. Memorare domine que sit nr̄a substā/tia: qr tu pr̄ nr̄ es: tu deus nr̄ es: ne irascaris: neqz multitudinem viscerum tuoꝝ misericordie tue sup nos cōtineas. Nō in iustifica/tionib⁹ prosternimus preces ante faciē tuaz, sed in miserationib⁹ tuis multis. Aufer a nobis iniqtates nr̄as: ⁊ ignē scti spirit⁹ in no/bis clementer accēde. Aufer a nobis cor lapideū de carne nr̄a: ⁊ da nobis cor carneuz: quod te timeat, te amet, te diligat, in te dele/ctetur: te pfruatur: te sequat. Oramus dn̄e clemētiā tuā: vt sereno vultu familiam tuam sacri tui nois officia prestolantē aspicere di/gneris: ⁊ vt nullius sit irritum votum: nullius vacua postulatio: tu nobis preces suggere, quas ipse audire propitius, ⁊ exaudire de/lecteris. Rogamus te etiam pr̄ sctē: ⁊ pro aīabus oīum fideliū de/functoꝝ: vt sit illis salus eterna: perpetua sanitas: gaudium ⁊ refri gerium sempiternuz: hoc magnū puritatis sacr̄m: deus meus sit il lis hodie magnum ⁊ plenū conuiuiū: de te pane viuo: q de celo de/scendisti: ⁊ das vitaz mundo: de carne tua sctā ⁊ bn̄dicta: agni vz q tollit pctā mundi: que de sctō ⁊ gl'ioso vtero btē virginis Marie est assumpta: ⁊ de spū scō concepta: de illo pretioso sanguine tuo: qui pietatis fonte per lanceaz militis ex tuo sctissimo latere felici/ter emanauit: vt inde sanati, refrigerati, refecti ⁊ ꝯsolati, exultent in laude ⁊ gl'ia tua. Peto clementiam tuaz piissime redemptor: vt descēdat sup hunc panem ⁊ calicē istuz plenitudo diuinitatis tue. Descendat etiam dn̄e illa sancti spūs tui inuisibilis forma: ⁊ incō/prehensibilis maiestas: sicut quondam in hostijs patrum descen/debat: que ⁊ oblationes nostras: corpus ⁊ sanguinem tuum effi/ciat: ⁊ me indignum sacerdotem tuum doceat tantuz tractare my/sterium cum cordis puritate: ⁊ lachrymarum fonte: cum reueren/tia ⁊ tremore: ita vt placide ⁊ benigne suscipias sacrificium lau/

dis

dis de manibus meis: ad ſalutem omnium tam viuorum quam
fidelium defunctorum. Rogo te domine per ipſum ſacroſan/
ctum myſterium corporis ⁊ ſanguinis tui pretioſiſſimi: quo quo/
tidie in eccleſia tua ſancta paſcimur ⁊ potamur: abluimur ⁊ ſan/
ctificamur: atque vnius tue ſumme diuinitatis participes effi/
cimur: vt mihi concedas virtutes tuas ſanctas, quibus reple/
tus: bona conſcientia ad altare tuum accedam ita vt hec ſacramen/
ta celeſtia efficiantur mihi ſalus ⁊ vita. Tu enim dixiſti ore tuo
ſancto ⁊ benedicto, Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mun/
di vita: qui manducat me viuet propter me: ipſe manet in me: ⁊
ego in eo. Ego ſum panis viuus: qui de celo deſcendi: ſiquis
manducauerit: ex hoc pane viuet in eternum. Panis dulciſſime
ſana palatum cordis mei vt ſentiam ſuauitatem amoris tui. Sa/
na me domine ab omni languore: vt nullam preter te ſentiam
dulcedinem: nullum preter te queram amorem: nullam preter te
amen pulchritudinem. Panis candidiſſime: habens omne de/
lectamentum ⁊ omnem saporem ſuauitatis: qui nos de te ſem/
per reficis: ⁊ in te nunquam deficis: comedat te cor meum: ⁊ dul/
cedine ſapoiſr tui repleantur viſcera anime mee. Manducat
te angelus pleno ore: manducat te peregrinus homo pro modu/
lo ſuo: ne deficere poſſit in via: tali recreatus viatico. Panis ſan/
cte, panis viue, panis pulcherrime: panis munde: qui deſcen/
diſti de celo: ⁊ das vitam mundo: veni in cor meum: ⁊ mun/
da me ab omni inquinamento carnis ⁊ ſpiritus. Intra in ani/
mam meam: ſana ⁊ ſanctifica me interius ⁊ exterius. Eſto tu/
tamen ⁊ perpetua ſalus ⁊ protectio corporis ⁊ anime mee. Re/
pelle a me inſidiantes mihi hoſtes: recedant procul a potentia
preſentie tue: vt tua protectione foris ⁊ intus munitus: recto
tramite ad regnum tuum perueniam, vbi non myſterijs ſicut
in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videam. Amen.

¶ Sacerdos celebraturus lauat manus an̄ celebrationem. Ca. 10.

ORatione hm̄oi completa, vel etiam omiſſa, ſi eam dicere non
ſit diſpoſitus, ſacerdos induitur paramentis ſacerdotali/
bus in ſacriſtia: vel ante altare vbi eſt celebraturus, aut alio lo/
co ad hoc ordinato. Si hm̄oi paramenta eſt excepturus in ſacri
ſtia: vel alio loco ad hoc ordinato, lauat manus in loco deputa
to: ⁊ alia facit vt infra dicetur. Si autem eiſdē paramētis indui ve
lit ante altare in quo eſt celebraturus antequam aſcēdat ad ipſum
altare genuflectit in eius infimo gradu: ⁊ detecto capite iunctis

manibus ante pectus extensis et iunctis digitis, ita quod summitas digitorum humeros non transcendat: posito pollice dextro super sinistrum in modum crucis quod in omni iunctione manuum ante pect⁹ observatur. Uel si paramenta ipsa accepit in sacristia: vel alibi: ante quam ascendat ad altare: genuflexus corā eo, vt prefertur, secrete dicit. Introibo in domum tuam: in holocaustis reddam tibi vota mea. que distinxerunt labia mea. Surgit, ascendit ad altare: accipit missale: perquirit et perlegit missam: et ad commemorationem: et alia que est dicturus ordinat signa, ne in missa audientibus sit tediosus, sibi prouidet de ministro, qui ei in receptione paramentorum sacerdotalium et missa seruiat: ac vbi opus erit rūdeat: nisi prius talem habeat: vel sit in ecclesia ad hoc aliquis specialiter deputatus: vel ordinat⁹: lauat manus: ministro detecto capite ampullam aq̄ dextra manu tenēte: et aquā fūdente: et sinistra peluim submittēte: quod si non est peluis, apponit sinistram manum pedi ampulle: quā dextra manu retinet: vt ambab⁹ nudis manibus seruiat: quod et in alia lotione obseruat. Similr sumpto per celebrantē sacro eidē pro purificatione et ablutione vinum fundit in calicem nudis manib⁹ detecto capite vt premittitur id facit. Lotis manib⁹ sacerdos abstergit eas mappula ad hoc ibi ordinata. Antequam aūt manus lauet: vel cum eas lauat dicit secrete. Da domine virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam immundam: vt sine pollutione mentis et corporis, valeam tibi seruire. Amen. ¶ Que dicere sacerdos debeat quando paratur sacris vestibus. Cap. ii.

Deinde supra vestes cōes sive quotidianas, quibus cōiter vtitur: quarum exterior debet saltem talū sive collum pedis attingere: et super rochetū si est prelatus secularis: vel super pellicium si est religiosus: qui rocheto nō vtatur: aut ali⁹ sacerdos: et suppellicium cōmode possunt haberi. Alioquin etiā sine suppellicio calciat⁹ pedibus: paramentis sacerdotalibus se induit dicens ad singula singulas orōnes sequentes: ante quam paramenta ipsa accipiat. In primis accipit circa extremitates et cordulas hinc et inde amictum: quem in medio deosculatur: et ponit super caput: et mox declinat ad collū: et circumcirca vestium collaria tegit: ducit cordulā a sinistro latere pendentē sub brachiū sinistrum per dorsum circunducens: ad ventrem reducit: et ligat: prius dicens. Impone dñe capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus. Amen. Tū alba induitur manicā dextram brachio dextro: deinde sinistrā brachio sinistro imponens: ac alias ipsam albam corpori adaptans

prius

prius dicens. Dealba me dñe, et munda cor meũ, vt in sanguine agni dealbatus: gaudijs perfruar sempiternis. Amen. Eleuat ante et a lateribus hinc et inde albã, ac cingulo sibi per ministrũ a tergo porrecto se cingit dicens. Precinge me domine cingulo puritatis: et extingue in lumbis meis humorem libidinis. vt maneat in me virtus cõtinentie et castitatis. Amen. Minister eleuat albã supra cingulũ circũcirca, vt honeste dependeat, tegat vestes: et eius fimbrias diligenter aptat, vt ad latitudinẽ digiti vel circa: supra terrã equaliter fluat. Sacerdos accipit manipulum in brachium sinistrum dicens. Merear dñe portare manipulũ fletus et doloris: vt cum exaltatione recipiam mercedẽ laboris. Amen. Stolam ambabus manibus accipit, deosculatur eam in medio: imponit medium eius collo, et transuersando eam ante pectus in modum crucis, ducit partẽ a sinistro humero pẽdentẽ ad dextrã: et partem a dextro humero pendentẽ ad sinistrã: sicq̃ vtrãq̃ partẽ stole extremitatibus cinguli hincinde ipsi cingulo cõiungit dicẽs. Redde mihi domine obsecro stolam immortalitatis, quã pdidi in preuaricatione primi parentis: et quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium: merear tamen gaudium sempiternum. Amen. Induitur casula dicens. Domine qui dixisti iugum meum suaue est, et onus meum leue: fac vt illud portare sic valeã: quod cõsequar tuam gratiam. Amen. ¶ Sacerdos postquam est paratus potest dicere sequentes orationes. Cap. 12.

¶ Oratio sancti Thome de Aquino ad Deum patrem, dum sacerdos est accessurus ad altare. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: ecce accedo ad sacramentũ vnigeniti filij tui domini nr̃i Jesu chr̃i. Accedo inquam infirmus ad medicum vite: immundus ad fontem misericordie: cecus ad lumen claritatis eterne: pauper et egenus ad dñm celi et terre. Rogo ergo immẽse largitatis tue abũdantiam, quatenus meã curare digneris infirmitatẽ: lauare feditatem: illuminare cecitatẽ: ditare paupertatẽ: vestire nuditatẽ: vt panẽ angelorũ: regẽ regũ: et dñm dñantium: tanta suscipiã reuerentia et humilitate, tãta cõtritione et deuotione: tanta puritate et fide: tali pposito et intentione: sicut expedit saluti aĩe mee. Da q̃so mihi: dñici corporis et sanguinis non solũ suscipe sacr̃m: sed et̃ et rẽ et virtutem sacr̃i. O mitissime deus da mihi corpus vnigeniti filij tui domini nr̃i Jesu xp̃i: qd̃ traxit de v̄gine Maria sic suscipere, vt corpi suo mystico merear incorpari: et inter eius membra cõnumerari. O amantissime pr̃ cõcede mihi dile-

rtum filiū tuū: quē nūc velatū in via suscipe ppono: reuelata tandē facie perpetuo contēplari. Qui tecum. ¶ Ante cōionē apologia.

T Ompellit ministrandi officium hostia salutaris: populi pro delicto: terret cōscientia indebiti sacerdotij pro reatu. Si a me omniuʒ sacerdotū peripsema sacrificiū offeratur: pollute ɔscie crimen augetur. Si tū tue maiestati vniuerse carnis iudici non offertur, negligētie reatus conscribitur. Inter hec tue ops libramē pietatis imploro, cuius vltionis diem accusante conscia ptimesco. Ne indignum queso misericordia tua iudices, quē a tpe pnie nō excludis. Suspende securim: donec cultor vinee admoueat cophinum stercoris infructuose arboris ad radicem. Parce mihi domine clementissime penitēti, q dauid post lapsum clemēter ad veniam reuocasti, qui Petri misericors amare flentis lachrymas respexisti: qui latronē in crucis patibulo tanti facinoris reum diuina gratia illustrasti. Cui mox obtinuit cōfessio pspicue dei filiū: fides premium: pena veniā: lamenta gaudia sempiterna: dum confessor in cruce: possessor extitit paradisi post crucem. Sed qꝛ verba venia tue pietatis indigent: que indigni sacerdotis opa non cōmendant: saltēʒ astantium vota suscipe, vt ⁊ mihi suis apud te precibus veniam: ⁊ eorū meritis sacrificia nr̄oꝝ vulnerū salubriter nobis cōferant medicinā. Et quia ops pro oībus factus es hostia pro pctis: adsis nobis sctificatio in sacrificio pro delictis: xp̄e saluator mundi. Qui cum eterno p̄re ⁊ cum spū sctō viuis ⁊ regnas deus: p oīa scl'a seculoꝝ. Amen. ¶ Oratio ad beatissimā virginem Mariā.

O Mater pietatis ⁊ misericordie btissima virgo Maria: ego miser ⁊ indignus peccator ad te ɔfugio toto corde ⁊ affectu: ⁊ precor dulcissimam pietatem tuam, vt sicut dulcissimo filio tuo in cruce pendenti astitisti, ita ⁊ mihi misero peccatori ⁊ sacerdotibus omnibus hic ⁊ in tota sancta ecclesia ipsaʒ hodie offerentibꝰ clemēter assistere digneris, vt tua gr̄a adiuti dignā ⁊ acceptabilē hostiā in ɔspectu summe ⁊ indiuidue trinitatis offerre valeamus. Amē.

¶ Ad sanctum vel sanctam cuius eo die festū celebratur. Oratio.

O Sancte. N. vel sancta. N. ecce ego miser pctōr de tuis meritis confisus offero nūc sacratissimū sacr̄m corporis ⁊ sanguinis dn̄i nostri Jesu xp̄i pro tuo honore ⁊ gloria, precor te humiliter ⁊ deuote: vt pro tuo me hodie intercedere digneris, vt tantū sacrificiū digne ⁊ acceptabiliter offerre valeā, ⁊ eum tecū, ⁊ cum oībus electis eius eternaliter laudare ⁊ cum eo regnare valeam. Amē.

Suprascripte orationes nō ex pcepto, sed ex deuotione [illegible]. P o/

 terit

terit etiã sacerdos his orõnibus deuissis dũ separat dicere psal. **Miserere mei deus.** vsqz in finem, cũ **Gloria patri.** aut aliũ psalmũz conuenientẽ. ¶ Sacerdos qualiter ad altare accedere dz. Ca. 13.

SIc omnib⁹ paramẽtis indutus sacerdos: si illis in sacristia: vel alio loco ab altari: in quo est celebraturus distanti: indutus est: accipit manu sinistra calicem cum patena simul ligata: que debent esse de auro: vel argẽto: aut de stãno: nec debet esse rupta ita quod amiserint formã: ⁊ desup ponit bursam cũz corporali: ⁊ palla: que debẽt esse de puro pãno lineo: nõ de panno intincto: aut de serico: ⁊ bursam ipsam ne cadat manu dextra tenens coopto capite accedit ad altare: ministro cum missali, cussino, ampullis vini ⁊ aque: hostiaria cum hostijs, candelis ⁊ intorticio mortuis, seu nõ ardentibus, ipsũz precedẽte, vbi ante infimũ gradũ stans sacerdos caput altari seu imagini crucifixi desuper posite pfunde inclinans, debitã ei reuerentiam facit, tum ascendit ad mediũ altaris, vel si paramẽta ante altare huiusmodi accepit, ibidem explicat corporale collocat cum patena versus cornu epistole, ac hostiam super patenã reponit ⁊ palla cooperit. Si est cõsecraturus vnam vel plures hostias pro cõione vnius vel plurium illa die dispensandas, aut pro alijs diebus reseruandas et ponit illã vel illas sup patenam sub hostia pro se parata, si ille commode sup patena stare pñt, alioquin locat eas sup corporale ad dextrã ppe, vbi post offertorium calix erit locãdus, hoc est ad sinistraz sui celebrantis. aut in aliquo calice vel vase mundo cõsecrato ponit eas retro locum, vbi calix misse erit locandus, ⁊ alia patena cooperit, cõspicit tobaleas siue mappas super altare positas (que debẽt esse tres) an sint oẽs, ⁊ si qua deficit faciat eam apportari, ⁊ sup altare extẽdi, interiz minister accẽdit candelas, ⁊ apponit candelabris hincinde sup altare positis. Si altare non est cõsecratum, hr̃e debet altare portatile desup in medio positum. Aduertat sacerdos an lapis in ipso altari portatili consecratus sit longitudinis vnius palmi, ⁊ latitudinis ad minus medij palmi vel circa, hoc est tante quãtitatis quod possit commode desuper poni calix ⁊ hostia distantia competenti, q̃ si lapis ipse illius quantitatis non est, nullaterus celebret super eo.

¶ Qualiter sacerdos missam incipiat. Capitulum. 14.

SAcerdos premissis expletis, stans ante mediuz altaris manibus eleuatis ⁊ iunctis ante pectus, poterit dicere sequentẽ orationẽ beati Gregorij pape, que scripta est aureis litis in eius missali, quod conseruatur in bibliotheca scẽ Romane ecclie. Oro.

FActurus memoriam ſalutaris hoſtie totius mundi: cū illius dignitatem: ⁊ meam intueor feditatē: ꝯſcia torqueor pctōꝝ. Uez qꝛ tu deꝰ multū miſericors es: imploro vt digneris mihi dare ſpm̄ ꝯtribulatū: quod tibi gratū ſacrificiū reuelaſti: vt eo purificatus vitali hoſtie pias manus admoueā: q̄ oīa mea pctā abluat: ⁊ ea deinceps in ꝑpetuum mihi vitādi cautelā infūdat: oībuſqꝫ pro qbꝰ tibi offert̄ p̄ntis ⁊ future ſalutis commercia largiaris. Per d.

Tum deſcendit ad infimum gradū altaris iūctis manibus ante pectus detecto capite. Et ſi eſt celebraturus coram ſummo Pontifice, aut Cardinale, vel Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Ep̄o in eorum reſidentijs: vel loco iuriſdictionis eoꝝ, facit prius ei, corā quo ex p̄dictis eſt celebraturus reuerentiā ꝯuenientē: ⁊ mox ad altare ſe ꝯuertit. Aut ſi non eſt corā aliquo p̄miſſoꝝ celebraturus: q̄ꝫ primum ad infimum gradū deſcendit de altari ꝯuertit ſe ad ipſū altare: vbi eodem modo ſtans: p̄ducens manu dextra a fronte ad pectus ſignū crucis: ſiniſtram ponit infra pectus. In alijs bn̄dictionibus: cū eſt in altari: ponit eā ſup altare: vel ſi aliqñ manica albe eum impedit: retinet ipſa manu ſiniſtra manicā huiuſmodi brachij dextri. Cum ſibipſi benedicit, vertit ad ſe palmā manus dextre: ⁊ omnibus illius digitis iunctis ⁊ extenſis a frōte, quā tangit ad pectus: ac ab humero ſiniſtro ad humerum dextrū ſignū crucis format. Si vero alijs: vel rem aliquā benedicit, paruū digitū vertit ei cui benedicit: ac benedicendo totā manū dexterā extēdit: oībꝰ illius digitis pariter iunctis ⁊ extenſis q̄ in oī benedictione obſeruatur: dicit itelligibili voce. In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpūs ſācti. Amē. Et poſtquā id dixerit nō debet aduertere quecūqꝫ in alio altari celebrante: etiam ſi ſacramentū eleuet, ſed ꝯtinuate pſequi miſſam ſuā vſqꝫ in finē. Iūgit manus ante pectus dicēs ſili voce.

℣. Introibo ad altare dei. Miniſter ad eius ſiniſtram aliquantulum tamen retro genuflexus reſpondet. Ad deum qui letificat iuuentutem meam. Qui interſunt quoque miſſe huiuſmodi que legitur, genuflectere debent a principio vſqꝫ ad benedictionem poſt eius finem per celebrantem datam: excepto cum Euāgeliū legitur: ad quod ſtare debent attenti. In miſſa vero, que cantatur, ſi eſt de dn̄ica: vel de feſto: aut de feria inter Paſcha ⁊ feſtum ſancte trinitatis: genua flectunt ad confeſſionem. Qua finita ſtant vſqꝫ ad adorationem ſacramenti: cū celebrans illud oſtēdit populo adorandum. Qua adoratione facta ſurgūt ſtātes vſqꝫ ad finem miſſe. Si autem miſſa ipſa cantat̄ pro defunctis: vel de feria extra

tempus Paschale predictum: genuflectunt usqz ad finē confessio/nis: ⁊ ad oṙones ante Epistolam, ⁊ in quadragesima ad ultimum versum Tractus. Domine nō sm̄ peccata nostra ⁊c. ⁊ a dicto per celebrantem Sanctus ⁊c. quousqz missa cōpleatur, ad oēs alias partes misse stare debent: nisi esset locus conueniens sedendi: ⁊ tunc possent sedere in missa, que cātatur a dicto Kyrie eleison ⁊c. per celebrantem usqz ad Gloria in excelsis deo. ⁊ ab illo per eundem dicto usqz ad Dominus vobiscum. Ante orationes: ⁊ ad epistolam: ⁊ quousqz dicatur. Dominus vobiscum. pro Euangelio a dicto Credo in unum deum. per celebrantem, quousque dicat Dominus vobiscum. ante offertorium, ⁊ a dicto per eundē offer/torio quousqz incipiat prefationem, ⁊ a purificatione celebrantis quousqz dicat. Dominus vobiscum. ante ⁊ post communiones. Ad verba autem Et incarnatus est. usque Et homo factus est. inclusiue in Credo in unum deum. ⁊ in Euangelio Joannis. Et verbum caro factū est. ⁊ in Euangelio Matthei quod i Epi/phania domini habetur. Et procidentes adorauerunt eum. in omni missa, qua dicuntur genuflectitur, nec debeat alia officia vel alias orationes dicere: etiam si celebrantem, vel latinuz non intel/ligat: sed deuote attendere celebrantem: ⁊ intentionem suam diri/gere ad ea, que dicit ⁊ facit celebrans, ⁊ in animo simul cum eo offerre, supplicare, ⁊ orare, que ipse celebrans offert: supplicat ⁊ orat: excepto tp̄e adorationis sacramenti, ⁊ infra canonem dum celebrans secrete orat: quo tempore licet specialiter orare: ⁊ se ⁊ quos quis voluerit deo commendare. Celebrans prosequitur.

Iudica me deus: ⁊ discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo ⁊ doloso erue me. Minister ⁊ qui intersunt dicūt singulos alios siue secūdarios versus: ⁊ ad alia ut infra ponitur rn̄dent. Quia tu es deus meus fortitudo mea: quare me repulisti ⁊ quare tristis incedo, dum affligit me inimi/cus? Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam: ipsa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem sanctum tuum, ⁊ in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuētutem meam. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es ani/ma mea: ⁊ quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus. Celebrans in/clinat caput deo dicens. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper, ⁊ in secula seculorum amen. ℣. Introibo ad altare dei. ℟. Ad deum qui letificat

iuuentutem meam. Celebrans manu dextra producit a fronte ad pectus signum Crucis dicens. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. Celebrans caput humiliter deo inclinat dicens. Confiteor deo omnipotēti, beate Marie semper virgi: beato Michaeli archangelo: beato Joanni baptiste: sanctis apostolis Petro et Paulo: et omnibus sanctis, et vobis fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, et opere: Manu dextra percutit pectum suum interim dicens mea culpa: mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem: beatum Michaelem archangelum: beatum Joannem baptistam, sanctos apostolos Petrum et Paulum: et omnes sanctos, et vos fratres orare ꝑ me ad dominum deum nostrum. Si est coram summo Pontifice, aut Cardinale: in ecclesia vel loco sui tituli seu Cardinalatus: aut Legato sedis apostolice, vel Patriarcha, Archiepiscopo, seu Episcopo, in eorum prouincia, ciuitate, vel diocesi constitutis, non alias, stat coram altare remotius aliquantulum versum ipsum summum Pontificem, Cardinalem, Legatum, vel Patriarchā, Archiepiscopū, vel Episcopū, et omissa confessione predicta dicit sequentē. Confiteor deo omnipotenti, beate Marie semper virgini, beato Michaeli archangelo, beato Joanni baptiste, sanctis apostolis Petro et Paulo, et omnibus sanctis, et vobis pater, et fratres quia peccaui nimis cogitatione, verbo et opere: Manu dextra percutit pectus suum interim dicens. mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem: beatum Michaelem archangelum, beatum Joannē baptistam: sanctos apostolos Petrum et Paulum, omnes sanctos, et vos pater et fratres orare pro me ad dominum deum nostrum. Summus Pontifex, Cardinalis, Legatus, Patriarcha, Archiepiscopus, vel Eps ac minister et qui intersunt genuflexi dicunt. Misereatur tui oīpotens deus: et dimissis omnibus peccatis tuis: perducat te ad vitam eternā. ℟. Amen. Subsequēter dicunt hec genuflexi celebrāte se erigēte. Confiteor deo oīpotēti, beate Marie semper virgini: beato Michaeli archāgelo: beato Joanni baptiste: sanctis apostolis Petro et Paulo, et oībus sanctis, et tibi pater qꝛ peccaui nimis cogitatiōe, verbo, et opere. Manu dextra percutiunt pectus suū interim dicētes mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatā Mariā semper virginē: beatū Michaelē archāgelū: beatū Joānē baptistā, sanctos aplos Petrū et Paulū, oēs scōs, et te pr̄ orare

pro me

pro me ad dominum deũ nr̃m. Rñdet celebrans. Misereatur vr̃i oı̃ps deus: et dimissis oı̃bus pctis vr̃is: pducat vos ad vitam eternam. ℟. Amen. Celebrans pducens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis dicit. Indulgentiam absolutionem et remissionem omnium peccatorum nostrorũ tribuat nobis omnipotens et misericors dominus. ℟. Amen. Celebrans stans capite inclinato dicit. ℣. Deus tu conuersus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua letabitur in te. ℣. Ostende nobis domine misericordiã tuã. ℟. Et salutare tuũ da nobis. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Et dicit secrete celebrans:

Aufer a nobis quesumus domine cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Que dici debent per sacerdotem plane et que ante. Cap. 15.

Predicta omnia celebrãti ordinata: excepto Aufer a nob. etc. dici debent per eum intelligibili voce ita q ab his, qui intersunt misse intelligibilr audiantur. Silr et itroitus cũ suo psalmo et Gloria patri. Kyrie eleison. Gloria in excelsis deo etc. Dñs vobiscum. Oremus. Flectamus genua: leuate. Orationes. Prophete. Epistola. Graduale. Alleluia. Tractatus cum suis versibus. Euangelium. Credo. Dñs vobiscum. Offertoriũ. Orate fratres. Per omnia secula seculorũ. Prefatio. Sanctus etc. Nobis quoqz peccatorib⁹. Per oı̃a scl'a sclorum. Pax dñi etc. Agnus dei etc. Pax tecum. Dñe non sum dignus. Communio. Dñs vobiscũ. Orem⁹. Post comuniones. Humiliate capita vestra deo. Dominus vobiscũ. Ite missa est. Benedicam⁹ dño. Requiescãt ĩ pace. Benedicat vos etc. Oı̃a alia, que in missa dicũr, dici debent secrete: ita q a circũstãtib⁹ seu his, q intersunt misse nõ audiantur.

¶ Dicta confessione qualr sacerdos missam psequatur. Cap. 16.

Dicto Aufer a nobis etc. celebrans ascendit ad mediũ altaris: corã eo stans capite inclinato, manibus iunctis super altare positis: posito pollice dextro super sinistrum. que ita super altare ponuntur: q digiti parui dũtaxat frontem seu medium anterioris partis tabule seu mense altaris tangant: residuo manuũ inter altare et se retento: quod semp obseruatur cum manus vincte super altare ponũtur: secrete dicit. Oramus te domine vt per merita sanctorũ tuorũ: quorũ reliquie hic sunt: et omnium sanctorũ: indulgere digneris omnia peccata mea. Amen. Osculatur alta-

re in medio manibus extensis hinc & inde sup ipsum altare posi-tis: quod in omni deosculatione altaris ante consecrationē sacra-menti obseruatur. Sil'r & post ɔsecrationez eiusdez: solo dempto quod pollices ab indicibus propterea tunc non disiungātur. acce-dit ad cornu sinistrum altaris videlicet, Epistole, vbi stās versus altare: producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis & iunctis manibus supra librum positis: ex libro missali ibidem exi-stente, qui recte inter anteriorem & posteriorem partes altaris poni debet: dicit intelligibili voce introitum misse cum psalmo, & **Gloria patri.** si est dicendum. deinde repetit introitum. Si ve-ro legit pro defunctis, vel alias. **Gloria patri.** non sit dicendum post psal. omisso, **Gloria patri.** repetit introitum. Postea ma-nibus ante pectus iunctis: accedit ad medium altaris: vbi stans versus illud: manibus vt supra iunctis: dicit simili voce.

Kyrie eleison.	Minister.	**Kyrie eleison.**
Kyrie eleison.	Minister.	**Christe eleison.**
Christe eleison.	Minister.	**Christe eleison.**
Kyrie eleison.	Minister.	**Kyrie eleison.**

Kyrie eleison. Si minister vel qui intersunt celebranti non respondeant: celebrans ipse solus omnia dicit.

¶ De **Gloria in excelsis** & quando dicendum est. Cap. 17.

D Icto vltimo **Kyrie eleison.** sacerdos in eodem loco stans manibus iunctis ante pectus: voce predicta dicit si sit di-cendum. **Gloria in excelsis deo.** Quod dicendo continuo ma-nus extendit: & iterū iungit ante pectus: & caput deo inclinat: quo ibidem per ipsum dicto: iunctis manibus vt prius, in eodem loco ac eodem modo stans prosequitur. **Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te.** Caput deo inclinat. **Glorificamus te. Gratias agimus tibi,** quod dicendo caput deo inclinat, & prosequitur, **propter magnaz gloriam tuam. Domine deus rex celestis deus pater oīpotens. Domine fili vnigenite Jesu christe.** Deo caput inclinat. Spi-ritus & alme orphanorum paraclete. **Domine deus agnus dei fi-lius patris.** Primogenitus Marie virginis matris. **Qui tol-lis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.** quod dicendo caput deo inclinat. Ad Marie gloriam. **Qui sedes ad dexteram patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus.** Mariam sanctificans. **Tu solus dominus.** Mariam gubernans. **Tu solus altissimus.**

Mariam

Mariam coronans. **Jesu christe.** Caput deo inclinat. **Cum sancto spiritu:** quod dicendo seipsum signat manu dextra signo crucis a fronte ad pectus interim perficies. **in gloria dei patris. Amen.**

¶ Nota, quod textus in rubro positus dicit tantum in missis beate Marie virginis: tam festiuis et eorum octauis: etiam si infra ipsam octauam de dominica vel aliquo alio festo agatur: quam votiuis eiusdem ex consuetudine tantum, quia in quibusuis missis votiuis quocunque tempore regulariter non dicit. **Gloria in excelsis deo.** exceptis votiuis beate Marie virginis, et angelorum, pro eo quod angeli hunc hymnum primitus decantarunt. Si infra hebdomadam in aduentu dicitur officium misse dominice: non dicitur in ea **Gloria in excelsis deo.** nec in missis defunctorum quocunque tempore: nec in missis de tempore: a dominica septuagesime inclusiue vsque ad diem Jouis sancte exclusiue. Dicitur autem quando extra aduentum infra hebdomadam missa dominice preterite celebratur. Dicitur etiam **Gloria in excelsis deo.** in missis officij singulorum dierum. in quo dictum est in matutinis **Te deum laudamus.** et non alias: nisi die Jouis sancta: que Cena domini appellatur: et Sabbato sancto, in quibus etiam **Gloria.** huiusmodi in missa dicitur: licet in matutinis **Te deum laudamus.** non habeatur: et secunda tertia et quarta ferijs: que rogationum seu letaniarum minorum nuncupantur: ante festum Ascensionis domini: **Gloria in excelsis deo.** in missis dierum earundem non dicitur: licet in matutinis **Te deum laudamus.** habeatur. Dicitur autem in missa eisdem diebus: si de festo missa celebratur. ¶ De orationibus in missa. Cap. 13.

DIcto **Gloria in excelsis deo.** per sacerdotem, vel si non sit dicendum: illo omisso: si legenda est prophetia: dicto **Kyrie eleison** celebrans reuertitur ad cornu Epistole: vbi stans ante librum extendit et iungit manus ante pectus: dicens eadem voce. **Oremus.** Tum iunctis manibus subiungit simili voce. **Flectamus genua,** et ibidem rursus vt stabat manibus extensis hinc et inde super altare positis vt seipsum ad altare sustineat: quod in omni genuflexione ante altare fieri consueuit: excepto a consecratione vsque ad ablutionem digitorum post communionem: quo tempore medios, anulares, et paruos digitos duntaxat extendit, dum ad altare se sustinens genuflectit, et sine mora dicit eadem voce **Leuate.** Surgit et stans ibidem manibus extensis ante pectus intelligibili voce dicit orationem ordinatam in missali, cum sua conclusione, ad quam iungit manus et orationem perficit. Extensio autem manuum ita fit, quod vna manus aliam respiciat, digitis non disiunctis: quorum summitas altitudinem humerorum non transcendat:

& eorum distantiam non excedat: quod in omni extensione ma-
nuum ante pectus obseruatur. Deinde manibus iunctis vel dis-
iunctis: prout sibi magis placet, super librum vel altare positis,
legit prophetiam, qua finita minister dicit. **Deo gratias.** Tum
celebrans stans eodez modo legit ibidez Graduale. Et si plures
prophetie sunt dicende, ante singulas prophetias dicit. **Oremus:
flectamus genua, leuate.** Et facit, ac minister in fine singularum
dicit. **Deo gratias.** prout de prima dictum est, nisi missale aliter
contineat, prout in diebus Ueneris sancti, & Sabbati sancti. In
vigilia autem Pentecostes, & diebus Mercurij, ac Sabbati
Pentecosten immediate sequentibus, non dicitur **Flectamus
genua, leuate.** prout etiam in Missali ordinatur. Dicto Gra-
duali post prophetiam, vel si non sit legenda prophetia, alijs vt
premittitur dictis, celebrans stans ante medium altaris mani-
bus hinc & inde desuper positis, illud osculatur in medio, tum iun-
ctis ante pectus manibus, demissis oculis ad terraz ad manum
sinistram, hoc est ad latus dextrum, vertit se ad populum & dicit
voce predicta. **Dominus vobiscum.** quod dicendo extendit &
iungit manus ante pectus, digitis tamen non disiunctis. R.
Et cum spiritu tuo. Tum iunctis vt prius manibus, reuertitur
per eandem viam ad mediuz altaris, & facta ibidem cruci reueren-
tia, accedit ad librum vbi dicit simili voce. **Oremus.** quod dicēdo
extendit & iungit manus ante pectus, & caput deo inclinat, cum ex-
tensis manibus ante pectus: eadem voce dicit ibidē orationē vel
conuenientem vsqz ad **Per dominuz nostrū:** vel aliam conclusio-
nem: quam dicendo: iungit manus ante pectus, & sic tenet eas
vsqz ad finem orationis, quā cum sua conclusione ante librū perfi-
cit & dicendo: **Iesum christum filium tuum.** Et quotiescunqz hoc
nomen **Iesus** nominat, caput deo inclinat. Conuenit etiam quod
cum nomen gloriose virginis **Marie** nominatur, caput ei in-
clinetur. Et si sunt plures orationes dicende, idez in eis, in voce,
extensione & iunctione manuum, & capitis inclinatione, qd supra-
dictum est obseruatur, sed ante primaz tantuz orationē ex plurib9
huiusmodi dicitur. **Oremus.** Et sub conclusione vltime oratio-
nis omnes terminantur. Et aduertat sacerdos, q in terminatione
orationum seruet modum, qui in sequētibus versibus continetur.

Cum patrem postulas, per dominum dicere debes.
Cum Christo supplicas, dicas qui viuis & regnas.
Si christum preponas, per eundem dicere debes.

Sed

Sed si postponas, qui tecum viuit ⁊ regnat.
Si spiritum nominas, per vnitatem eiusdem dicas.
Cum nominas matrem, dicendo dei genitricem,
In fine concludas, qui tecum vel per eundem.

Aduertendum quod si altare est versum ad populũ: ⁊ in eo celebrans stat facie populo versa non se vertit aliter cum dicturus est **Dominus vobiscum.** ante orationem: sed osculato altari stans ad populum versus vt erat dicit. **Dominus vobiscum.** Idem obseruatur ad monitionẽ. **Orate fratres ⁊c. Dominus vobiscũ.** Ante offertorium: ac ante ⁊ post communionem. **Ite missa est.** ⁊ benedictionem populi: si est danda. Cum autem in alio altari se vertit ad pplm: bis tantum vz: ad **Orate fratres** Et cum in fine populo benedicit circulũ perficit: alijs vicibus semicirculo facto: ad eandem manum, ad quã se pp'lo verterat, ad medium altaris se cõuertit. Sciendum, quod Ecclesia Romana in festis duplicib⁹ vna tantum oratione vtitur, nisi festum ipsum extra Aduentum ⁊ Quadragesimam in Dñica venerit, cuius officium non possit in alium diem illius hebdõe transferri: ⁊ de qua sit commemoratio facienda: ⁊ tunc oratione festi sub sua conclusione dicta: dicitur alia de ipsa Dominica tantũ etiam sub cõclusione, nisi sit infra aliquã octauam, de qua sit agenda commemoratio: tunc commemoratio Dominice subiũgitur cõmemorationi octaue: ⁊ sub ꝯclusione orationis Dominice: ambe ipse orationes ꝯcludũtur. Si vero ĩ Aduentu vel Quadragesima hmõi festũ in Dominica venerit: festũ ipsum transfertur in diẽ sequentẽ, in qua similiter ⁊ quocũqz die tunc hmõi festum venerit, dicta oratione festi sub sua conclusione: dicitur alia oratio de feria, siue de tpe etiã sub sua cõclusione: nisi sit infra octauam: de qua venit cõmemoratio habẽda: quia tunc dicta oratione: de festo hmõi sub sua conclusione: subiungitur oratio octaue: quam sequitur oratio de feria: siue de tpe sub cuius conclusione ambe terminantur: nec vnquã cũ prima oratione misse ꝯcluditur secunda oratio: nisi in collatione ordinũ: cõsecratione epoꝝ: virginum, ecclesiaꝝ, ⁊ altariũ, ⁊ benedictione abbatũ, abbatissarũ, ⁊ cimiterij: benedictione ⁊ consecratione regum ⁊ reginarum. In dominicis vero ⁊ alijs festiuis: ac feriatis diebu⁹ etiã in Aduẽtu ⁊ in Quadragesima tres orationes dñr: exceptis festo sanctoꝝ Innocentium: ⁊ ipsiũ sequentibus diebus vsqz ad diẽ scti Syluestri inclusiue: ⁊ alijs diebus in missali, commemorationes hũde specificãtur: in quibus dñr orationes ibidẽ ordinate. Et si de sctis ora/

Ordo orationum in missa seruandus.

tiones hmōi sunt dicende: debet post primā orationem in alijs or/
do letaniarum obseruari. s. de sancta Trinitate: vel de sctō Spiri/
tu: aut de sctā Cruce: seu de beata Virgine: si de corū altero com/
memoratio agenda sit, prima sequatur de apostolis: deinde de
martyribus, confessoribus, virginibus respectiue, ⁊ sic de alijs, de
quibus erit agēdū: nisi esset infra aliquā octauā: q² tunc oratio de
octaua haberet primum locum post primā oratione, extra tñ diem
dominicā. Si vero orationes de pace, contra paganos, pro papa:
pro benefactoribus: pro seipso: vel similes celebrans sit dicturus:
quibus omnibus orationes de sctīs sunt preponēde: vtatur discre/
tione in hmōi: preponendo ⁊ postponendo orationes: prout ma/
gis conueniat. Non tamē licet sacerdoti corā prelato suo: aut prin
cipe: vel dn̄o tēporali celebranti orationē pro seipso dicere. Conue/
nit autem dum celebrat in priuato, si in vigilijs festorum ⁊ alijs die/
bus, de quibus sunt ppie misse ordinate: vel in qbus hore canoni
ce dr̄r: de alio q̄z ordinarium offm̄ illius diei requirit: celebrat alia
missa q̄z de vigilia: vel die currēte: debet in missa huiusmodi de ip
sa vigilia: siue die commemoratio haberi: ⁊ orōni vigilie: siue diei;
addi alia oratio cōueniens: nisi esset infra aliquā octauam, de qua
ageretur: quia tūc prius fieret cōmemoratio de octaua, deinde de
vigilia: siue die huiusmodi. Quando aūt missa dicitur de vigilia: ⁊
hore canonice dicuntur de festo, vel sancto, in ipsa missa post dictā
orationem vigilie: sub sua conclusione dicitur oratio de festo: vel
sancto predicto: cui additur alia oratio conueniens. Idem obser/
uatur, si in quadragesima agitur de festo simplici: quod non ha/
bet propriam missam: etiā si habeat propriā orationē cum secreta
⁊ postcōmunione: ⁊ missa celebrat de die currēte quadragesime:
post conclusionem orationis ordinarie misse hmōi dicitur oratio
de dicto festo: cui alia oratio conueniens adiungitur. Si concur/
rant eadem die duo festa, agitur de digniore eorum: aut si sunt pa/
ria, de eo, quod habet plura de proprio: de alio autem non fit com
memoratio, sed transfertur in alium diem, quo agi possit de eo con
uenienter. Et si in dominica vel infra aliquam octauam venerit
festum: cui dn̄ica vel octaua non cedit: etiam non fit de hmōi festo
cōmemoratio: sed transfertur in alium diem extra dn̄icam ⁊ octa/
uam hmōi: quo non habetur aliud festum: ⁊ tunc de ipso agitur.
Et si festum vigiliam habens venerit secūda feria: vigilia ⁊ officiū
vigilie hmōi agitur in die sabbati precedētis: ⁊ non in dominica: si
ue per integrum officiū: siue per cōmemorationē: vt prediximus:
conueniat

conueniat peragi. Si quarta feria vel sabbato quorumcunque quatuor temporum: aut alia quacunq3 die qua in missa ante Epistolam habetur prophetia: dicitur missa de aliquo sancto: vel votiua: aut alia in qua ferie huiusmodi currentis cõmemoratio sit facienda: prima oratio: que post Introitum misse illius ferie posita est: dicitur pro eiusdem ferie commemoratione in ecclesijs: in quibus sunt plures beneficiati: si in quadragesima: aut dominicis: vel alijs diebus in quibus habetur propria missa: que non potest in alium diem transferri: dicenda sit missa de festo currẽte. Unus sacerdotum eorundem dicit missam de dominica: vel de feria: seu aliam propriam illius diei: ordine solito, alius de festo absq3 alterius commemoratione. In ceteris autem ecclesijs vnicum sacerdotem habentibus: in quibus in missis festorum de dñica vel feria: seu die alia proprium officium habente: commemoratio debet haberi: vt supra diximus: cõuenit quod sacerdos, qui missam celebrauit, dicto per eum post benedictionem in fine misse datam: Euangelio sancti Joannis: deposita casula: stans in cornu Epistole: versus altare legat ex missali officium proprie misse illius diei: excepta Secreta: quam non legit: ꝛ ante orationem ꝛ post cõmunionem non dicit **Dñs vobiscum.** neq3 **Oremus.** sed eas legit absolute; similiter ad euangelium: omittit **Dñs vobiscũ.** ꝛ incipit **Sequentia sancti euangelij ꝛc.** prout etiam dicemus infra de missa sicca. Quando autem officium misse dominicalis potest conuenienter i alium diem illius hebdõe transferri, prout communiter fieri potest de officijs dominicarum extra Aduentũ. 70. 60. 50. ꝛ. 40. debet dici officium misse festi eo die, quo occurrit absq3 commemoratione dominice: ꝛ infra hebdõam tunc currentem missa officij dñice hmõi celebrari. In missa votiua dicta oratione ordinaria, sub conclusione sua subiungi potest alia de feria, aut de festo, vel de sanctis: de quibus illa die agitur: ꝛ eidem addi alia ipsi misse conueniens: vel conuenienter omnes commemorationes pretermitti. Si non celebrat pro defunctis, sed velit pro defuncto, vel pluribus orare, ponit orationem ipsam pro defunctis huiusmodi ante vltimam: ita ꝙ oratio pro defunctis non concludat, sed sub vltime orationis conclusione concludatur. Si vero celebrat pro defunctis in die exequiarum, vna tantum oratio dici consueuit. In. 3. autem. 7. 30. ꝛ anniuersario diebus ac alijs missis pro defunctis: prima oratione sub sua conclusione terminata: põt alie due orationes addi pro defunctis: que sub vltima conclusione terminantur: ꝛ conuenit ꝙ ipsa

vltima oratio hmôi sit generalis pro omnibus fidelibus defunctis; videlicet. **Fidelium, deus omnium côditor &c.** In ipsa quoqz missa defunctorum: oratio de festis vel de feria, aut alia q̄ pro defunctis dici non debet. ¶ De epistola, gradualibus, & alleluia, & tractibus, prosis, & sequentijs in missa dicendis. Capitulum. 10.

Finitis orationibus, celebrans positis super librum vel altare manibus iunctis vel disiunctis: prout sibi magis placet. dicit eadem voce intelligibili Epistolā ibidem: cuius vltimā syllabam aliquātuluz ptrahit, qua dicta minister dicit. **Deo grãs.** Tum eodem modo stans celebrans dicit simili voce, vel paululum mutata Graduale: & **Alleluia.** cum suo versu, ac prosam vel sequentiam si habetur: aut omissis **Alleluia** cum suo versu: & prosa, vel sequentia: si misse aut tempori non côueniat, vel non habeantur: dicit Tractum si sit dicendus: nam **Alleluia** non dicitur in missis pro defunctis, & a Dñica. 70. inclusiue vsqz ad vigiliam Pasche exclusiue: & in quatuor tpibus Aduentus: & mensis Septêbris: & oibus vigilijs totius anni, in quibus est indictū ieiuniū: exceptis vigilijs Pasche Pentecostes: & Natiuitatis christi: si venerit in dñica: ac festo Innocentiū: si venerit in dñica: in quibus tunc dicit **Alleluia.** Si autem in diebus hmôi, in qbus **Alleluia** non dicitur: dicenda est aliqua missa votiua, vel alia in qua Tractus non habeatur, poterit post Graduale cum suo versu loco Tractus: omisso **Alleluia** dici eius versus, vel etiam eo omisso: Dicto Graduali cum suo versu dici. **Munda cor meum** & alia prout habetur infra. In dicendo aūt **Alleluia** hic modus seruat. Ante versum bis **Alleluia** dicitur: & post versum semel replicat. Ab octaua vero Pasche vsqz ad octauam Pentecostes: quo tempore Graduale non dicitur: sed illius loco secūdū **Alleluia** primo iungitur: ante versum primi bis **Alleluia** dicitur: & post versum semel. Similiter & post secundi versum **Alleluia** semel replicat. Quocunqz aūt tpe prosa seu sequentia est dicenda: illa post versū dicitur: antequam **Alleluia** replicatur: qđ post dictam prosam seu sequentiam hmôi repetitur. Et si extra tempus paschale in quocunqz festo: prout in festis Purificationis: & Natiuitatis beate Marie virginis, sancti Joannis baptiste. Ludouici episcopi & confessoris: Exaltationis sancte Crucis: sancti Frācisci: omnium Sanctorū: & alijs qbuscunqz diebus: duobus **Alleluia** cum duobus versibus: vel prout in festo dedicationis sancti Michaelis archangeli: tria **Alleluia** cum tribus versibus habeantur, dicitur

tantum

tantum vnum ex eis cum suo versu: vna etiam prima die festi, alia vero die: siue vice omisso dicto poterit dici aliud cum suo versu. Et vbi tria habentur cum tribus versibus, alia die vel vice poterit dici tertium cum suo: omissis prius dictis. Si vero habeantur duo versus sub vno **Alleluia:** ambo versus huiusmodi dicuntur absque intermissione sub eodem **Alleluia:** seruato alias in omnibus modo supradicto. Quibus dictis minister seu celebrans ipse portat librum missalem ad cornu dextrum altaris: videlicet Euangelij: si altare ipsum non sit magne longitudinis. Si vero sit magne longitudinis: ponit librum missalem inter ipsum cornu dextrum & medium altaris: vt celebrans in medio altaris stans: possit omnia dicenda ex eo commode dicere: & eundem missalem ita locat quod caput missalis respiciat ipsum cornu altaris in parte predicta: & non ad parietem siue ad partem eius cōtra se directam. ¶ De euāgelio in missa dicendo. Ca. 20.

TUm celebrans stans in medio altaris versus ad illud leuatis ad deum oculis, iunctis manibus ante pectus secrete dicit. **Munda cor meum, & labia mea omnipotens deus: qui labia Esaie prophete calculo mundasti ignito, ita me tua grata miseratione dignare mundare: vt sanctum Euangelium tuum digne valeam nunciare. Per christum dominum nostrum. Amen.** Tum similiter stans dicit eodem modo. **Dominus sit in corde meo: & in labijs meis: vt digne & competenter annunciem Euangelium suum. Amen.** His dictis, vertit se ad librum missalem: et premittitur pontum, vbi sic stans iunctis manibus ante pectus dicit intelligibili voce. ℣. **Dominus vobiscum.** ℟. **Et cum spiritu tuo.** Deinde pollice dextre manus signat primo librum: super principium Euangelij: quod est dicturus: postea seipsum in fronte, ore, & pectore signo crucis dicens eadem voce. **Sequentia sancti Euangelij secundū. N.** vel si est dicendū. **Initiū sancti Euangelij secundū. N.** ℟. **Gloria tibi dn̄e.** Tum iunctis iterū vt prius manibus stans versus vt supra, prosequitur euangelium voce predicta vsq; ad finem: & eius vltimam syllabam aliquantulum protrahit: quo completo minister dicit. **Laus tibi Christe.** Celebrans osculatur Euangelium per eum dictum in eius principio: nisi celebret pro defunctis: quia tunc non osculatur Euangelium, vel celebret coram summo Pontifice, aut Cardinale: Patriarcha. Archiepiscopo, vel Episcopo, cui liber & textus Euangelij portatur, per eum osculandus: quo casu celebrans,

Euangelium ipsum etiam non osculatur.

¶ De Credo in missa dicendo: et quando debet dici. Capitulum. 21.

Tum stans in medio altaris, versus ad ipsum altare manibus iunctis ante pectus: et aliquantulum eleuatis: intelligibili voce dicit: si est dicendum. Credo in vnum deum. quod dicendo extendit et iterum iungit manus: et stans manibus iūctis ante pectus in eodem loco prosequitur vsqz ad finem eadez voce. Patrem omnipotentem: factorem celi et terre: visibilium oīū: et inuisibilium. Et in vnū dn̄m Jesum christum Caput deo inclinat. filium dei vnigenitum. Et ex patre natum ante oīa secula. Deum de deo: lumen de lumine: deum verum de deo vero. Genitum nō factum consubstantialē patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. In eodez loco vbi stabat: genuflectit corā altari dicens. Et incarnatus est de spiritu sancto: ex Maria virgine. Et homo factus est. Surgit et stans vt prius prosequitur. Crucifixus etiam pro nobis sub pontio Pilato: passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascēdit in celum: sedet ad dexterā patris. Et iterum venturus. est cum gloria iudicare viuos et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctū dn̄m et viuificantem. Qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen. Et dum hec vltima verba profert, producit manu dextra signum crucis a fronte ad pectus. Credo autē dicitur in omnibus diebus dn̄icis totius anni, etiam si de festo missa celebretur: vel octaua in qua alias Credo non esset dicendum, aut votiua dicatur: in qua tn̄ de Dominica commemoratio habeatur. Item ad missam noctis et ambas alias missas dici Natiuitatis dn̄i nostri Jesu Christi: et sex diebus sequentibus. In Circumcisione Dn̄i. In octaua sancti Stephani: q̄ infra octauā scti Johannis euangeliste. In octaua eiusdē scti Johannis euangeliste. In Epiphania dn̄i: et p octauā eius. In cōuersione sancti Pauli aplī. In omnibus festiuitatibus gloriosissime virginis Marie: et per earum octauas, que habēt. In cathedra scti Petri. Feria. v. cene domini. In festo resurrectionis domini: et sex diebus sequētib⁹. In festiuitate Ascensionis domini: et per octauā. In Pentecostes: et sex diebus sequentib⁹.

 In

In principio erat verbum, & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his, qui credūt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Genuflexus dicit voce predicta. Et verbū caro factum est. Surgit & stans vt prius, perficit euangeliū eadē voce. Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre, plenū gratie & veritatis. Finito euangelio, si celebrauit corā summo Pontifice, aut Cardinale, Patriarcha, Archiepo: seu Episcopo: in eorum residentijs, aut ecclesia, vel loco iurisditionis eoꝝ: conuertit se ad eū, coram quo ex predictis celebrauit, & facit ei reuerētiā conuenientē: q̄ si nō celebrauit coram aliquo predictoꝝ, vt prefertur: hmōi conuersionē & reuerentiā pretermittit. Minister accipit candelas de altari, & extinguit eas. Celebrans plicat corporale, palla intraposita, reponit ea in bursam corporalis: & calicem cum patena in sacculum siue linteum ad hoc ordinatū ligat, ponit desuper bursam cum corporali: & omnia in manum sinistram recipiens: manu dextra retinet bursam corporalis, ne cadat: & precedente ipsum ministro cum missali, cussino, ampullis, vini, & aque, hostiaria cum hostijs, candelis & intortitio extinctis, redit ad sacristiam, vel aliū locū conuenientē: vbi depositurus est sacras vestes: interim dicens antiphonam & psalmos: & alia sequentia. Si vero in c ministrus hmōi vestes ante altare, vbi celebrauit, finito euāgelio p̄dicto: dimissis vt sunt sup altari corporali, & calice, & alijs supradictis: easdē vestes deponit ibidē, & sup ipm altare reponit: iterū dicens.

Orationes dicende post missam a sacerdote. Cap. 31.

Antiphonam. Trium puerorū cantemus hymnum, quem canta-

bant ſancti in camino ignis benedicentes dominum. Pſalmus.

B Enedicite omnia opera domini dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite angeli domini dño: benedicite celi domino. Benedicite aque omnes: que ſuper celos ſunt dño: benedicite omnes virtutes domini dño. Benedicite ſol ⁊ luna domino: benedicite ſtelle celi domino. Benedicite imber ⁊ ros dño: benedicite omnes ſpũs dei dño. Benedicite ignis ⁊ eſtus dño: benedicite frigus ⁊ eſtas domino. Benedicite rores ⁊ pruina dño: benedicite gelu ⁊ frigus dño. Benedicite glacies ⁊ niues dño: benedicite noctes ⁊ dies dño. Benedicite lux ⁊ tenebre dño: benedicite fulgura ⁊ nubes dño. Benedicat terra dominũ: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite montes ⁊ colles dño: benedicite vniuerſa germinantia in terra dño. Benedicite fontes domino: benedicite maria ⁊ flumina dño. Benedicite cete ⁊ oĩa que mouentur in aquis dño: benedicite omnes volucres celi domino. Benedicite omnes beſtie ⁊ pecora domino: benedicite filij hominum dño. Benedicat iſrael dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite ſacerdotes domini dño: benedicite ſerui dñi dño. Benedicite ſpiritus ⁊ anime iuſtorum dño: benedicite ſancti ⁊ humiles corde dño. Benedicite anania, azaria, miſael domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicamus patrem ⁊ filium cum ſancto ſpiritu: laudemus ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula. Benedictus es domine in firmamento celi: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus: ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Pſalmus.

L Audate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundũ multitudinez magnitudinis eius. Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalterio ⁊ cithara. Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ organo. Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis ſpiritus laudet dominum. Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen. Repetit añam ſecrete. Trium puerorũ cantemus hymnuz quẽ cantabant ſancti in camino ignis benedicẽtes dñm. Stans detecto capite in cornu epiſtole: verſus ad ipſuz altare: ſi eſt coram eo, vel ſi eſt alibi detecto capite dicit ſecrete Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Quo ſecreto completo dicit. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Confiteantur tibi domine omnia opera

tua

tua. Et sancti tui benedicant tibi. Exultabunt sancti in gloria. Letabuntur in cubilibus suis. Non nobis domine non nobis. Sed nomini tuo da gloriam. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

Deus qui trib⁹ pueris mitigasti flammas ignium: cõcede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Alia oratio.

Actiones nostras, quesumus domine, aspirando preueni, et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat: et per te cepta finiatur. Per christum dominum nostrum. Amen. ¶ Potest etiam dicere sacerdos si vult post missam sequentes orationes pro sui deuotione omnes, vel partem earum ad libitum.

Anima christi sanctissima sanctifica me. Corpus Christi sacratissimum salua me. Sanguis Christi pretiosissime inebria me. Aqua lateris Christi purissima munda me. Sudor vultus christi virtuosissime sana me. Passio christi pijssima conforta me. O bone iesu custodi me: infra vulnera tua absconde me. Non permittas me separari a te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis voca me. Iube me venire ad te: et pone me iuxta te: vt cum angelis et archangelis tuis laudem te: per infinita secula seculorum. Amen. ¶ Post missam potest dicere sacerdos sequentes orationes. Oratio sancti Thome ad deum patrem.

Gratias tibi ago domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordie tue: satiare dignatus es pretioso corpore et sãguine filij tui domini nostri iesu christi. Et precor: vt hec sctã cõio non sit mihi reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam, Sit mihi armatura fidei, et scutũ bone voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, cõcupiscẽtie et libidinis exterminatio, charitatis, et patientie, humilitatis, et obediẽtie augmentatio: cõtra insidias inimicorum oĩum tã visibiliũ ꝙ̃ inuisibiliũ firma defensio. Motuum meorum tã carnaliũ ꝙ̃ spũaliũ pfecta quietatio: in te vno ac vero deo firma adhesio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te vt ad illud ineffabile conuiuiũ me pctõrẽ pducere digneris, vbi tu cũ filio tuo et spũ scõ sctis tuis es lux vera, scitas plena, gaudiũ sempiternũ, et iocunditatis ꝯsummata, et felicitas perfecta. Per eum. ¶ Oro ad beatissimã virginẽ Mariã.

O Serenissima et inclyta mr̃ dñi nr̃i Iesu christi virgo maria regina mundi, que eundem creatorẽ oĩum creaturarum tuo scũ/

simo vtero fuisti digna portare, cuius idem sacratissimuz corpus et
sanguiné sumpsi: ad ipsuz pro me misero peccatore intercedere di/
gneris: vt quicqd in hoc ineffabili sacramento ignorãter, neglige/
ter, irreuerenter et accidentaliter omisi, tuis precibus sanctissimis
mihi indulgere dignetur. Qui viuit et regnat etc. ¶ Alia oratio.

Ave sanctissimum corpus dñicum in hoc sacramento conten/
tum: te confiteor labijs, te toto corde diligo, et totis visceri/
bus concupisco: dignare queso hodie infirmam animã meaz te sa/
lutarem victimam et fontem omniũ gratiarũ recipere cupientẽ: taz
clementer et gratiose inuisere, vt medelam in corpore et anima: tua
ex pñtia gaudeã inuenisse. Ne respicias domine ad iniquitates et
negligentias meas, sed ad miserationes tuas infinitas. Tu nãqz
es, per quem orbis terre creatus est, et sanatus: per quem oẽs her/
be et cuncte res virtuose suas sortiuntur virtutes. Tu es agnus
ille immaculatus, qui hodie pro totius mundi redemptione patri
eterno victimaris. O manna dulcissimum. O nectar suauissimuz:
confer ori meo tue salutaris pñtie mellifluum gustum. Accende in
me charitatem tuã, et extingue vitia, virtutes infunde: gratiã adau
ge: salutem mentis et corporis tribue. Inclina queso celos tuos et
descende ad me, vt tibi coniunctus, et vnitus: tecum pariter vnus
efficiar spũs. O venerabile sacramentuz, per te queso omnes ini/
mici mei repellantur: peccata dimittantur, et oĩa mala p tuaz poten
tiam excludantur. Bonum propositũ tribue, mores corrige, et oẽs
actus meos in tua voluntate dispone. Intellectus p te Jesu dul/
cissime hoc nouo lumine illustretur, affectus inflammetur, spes ro
boretur: et vita mea emendata semper proficiat in melius: et tan
dem conferatur exitus bonus. Amen. ¶ Alia oratio deuota.

Veni domine iesu christe amor meus, et beatitudo mea: iocun
ditas mea, desiderium meum, ac vnica spes aĩe mee: veni in
cor meum: intra in animaz meã: et mũda eam a vitiorũ sordibus: or/
na eam monilibus tuis: vt gratanter et delitiose in ea habites: et
mihi misero securam et felicem in tuo amore quietẽ tribuas: qui di
gnaris quiescere super humilem et quietum et trementẽ sermones
tuos: et delitie tue sunt habitare cum filijs hominũ. Ueni inquam
dulcissime dñe iesu christe in animam meam, et esto cum ipsa, atqz
mũda eã. Ueni domine dilectissime et in precordijs meis immora
ri et habitare digneris, vt per huius immortalitatis donum non
dãnandorũ iudicium, aut vindictam reorũ incurrã, sed tuo fultus
auxilio atria virtutum et pacis epulas et angelorũ cõuiuia leta adi/
re merear.

te merear. Qui viuis &c. ¶ Oratio sancti Thome de Aquino.

Adoro te deuote latens deitas, que sub his figuris vere latitas. Tibi se cor meum totum subijcit, qꝛ te cõtemplans totuꝫ deficit. Visus, gustus, tactus in te fallitur, sed solo auditu tute creditur. Credo quicquid dixit dei filius: nihil veritatis hoc verbo verius. In cruce latebat sola deitas, sed hic latet simul & humanitas. Ambo tamen credens atqꝫ confitens, peto quod petiuit latro penitens. Plagas sicut Thomas non intueor: deum tamen meum te confiteor. Fac me tibi semper magis credere: in te speꝫ habere: te diligere. O memoriale mortis domini: panis verus vitam prestans homini. Presta mee menti de te viuere: & te illi semper dulce sapere. Pie pellicane iesu dñe me immundum munda tuo sanguine. Cuius vna stilla saluum facere totum mundum posset omni scelere: Jesu, quem velatum nunc aspicio, quando fiet illud quod tam sitio? Ut te reuelata cernens facie: visu sim beatus tue glorie. Amen. ¶ Alia oratio ad deum filium.

Transfige dulcissime Jesu medullas anime mee suauissimo vulnere amoris tui: vulnera viscera anime mee vera fraterna & apostolica charitate: vt vere ardeat, langueat, & liquefiat anima mea solo semper amore & desiderio tui, cupiat dissolui & esse tecum. Da vt anima mea te solum semper esuriat panem angelorum, panem vite celestis, qui de celo descendisti, & das vitam mundo, panem nostrum quotidianum supersubstantialem habentem omne delectamentum, & omnem suauitatis saporem. Te in quem desiderant angeli prospicere: te semper sitiat cor meum fontem vite, fontẽ sapientie, fontem eterni luminis, vbertateꝫ domus dei, cupiat, te cogitet, te somniet, te suspiret, te ambiat, te querat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur. Omnia operetur in laudem & honorem nominis tui cum humilitate & discretione, cum dilectione profectu & perseuerantia vsqꝫ ad finẽ. Ut tu sis mihi totus oĩa in oĩbus. Ut tu sis mihi semper tota spes mea: salus mea, fiducia mea, diuitie mee, dignitas mea, delitie mee, dilectio mea, ocul⁹ me⁹, amor meus, honor me⁹, thesaurus meus: in quo solo fixa & firma & radicata sit semꝑ mens mea, & cor meum. Amen. ¶ Alia oratio ad deum filium.

Domine Jesu christe fili dei viui, esto mihi propitius indigno peccatori. Et quia tu es vera via, dignare per hoc sacramentum corporis & sanguinis tui, quod accepi omnem impietatem ac prauitatem prioris vite mee in laudem & gloriã nomi-

nis tui transmutare. Et cum tibi ad iudicium fuero presentatus: noli me domine clementissime propter innumerabilia peccata mea damnare, sed per hanc perceptionem redemptionis nostre ab ira et a perpetratis facinoribus me digneris liberare. Qui viuis et reg.

Quibus dictis in partem vel in totum et sacris vestibus depositis, reponit calicem et patenam in sacculum siue linteum ad hoc ordinatum, ligat, plicat corporale palla intraposita reponit ea in bursam, restituit omnia ad loca sua, et vadit in pace.

¶ De his, que omittuntur in missa pro defunctis. Cap. 32.

In missa pro defunctis, ad Introitum non dicitur Gloria patri. neq3 dicitur Gloria in excelsis deo. neq3 Alleluia. neq3 Iube dñe benedicere. et benedictio ante Euangelium: neq3 Euangelio dicto osculatur textus, neque dicitur Credo. Aqua calici imponenda pro sacrificio non benedicit. Agnus dei. specialia habentur. Oratio. Domine iesu christe, qui dixisti apostolis etc. non dicitur; Pax non datur, neque missa finita populo benedicitur: sed omissis. Ite missa est. et Benedicamus domino. dicitur Requiescant in pace. Placeat. et alia omnia dicuntur et fiunt, que et prout in ceteris missis dici et fieri consueuerunt. ¶ De celebratione duarum vel trium missarum eadem die. Cap. 33.

Sunt nonnulli sacerdotes, ob raritatem clericorum, aut ecclesiarum paupertatem: duas parochiales ecclesias obtinentes: quibus a iure conceditur celebrare duas missas in die. Hi vel quicunq3 alij sacerdotes in casibus a iure permissis bis in die celebrare volentes, non debent in prima missa post sumptum sanguinem se purificare, vel ablutionem digitorum sumere: sed post sanguinis sumptionem digitos super calicem abluere: et ablutionem huiusmodi in aliquod vas mundum reponere: et alia die, qua vnam missam tantum celebrabunt post sanguinis sumptionem: vel eadem die post dictam secundam missam de ea se purificare: seu post purificationem et ablutionem eiusdem secunde misse eam sumere. Plures autem quam duas missas vna die celebrare non licet, sola die Natiuitatis Saluatoris nostri Iesu Christi excepta: in qua quilibet sacerdos alias ad celebrandum dispositus potest tres missas celebrare: quod facturus etiam non debet in prima et secunda missa se purificare: aut ablutionem digitorum sumere, sed eam in aliquod vas mundum reponere: et eam post purificationem tertie misse sumere. Qui autem eadem die plures missas celebraturus: in prima vel secunda missa se purificauerit: aut ablutionem sumpserit;

non

non debet illa die vlterius celebrare. Preterea sacerdos in die Natiuitatis predicte duas vel tres missas etiam sine aliqua intermissione celebraturus, debet ante quamlibet missarũ huiusmodi dicere confessionem, ⁊ in fine cuiuslibet populo benedicere: ⁊ post primam ⁊ secundam missas huiusmodi dicere euangelium sancti Joannis. **In principio erat verbum ⁊c.** Ac omnia alia facere ⁊ dicere, purificatione omissa, vt prefertur, que in alijs missis dierum: in quibus vna tantum missa celebratur, dicuntur ⁊ fiunt. Post tertiam vero missam loco dicti Euangelij sancti Joannis: solet dici euangelium secundum Mathęũ. **Cũ natus esset Jesus ⁊c.** quod habetur in missa diei Epiphanie domini.

¶ De missa sicca nuncupata. Capitulum. 34.

SUnt ⁊ alij sacerdotes, qui in quadragesima, vel alijs diebus, in quibus due misse speciales habentur, videlicet vna de festo, ⁊ alia de dñica, vel feria, celebrata altera earum, alia pro deuotione sua legunt: absq̃ ꝯsecratione: qđ fieri licet hoc ordine. Data bñdictione post missaꝫ celebratã: ⁊ euangelio sancti Joannis lecto celebrans deponit casulam: ⁊ omnibus alijs parametis retentis: stans in cornu epistole: versus ad altare detecto capite: legit absolute ex missali introitum alterius misse. **Gloria in excelsis deo.** Si illud in prima missa non dixit, ⁊ secunde misse conueniat, alioquin ipsum pretermittit. Idem obseruat de **Credo in vnum deum.** Subiungit absolute pretermissis. ℣. **Dominus vobiscum.** ⁊ **Oremus.** Orationem, Epistolam, Graduale, Alleluia, vel Tractum. Euangelium quod incipit. **Sequentia** vel **Initium sancti euangelij** pretermissis. ℣. **Dominus vobiscum.** Offertorium, Communionem. Et similiter omissis. ℣. **Dominus vobiscum.** ⁊ **Oremus.** absolute subiungit post cõionẽ, omnia intelligibili voce legens: ⁊ sic ibi absq̃ alia cerimonia officium ipsum terminat. Tum dicit secrete seu cõpetẽti voce. Aña. **Trium pueroꝝ ⁊c.** Deponit omnia paramenta prout superius post missam ordinariam dictum est.

¶ De eadem missa sicca in mari ⁊ fluminibus celebrari solita. Cap. 35.

IN loco fluctuanti, vt in mari, ⁊ fluminibus celebrare non licet alicui. Consueuit tamen in mari, pro populoꝝ deuotione: absq̃ consecratione missa (quam siccã vocãt) dici per sacerdotem hoc ordine. In loco nauis ecclesiola nuncupato, parata est mensa, supra quaꝫ ponitur mappa munda, etiam non benedicta: ⁊ in medio partis posterioris eiusdem mense crux, ac hinc ⁊ inde in

cornibus posterioribus ipsius mense duo candelabra cum due/
bus candelis ardentibus collocantur, vbi sacerdos missam huius/
modi dicturus, ante dictam mensam stans, accipit superpelliciuz:
⁊ desuper stolam ab humeris dependentem, quam trauersat ante
pectus per modum crucis, ⁊ cingulo eam firmat. Vel secundum
alios, omnibus paramentis sacerdotalibus induitur ordine supe/
rius dato, omissa sola planeta siue casula, qua non vtitur. Sicqz
paratus stans ante me nsam predictam, facit confessionem cũ his,
qui intersunt dicens. In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti.
Introibo ⁊c. Prout habetur supra in principio misse, vsqz ad o/
rationem. Oremus te domine vt per merita ⁊c. exclusiue: ascen/
dit ad mensam predictã, ⁊ omisso illius osculo: stans in cornu epi/
stole legit illius introitũ. Kyrie eleison. Gloria in excelsis deo.
si est dicendum. Dominus vobiscũ. non vertendo se ad populuz.
Oremus. ⁊ orationem ordinariam. Deinde si placet, ⁊ dici con/
ueniat, facit vnam vel duas commemorationes: legit Epistolam,
Graduale, Alleluia si est dicendũ, vel Tractũ: portat librũ ad cor
nu Euãgelij: dicit i medio mẽse. Mũda ⁊c. Dñs sit in corde ⁊c.
deinde ante librum. Dñs vobiscum. Sequentia ⁊c. signando
librum ⁊ se in fronte, ore, ⁊ pectore, finito Euãgelio osculatur tex/
tum: dicit Credo. si dies ⁊ officium requirit: Dñs vobiscum.
non vertendo se ad populuz. Oremus. Offertoriũ. Prefationẽ.
Sanctus ⁊c. Oremus pceptis salutaribus moniti ⁊c. Pater nr̃.
Agnus dei. ⁊ dat osculum pacis, si alias officio illius diei quod
legit conueniat reuertitur cum libro ad cornu Epistole, dicit com
munionem in eodem loco. Dñs vobiscũ. non vertendo se ad po/
pulum. Post cõionem ⁊ cõmemorationes, si prius fecit ibidem.
Dñs vobiscum. vt prius: ⁊ Ite missa est. vel. Benedicamus.
prout conuenit: aut Requiescant in pace. Si legit pro defunctis,
quo dicto ibidem se vertit ad populũ, ⁊ illi more solito benedicit, si
non legit pro defunctis: pro quibus si legit, benedictionem hmõi
pretermittit. Tum dicit. Dominus vobiscũ. ⁊ signans seipsum in
fronte, ore, ⁊ pectore, cõtinuat. Initiũ sancti euãgelij sm Joannẽ.
In principio ⁊c. vt supra. Quo finito vestes sacras, quas recepit,
ibidem deponit. Omnia premissa in huiusmodi missa dicuntur
voce intelligibili, ita q ab omnibus illis qui intersunt audiantur.

¶ De eadẽ missa corã infirmo vel alia persona celebrãda. Ca. 36.

Et si aliquando accidat, q quis infirmus, vel alius velit
missam audire, vbi non est sacerdos ad missam celebrandaz
dispositus

dispositus, q2 ipse eadem die celebrauit, vel ex alia legitima cau/sa, poterit sacerdos in ecclesia, vel alio loco conuenienti, vt pre/mittitur missam huōi siccā legere in omnibus ꝛ per omnia, prout superius de missa nauali dictum est, ꝛ non debet in ea sacramenta ostendere: etiaȝ si illud in ecclesia ibidem in loco suo sacro habeat paratum: propter periculuȝ ostensionis. Ad laudē saluatoris nr̄i.

¶ Tractatus de defectibus in missa occurrentibus. Cap. 37.

Defectus misse sunt, quādo requisita ad misse celebrationeȝ deficiunt. Isti autem defectus contingunt aut ex parte sacra/menti, aut ex parte ministri, aut ex parte ministerij: q2 in sacramen/to requirit̄ panis triticeus, vinū de vite, aqua naturalis, ꝛ sunt hec ex parte materie. Ex parte vero forme requiruntur verba cōsecra/tionis: ꝛ intētio cōsecrantis. In ministro aūt reqrit̄ exteri⁹ debitū vestimentum, ꝛ in corpore ieiuniū, dispositio mētis ꝛ aīe. Et in mi/nisterio requirit̄, ꝙ missa cōpleat̄, scȝ ꝙ sacrificiū sit cōpletū ꝛ pfe/ctum: ꝛ ꝙ sacerdos sumat sacrificiū cōicando. Unde de his dicen/dum est per ordinem. ¶ Primo de defectu panis. Cap 38.

Sciendū est igitur, ꝙ conficiens in pane fermentato, graui/ter peccat: q2 facit contra statutum ꝛ consuetudineȝ ecclesie. Si vero ꝯficiatur in pane, qui incipit corrumpi, similiter grauiter peccat. Etiā cōficiendo in azymo corropto ꝛ infecto propter irre/uerentiam sacramenti, tn̄ talis panis si conficiatur sacramentū est. Sed si panis sit adeo corruptus, ita quod in eo deficeret spēs pa/nis, non pōt confici: hoc est p verba sacramenti non efficit̄ corpus christi: ꝛ ꝙ spēs maneat, pōt cognosci ex hoc: quod continuitas nō est soluta: nec alia accidentia ablata. Hec sanctus Thomas ꝛ Albertus. ¶ Item si grana alterius generis fuerint admista tritico in tanta quantitate, quod aliam speciē faciant, siue ꝙ mediū constituant, non pōt ex eo confici sacramentum, tn̄ ex modica quā/titate non impeditur. Sanctus Tho. ꝛ Albertus ꝛ Petrus. ¶ Si panis sit de aqua rosacea confectus, dubitatur inter do/ctores. Et sanctus Thomas dicit esse probabilius, quod nō possit confici. ¶ Si sacerdos infra missam ante consecrationem ad/uertit hostiam non esse triticeam, vel esse corruptam: remota illa hostia aliam ponat, ꝛ a canone reincipiat. Si vero post conse/crationem hoc aduertit, idem faciat ponendo aliam hostiam: ꝛ eam sumendo: sed nihilominus postea illam primam sumat: aut aliis sumendam tradat: vel eam reuerenter conseruet. Pe/trus. Quod autem dicit hic Petrus quod reincipiat a canone,

Tertia parte summe & quarto sententiarū

Quia nō naturalis, sed artificiosa est.

Sanctus Thomas tamen dicit in simili casu esse reincipiendum tantum a verbis consecrationis, vt habes infra. Si vero sacerdos aduertat dictum defectum hostie postquam sumpserit: licet in isto casu varient docto. tamen sanctus Thomas tenet in tertia parte quod debeat aliam ponere hostiam, et consecrare et sumere: q2 preceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, q̃3 preceptum, quod a ieiunis sumatur. ¶ Per id autẽ qđ dicit Petrus. Si sacerdos infra missam aduertat hostiam non esse triticeam, vel esse corruptam, patet quid agendum sit: si nulla hostia fuerit posita, vel si posita fuerit perdita. Et per id quod dicit sanctus Tomas, si aduertat de defectu hostie post eius sumptionẽ: potest hoc idem intelligi, si aduertat etiam post sumptionem sanguinis, rursus quod ponat nouum panem et nouum vinum: et consecret atque prosequatur, et sumat, ne sacramentum remaneat imperfectum: quod magis expresse apparebit infra, vbi statim dicet de defectu vini, et ponentur magis exp̄ssa verba ipsius sancti Tho.

¶ Quale esse debeat vinum, qđ in ɔsecratione sacramenti eucharistie ministratur, et de defectibus eius, qui occurere p̄nt. Cap. 39.

De vino primo sciendum est, q̄ si vinum factũ est oĩno acetũ, non potest de ipso confici sanguis christi, q2 vinum differt et acetum, sicut viuum et mortuum ſm philosophũ. Sed si vinũ sit in via quasi acescendi, tũc idem est iudicium, qđ de pane qui est in via ad corruptionez, scilicet quod p̄ot confici: peccat tñ hmõi cõficiens grauiter, propter irreuerentiam sacramenti. Sanctus Thomas et Albertus. Et addit Albertus, quod si vinũ putridũ sit tantũ, q̄ vini naturam perdiderit: non potest cõfici. Quod si nõ est corruptũ: sed in via: potest confici, sed tñ cõficiens peccat, vt dictum est de vino: quod tendit in acetuz. Et idem intelligenduz de vino multuz pontico, siue acri. De agresti non potest confici. Sanctus Thomas et Albertus. De musto potest confici, non tamen faciendum de multum recẽti propter impuritatem. Sãctus Thomas et Petrus. Si vino apponatur tanta aqua, quod non conuertatur in vinum: non conficitur. Et non debet apponi aqua rosacea: vel alia artificialis. Si tamen apponeretur in tam modica quantitate: quod in vinum conuertentur: cõficeretur. Hec sanctus Thomas et Petrus. ¶ Item si sacerdos post consecrationem corporis: scilicet ante consecrationem sanguinis percipiat, aut vinum aut aquam non esse in calice, debet statim apponere et cõsecrare. Si vero post omnia verba consecrationis percipiat: q̄ vinuz non fuerit

rit positum, sed aqua: si quidem hoc percipiat ante sumptionem corporis: debet deposita aqua si ibi fuerit, ponere vinum cum aqua et resumere a verbis consecrationis sanguinis. Si vero hoc percipit post sumptionem corporis, debet apponere aliam hostiã simul cum sanguine iterum consecrandam, et in fine sumere hostiã iterũ consecratam et sanguinem: non obstante etiã si prius sumpsit aquã que erat in calice: quia preceptum de perfectione sacramenti maioris põderis est: quam preceptum: quod hoc sacramentũ a ieiuno sumatur. Hec sanctus Thomas. ¶ Ex predictis nunc verbis demonstrantur illa duo, que supradicta sunt: cum de defectu panis dictum est. Dicit etiam scũs Thomas, quod nõ sufficit sacerdoti solam hostiam sumere, ne imperfectum remaneat sacramentum: sed si solum sanguinem aliquis consecraret et sumeret: ita remaneret sacramẽtum imperfectum: sicut si solam hostiam consecraret et sumeret. Tunc aũt solum sanguinem consecrasset et sumpsisset: si post sumptionem sanguinis cognosceret: quod hostia non fuisset triticea: vel quod fuisset corrupta. Et vt hic dicit scũs Tho. etiam si solutum sit ieiunium, quod repetendum est sacramentum, vt sit integrũ. Et cũ misse celebritas terminetur benedictione sacerdotis, vt dicetur infra: non ita iudicandũ est de defectibus misse reparãdis ante benedictionem sacerdotis, cum adhuc stet officiũ misse, et post benedictionem: qñ iam est solutũ officiũ misse: quia post benedictionẽ, quicquid fieret, magis videretur iteratio misse, quam reparatio defectus. Item ex verbis sci Tho. imediate supradictis, apparet, quod in reparatione sacramenti imperfecti sufficiat resumere a verbis consecrationis: inde tñ oĩa ordinate sunt repetenda, quia vt dicit. 7. q. 1. perfecta non põt dici sacramenta: que pfectum nõ hñt ordinẽ. Et. s. Tho. dicit: quod immane est sacrilegiũ: si nõ pficiat hoc sacramẽtũ. Unde cõcilium Toletanum tulit sententiam excõicationis in eos, qui cum possunt, non perficiunt istud sacramentum, vt patet supra in loco decreti immediate allegato. ¶ De defectu aque. Ca. 40.

Sacerdos si percipiat aquam non fuisse appositam in vino ante consecrationem sanguinis, ponat eã: et dicat verba consecrationis. Si autem percipiat post consecrationem sanguinis, nullo modo debet postea aquam apponere: quia non est de necessitate sacramenti: et sequeretur corruptio sacramenti in aliqua parte. Siquis tamen ante consecrationem scienter dimitteret appositionem aque, grauiter peccaret: quia ageret contra constitutionem ecclesie, et quia dñm apposuisse creditur. Non autem suf-

ficit quod aqua apponatur, quando vinū adhuc est in dolio, q2 hoc non significaret aliquid, sed oportet vt imminēte oblatione appo/natur ad sacramentū. Hec. s. Tho. ¶ De defectu forme. Cap. 41.

PRo notitia forme, sciendu3 est, quod Ambrosius in libro de sacramentis dicit, quod hoc sacramentū cōficitur in verbis, ⁊ sermonibus christi. Ex quo dicto concludit. s. Tho. quod forma cō secrationis huius sacramenti sit, Hoc est enim corpus meū: ⁊ hic est enim calix sanguinis mei, noui ⁊ eterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, ⁊ pro multis effundetur in remissionē pctōꝝ. Illa vero verba. Accipite ⁊ manducate, pertinent ad vsum ma/terie ꝯsecrate. Similiter illa verba, Hec quotiescunque ⁊c. per/tinent ad vsum huius sacramenti, q2 vsus non est de necessitate sa/cramenti: vt dicit idem. s. Tho. Ite3 illa cōiunctio, enim: nō est de substātia forme: tamen dici debet ꝓm vsum ecclesie, qui vsus a bea/to Petro initium sumpsit. Etia3 beatus Tho. dicit: quod si predi/cte forme mutentur nihil efficitur, etia3 si videant verba idē signi/ficare: similiter si aliquid de dictis formis diminuitur. Si vero ali/quid adderet, ꝙ significationē nō mutaret: nec errorē induceret, magnum peccatū esset, tamē cōficeretur ꝓm Albertū. ¶ Dicit au/tem sctūs Thomas, quod forma predicta vtens pronoīe demon/stratiuo, ostendit, quod materia cōsecrāda debet esse corā sacerdo te. Unde sacerdos existens in domo sua, non potest consecrare pa nem, qui est in altari, aut etiam in foro, vel vinum, quod est in cella/rio. Sed quantacunq3 sit quantitas panis ⁊ vini, que cora3 sacer/dote ponitur, potest ab ipso consecrari. s. Thomas etiam dicit, ꝙ si sacerdos non recordetur se dixisse ea, que in consecratione com/muniter dicunt: nō debet ex hoc turbari. Non eni3 qui multa di cit, omnium recolit que dixit. Si tamen sacerdoti probabiliter constet, se aliqua omisisse: siquidem non sunt de necessitate sa/cramenti, non debet resumere immutando ordinem sacrificij, sed debet vlterius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum: que sunt de necessitate sacramenti, scilicet forma3 consecra tionis, debet resumi ipsa forma, ⁊ cetera per ordinem recitari.

¶ De defectu intentionis ministri Capitulum. 42.

NOn solum autem necessaria sunt ad conficiendum predicta verba, sed etiam requiritur intentio: q2 ꝓm Augustinū, in sa/cramentis sine intentione nihil agitur. Unde sanctus Tho. dicit, quod ad perfectionē sacramenti requiritur intentio ministri, q se subijciat principali agenti: scilicet vt intendat facere quod christus

fecit

fecit ⁊ ecclesia: ⁊ dicit, quod nō est necessaria intentio actualis, sed sufficit habitualis, vt conficiatur. Puta: si sacerdos cum accedit ad altare ad celebrandum intendit facere quod facit ecclesia, perficitur sacramentum. Sed si postea suspendatur eius intentio per aliam occurrentem cogitationē: nihilominus perficitur sacramentum ex virtute intentionis proposite. Tamen studiose curare debet minister sacramenti, vt etiam actualez adhibeat intentionē. Et dicit, quod cuz aliquis non intendit sacramentū perficere, sed delusorie aliquid agere, talis peruersitas tollit virtutem consecrandi, ⁊ virtutem sacramenti: precipue quando intentionez exterius manifestat. Si autem intentio ministri peruertatur quantuz ad id quod sequitur sacramentum, puta si sacerdos intēderet conficere corpus christi, vt eo ad veneficia vteretur: quia prius non dependet a posteriori: talis intentionis peruersitas veritatem sacramenti non tollit, sed minister ex tali intentione grauiter peccat. Dicit enim Albertus quod si alique hostie ex obliuione remaneant in altari, aut aliqua pars vini, ⁊ sacerdos conficiat, illa non sunt consecrata: q2 de eis non intendit. ¶ Durandus autem posuit casum. Si sacerdos habeat coram se vndecim hostias: ⁊ intendit consecrare decem, querit quot sint consecrate. Respondet distinguendo: quod hoc potest primo duob9 modis intelligi. ¶ Uno modo quod numerus sit solum in intētione ⁊ non in opinione, intentio autem sit quicquid sit coram se consecrare, verbi gratia. Si aliquis habeat consecrare, ⁊ coram se habeat vndecim hostias: ⁊ opinatur esse decem, ipse vero intendit consecrare quicquid est coraz se, patet quod eius opinio fertur ad numerū: sed eius intentio non fertur ad numerum, vnde q2 effectus consecrationis sequitur intentionem, ⁊ non opinionem: omnes vndecim sunt consecrate. ¶ Alio modo potest intelligi predictus casus, quando dicitur, habet coram se vndecim hostias, ⁊ intendit consecrare decem, vt non opinio, sed intentio feratur ad numerū: ita. s. quod nō velit plus q̄z decē, sed tantū decē ꝯsecrare: tūc in tali casu predictus doctor facit secundā distinctionem, dicens: ꝙ hoc duobus modis ꝯtingere pōt. ¶ Uno mō quod sciat veritatez numeri, alio mō quod ignoret veritatē numeri. Et si sciat veritatē numeri. s. ꝙ hostie sint vndeciz, ⁊ ipse decē tm̄ ꝯsecrare intendit: aut decē distincte intēdit ꝯsecrare. Et pz, ꝙ ille decem tantū sunt ꝯsecrate, de quibus intēdit: ⁊ vndecima, de qua nō intēdit, nō est ꝯsecrata. Aut sacerdos scit esse hostias vndecim, ⁊ intēdit consecra-

re decem: non distinguẽdo vel determinãdo quas decẽ intẽdit: ⁊ quam vndecimam nõ intendit, sed intẽdẽdo decẽ ex illis cõsecrare, tũc nulla est cõsecrata, eo quod intẽtio nõ fuit ad aliquã determinatam. Et cum isto dicto satis concordat .s. Tho. in .3. parte. q. 63. vbi dicit: quod minister sacramẽtorũ est sicut instrumẽtũ principalis agentis .s. christi vel ecclesie. Et cum tale instrumentum habeat cognitionẽ, requiritur, quod per intentionẽ se determinet ad opus: quod in virtute principalis agẽtis pducere debet. Ideo sequitur quod vbi nõ determinat se, nihil operat̃. Si vero sacerdos ignoret veritatem numeri hostiarum: ⁊ intendit decẽ hostias tãtũ consecrare. dicit idem Durandus, ꝙ eodem modo distinguendũ est, vtrum determinet quas decem intendit: vel non determinet. Et respondendum est sicut in casu immediate precedẽti. ¶ Sed dubitatur qñ cuꝫ numerus ignoretur. Cui dubitationi rñdetur: hoc posse cõtingere: quod deceꝫ hostias videat extensas, ⁊ vna ibi lateat. Ipse auteꝫ intendit oẽs: quas videt: ⁊ nullã aliã cõsecrare. Vel põt esse: quod decẽ ipse ibi posuerit, ⁊ vna erat ibi: quã nesciuit: ipse vero intendat oẽs illas quas posuit cõsecrare, ⁊ redit hic casus in casum supra positum Alberti: qꝛ tunc illa nõ est consecrata: quam nesciuit ibi esse: ⁊ oẽs alie consecrate. Si autẽ vnaꝫ plus ipse posuerit: quam crediderit: vel alius vndecim posuerit: ⁊ ipse mandauit poni decem: ⁊ non intendit consecrare nisi decem tantum, tunc non est determinat eius intentio, ⁊ sicut supradictum est, nulla est consecrata.

¶ De defectu vestimentorum. Cap. 43.

Sciendum est quod ſm .s. Tho. ⁊ Alber. ⁊ oẽs alios theologos, si omittatur aliquid de his, que ad ritum celebrationis pertinet, quilibet omittens aliquid tale, puta tẽpus debituꝫ, altare tribus mappis coopertum, vestes, ⁊ hmõi, grauiter peccat: nihilominus consecrat, si est ordinatus, ⁊ adsit eius ĩtẽtio, ⁊ debita materia, ⁊ debita forma: sed grauissime peccat, si scienter hoc faciat. In his potes colligere que sint illa, sine quibus nõ ꝯficitur .s. materia debita: ⁊ forma cum intẽtione: ⁊ ordo in cõficiẽte. Quicquid hoꝝ quatuor deficiat, non conficitur sacramentũ. Et istis quatuor existentibus, quibuscunqꝫ alijs deficientibus, veritas adest sacri. ¶ Secũm Hostienseꝫ sufficit, quod vnus sit presens in missa, qui sacerdoti respõdeat: ꝗ̃uis de consecra. dist. 1. dicatur quod duo requiruntur. Mulier in missa ministrare non põt. ¶ Etiam sine lumine non debet aliquis celebrare. extra de celeb. mis. c. ex parte.

¶ De defectibus dispositionis corporis. Cap. 44.

IN concilio Toletano factum fuit preceptū sacerdotibus: ꝙ nullus sacerdos post potum cibū́qз quantū́cūqз minimuз sumptuз: missā celebrare presumat. Et glo. ibidē dicit, quod intelligitur de cibo vel potu post mediam noctem sumpto, qꝛ in media nocte incipit dies ſm ecclesiam. Et nos videmus esse verum, qꝛ tunc incipitur officium diei. s. matutinuз quasi pertinens ad mane illius diei velut initium. Dicit ēt. s. Tho. ꝙ post sumptionez aque, vel alterius, potus aut cibi, aut etiam medicine: in quātacū́qз parua quantitate, nō licet cōmunicare, nec refert vtrū nutriat, aut non aut per se, aut cum alijs: dummodo sumatur per modum cibi vel potus: reliquie tamen cibi remanentes in ore ⁊ si casualiter transglutiantur, non impediūt cōionē, qꝛ non transglutiuntur per modum cibi: sed per modum saliue: que vitiari non potest. Si autem ante mediam noctem sit sumptus cibus vel potus, potest communicare. Nec refert vtrum postea dormierit, vel vtrum cibus sit digestus, quantum ad rationem precepti: tamen posset impedire quantum ad turbationem mentis in hoc, quod tollitur deuotio.

¶De immundicia corporali. Cap. 45.

DE immundicia vero corporali dicit. s. Tho. quod cum iste cibus non est corporis, sed mentis, ideo in eius sumptionē magis est consideranda dispositio mentis, quā corporis. Et ideo dicit, quod si immūdicia corporalis sit ꝑpetua: siue diuturna: nō est abstinenduз a cōione: ne ꝑꝑ immundiciā corporis ꝑdatur fructus mentis, Si autez immundicia sit temporalis, ⁊ potest purgari, nō prohibetur si est bene dispositus in mente. Tamen laudabile foret abstinere pro modico tempore. Si autez sacerdos infra missā recordatur se non esse ieiunuз, quid faciendum sit, vide in sequēti rubrica in fine.

¶De defectibus dispositionis anime. Ca. 46.

INterdictus, suspensus, ⁊ excōmunicatus etiam iniuste, cōmunicare non debet, qꝛ in talibus est defectus rei significate. s. defectus vnitatis corporis mystici. Item quicunqз cum consciētia peccati mortalis: ad cōmunionē accedit: mortaliter peccat. Prime ad Cor. 9. Qui manducat ⁊ bibit indigne: iudiciū sibi ⁊c. Item non sufficit ei qui cōicare intendit, quod sit soluз contritus: immo si habeat copiam sacerdotis, qui cum possit absoluere, peccat sine confessione communicando. Si vero non habet copiā: tūc si immineat necessitas cōicandi vel celebrandi, puta: quia timetur scandalum populi: vel iam inceptum est mysteriuз sacramenti: vel aliquis infirmus loquelam amisit; ⁊ est in proposito confitendi:

Abscisum siquidem mēbruз est ab ecclesia.

minister non peccat quam citius potest communicando: vel aliis ministrando: si primo non possit confiteri. Hec Pe. & Alber. & sanctus Tho. Sacerdos autem, qui cum conscientia peccati mortalis accedit ad altare, non solum peccat mortaliter propter communionem: sed etiam quia exercet actus ordinis: vt ostendunt. s. Tho. & Alber. Verum pro sola executione actuũ ordinis sufficeret ei sola contritio sine confessione, vt dictum est. In nullo autem casu potest aliquis celebrare vel communionem recipere sine contritione: quia mortaliter peccat. ¶ De pollutione. Cap. 47.

POllutio in somnis impedit cõmunionẽ, quando causata est a cogitatione precedenti, que fuerit peccatum mortale, si cõsensus fuerit in tali cogitatione de actu, vel si consensit in delectatione cogitationis. Si dubium est, vtrum in precedenti cogitatione fuerit peccatuʒ mortale, abstinendum est, nisi necessitas aliqua requirat: quod celebret siue communicet. Si vero certum est ꝙ in precedenti cogitatione non fuerit peccatum mortale, vel si nulla cogitatio precesserit, que causa pollutionis fuerit, communicare potest: nisi pollutio tantum perturbauerit mentem ex commotione corporis, quod deuotionem habere non possit, & cum fuerit abstinendum: tempus quo abstinendum est sunt 24. hore. Hec sanctus Thomas. ¶ Si sacerdos post consecrationem inceptam recordetur se comedisse vel bibisse: nihilominus debet perficere sacrificium & sumere sacramentum. Et si recordetur se peccatum commisisse, debet penitere: & dolere cum proposito confitendi, & satisfaciendi, & sic non indigne, sed fructuose potest sumere sacramentum. Et eadem ratio est, si meminerit se cuicunque excommunicationi subiacere. Debet enim assumere propositum absolutionem petendi: & sic per inuisibilem pontificem Iesum christum absolutionem consequitur quantum ad hunc actum, per quem agit diuina ministeria. Si vero ante consecrationem alicuius predictorum memor sit, tutius reputarem maxime in casu excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac manducationis quod missam inceptam deserat, nisi timeretur graue scandalum. Hec sanctus Thomas. ¶ De defectibus missam celebranti interdum occurrentibus. Capitulum. 48.

SAcerdos, qui celebrat missam, debet semper sumere sacramentum integrum: vt dicitur supra in rubrica de defectu panis & vini. Quod debeat sumere: patet de consecr. dist. 2. relatum. Toties autem sumat quoties celebrat: quia ipsum sacramentum

mentum in sumptione complementum sue significationis accipit. Et intelligendum est nisi per violentiam impediatur, vel per infirmitatem, vel per mortem, vel huiusmodi. Et si plures missas aliquis celebrat in vna die, solum in vltima percipiat perfusionem, et non in precedenti quia tunc non esset ieiunus, nec aliam missam celebrare posset: extra de celebratione mis. ca. ex parte. Sed si sacerdos post consecrationem infirmetur, et non habeatur alia hostia, nihilominus debet alius sacerdos requiri, qui scilicet missam prosequatur ab infirmo non completam, et hostiam debet diuidere: et vnam partem ipse sumere: et aliam infirmo dare. Hec. s. Tho. ¶ Item si sacerdos morte aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis non oportet quod per alium suppleatur. Si vero consecrato corpore ante consecrationem sanguinis: vel etiam consecrato vtroque: debet celebritas per alium expleri: vt. 7. q. 1. ca. nihil. s. Tho. Quomodo autem missa compleatur, ostẽdit prefatus canon supradicti concilij dicẽs. Non enim aliud explementum initiatis mysterijs competit, quam aut incipientis aut subsequentis benedictione completa sit sacerdotis. Quantum autem ad hoc obligetur sacerdos, ostendit in ipso eodem ca. inferius, vbi dicitur. Nullus absque patenti prouentu molestie minister vel sacerdos cum ceperint, imperfecta officia presumat omnino relinquere. Siquis autem hoc temerarie presumpserit, excommunicationis sententie subiacebit. ¶ De perturbationibus occurrentibus missam celebrantibus. Cap. 49.

POst tractatum de defectibus misse, dicendum est de perturbationibus interdum occurrentibus his, qui missam celebrant. Turbatur autem missa aut propter scandalum sacramenti: aut propter scandalum sacerdotis. Scandalum sacramenti est si cadat, aut si vomitu proijciatur. Scandalum sacerdotis est si sumere nequeat, aut propter commistionem alicuius abominabilis, vel periculi: aut propter apparitionem alicuius speciei, que non debet comedi vel potari. ¶ Quando cadit corpus Christi. Cap. 50.

SI propter frigus vel negligentiã: hostia dilabatur in calicẽ. propter hoc non est necesse aliqd reiterari: qr q solum minima pars hostie mittatur in calicem: hoc respicit corpus christi mysticum: ideo pretermissio huius non facit imperfectionẽ sacramẽti. S. Tho. ex concilio Aurelianensi. de cõse. dist. 2. dicit Qui bene non custodierit, aut qui sacrificium pdiderit in ecclesia, aut pars eius ceciderit: et non inuenta fuerit. 30. dies peniteat. De penitentia vi/

de in sequenti capitulo. ℂ Quando cadit sanguis christi. Cap. 51.

SI per negligentiā aliqd de sanguine christi ceciderit, si qdē super tabulam, que terre adhereat, lingua lābatur, ꝛ tabula radatur. Sed si non fuerit tabula, locus ipse radatur ꝛ cōburatur. Cinis vero iuxta altare recōdatur, ꝛ sacerdos. 40. dieb⁹ peniteat. Si vero super lapidē altaris ceciderit: sorbeat sacerdos stillam: ꝛ tribus diebus peniteat. Si super linteū altaris, ꝛ ad aliud linteū peruenerit stilla: quatuor diebus peniteat sacerdos. Si vsqꝫ ad tertiū peruenerit. 9. diebus peniteat. Si vsqꝫ ad quartā. 20. dieb⁹ peniteat. Predictis autem dieb⁹ debet sacerdos ieiunare, ꝛ a cōio ne cessare: pensatis tamē cōditionibus negotij ꝛ psone, pōt minui vel augeri ad penitentiam predictā. Hec. s. Tho. Et idem intelligendum est in sequenti capitulo: ꝛ abluantur tribus vicibus linteamina, que stillam tetigerunt, calice supposito: ꝛ aqua ablutionis iuxta altare condatur. De conse. dist. 2. si per negligentiaꝫ. Potest tamen sumi a sacerdote, nisi propter horrorem dimittatur: vt ponit sanctus Tho. Et cautum est, vt pars illa lintei siue palle: post ablutionem abscindatur ꝛ comburatur: ꝛ cinis in altari condatur. Hec. s. Tho. ℂ De vomitu sacramenti. Cap. 52.

SIquis eucharistiam euomuerit, si sit laicus ꝛ per ebrietatem vel voracitatem euomuerit. 40. diebus peniteat. Clerici vero ꝛ monachi, presbyteri, diaconi, ꝛ subdiaconi. 70. diebus peniteant. Episcopus autem. 90. Si vero causa infirmitatis euomuerit. 7. diebus peniteat. De cōsec. dist. 2. ca. Siquis per ebrietatem. Et debet vomitus cremari: ꝛ cinis iuxta altare recondi: vt supradictum est. Hoc tñ obseruādū, q̄ vbicūqꝫ spēs integre inueniātur, sunt reuerēter ꝯseruāde ꝛ sumēde: q2 remanētibus speciebus remanet ibi corpus christi. Hec sanctus Tho. ℂ De musca, vel aranea: vel veneno mistis cum sanguine Christi. Cap. 53.

SI musca vel aranea in calicem ceciderit, vel venenum mistum fuerit: si sacerdos ante consecrationem hoc deprehenderit debet calix ablui, ꝛ aliud vinum consecrandum apponi. Si vero aliquod eorum post consecrationem euenerit, debet animal caute capi ꝛ diligenter lauari ꝛ comburi: ꝛ ablutio simul cum cineribus in sacrarium mitti. Quod si venenum ibidem esse deprehenditur, nullo modo debet sumi, nec alteri dari: ne calix vite vertatur in mortem, sed diligenter in vasculo seruari debet: ꝛ ne sacramentum remaneat imperfectum: debet aliud vinum apponi, ꝛ sacerdos debet resumere consecrationem

sanguinis

sanguinis dentio, et sacrificium perficere. Hoc intellige si corpus non sumpserit, quia tunc aliter faciendum esset, sicut supradictum est in rubrica de defectu panis et vini: scilicet quod nouum panem apponat. Regula est autem quod nihil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti. ar. de consec. dist. 2. si per negligentiam. Hec. s. Tho. ¶ De noua specie apparente. Cap. 54.

Quando corpus christi apparet in alia specie, cum vsus huius sacramenti sit per manducationem, quando scilicet apparet in specie pueri vel carnis cruentate, vel simili modo, non habet rationem cibi: nec debet sumi ab eo cui sic apparet. Quod si omnibus appareat debet cum reliquijs poni. Hec. s. Tho.

¶ Explicit de defectibus in missa occurrentibus.

¶ De horis canonicis a sacerdotibus dicendis, ex libro qui intitulatur Uia salutis: edito a Don Armando de Auzeria Abbate sancti Saluatoris de Lodona.

Dictum est supra de sacramento misse, ad quod prohibemur accedere nisi lotis manibus: id est sine laudib⁹ domini nostri Jesu christi. Et ideo sancta mater ecclesia septem laudes, id est horas canonicas istituit quolibet die deo per clericos: et spiritualiter presbyteros offerendas. De quibus loquitur ps. 118. Septies in die laudē dixi tibi domine: et transumptiue. 91. dist. c. presbyter circa medium. De celeb. missa. ca. 1. et ibi plene in glo. fi. Nam sicut cadimus septies in die per peccatum, vt habetur Luce. 17. et de peniten. distin. 3. ca. septies Ita resurgamus p septem horas, id est laudes canonicas: et primo dicendū est de hora matutinali. ¶ De matutinis. Cap. 1.

Scias, quod matutinum officium propter carnis illecebras domandas, psallendo et orando, fuit a sanctis patribus institutum. ¶ Probatur eccle. 31. Uigilia honestatis tabefaciet carnes. ¶ Et dicuntur matutine communiter in media nocte, vt ait propheta. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. ps. 118. Et habetur transumptiue. 91. distinctione presbyter mane in fi. et de celeb. mis. c. 1. in fi. Ratio est: quia christus in eadem hora natus fuit. ¶ Secunda ratio est: quia in illa hora captus fuit tempore passionis, et illusus a iudeis. ¶ Tertia ratio est: quia in illa hora vel quasi surrexit, et infernum spoliauit: et venturus est iudicare seculum per ignem, prout multi dicunt: et habetur Matthei. 25. cap. ¶ De laudibus. Cap. 2.

Laudes vero dicimus ad tentationes diaboli repellendas. vnde Esa.26. Expergiscimini & laudate, q habitatis in pulnere.s.carnis. ¶ Item dicuntur ad coronā glorie obtinēdam: iuxta illud quod dr in Inuitatorio quadragesime. Nō sit vobis vanum mane surgere ante lucem: qr promisit dn̄s coronā vigilātib⁹. Et dicimus hoc officium in signuz q iudei valde mane ante ortū diei conuenerant & se ɔgregauerūt, vt interficerēt iesuz. ¶ Scd̄a ratio: quare in hac hora laudes deo vero canimus, est, vt et de ei⁹ natiuitate & captione & nostra liberatione grās agamus, & eius aduentum cuz gaudio expectemus. ¶ Tertia rō est, quare laudes illa hora dicimus: quia deus mūduz in mane creauit, & Aegyptios in mare submersit: & a mortuis resurrexit. Et ideo consonū est: vt illa hora Deo laudens debitas referamus, ne in mare huius mundi cum Aegyptijs demergamur, & vt pro nostra creatione, & eius resurrectione gratias deo reddamus. ¶ De prima. Cap. 3.

Primaz dicimus in signuz, quod in ista hora christus ad templum conueniebat, & populus mane ad eum venire festinabat. Et ideo nos exemplo eius ad horam primam vadimus: in ortu solis eam dicimus. ¶ Secunda ratio: quare ista hora prima dicitur, potest esse: quia tali hora Christus ligatus Pilato iudici fuit presentatus, vt habetur Matthei. 27. ¶ Tertia ratio est: quia ista hora mulieribus apparuit, vt habetur Joan. 20. Et ideo in hac hora prima diei laudes deo exoluimus, vt ipsum imitemur: & sibi resurgēti & apparenti gratias agamus, & vt tanquā omniū principio ipsius diei primitias exoluamus. ¶ De tertia. Ca. 4.

Tertiam dicimus in signum, q illa hora chr̄s linguis iudeorū morti fuit adiudicatus, vt habetur de peni. dis. 1. periculosa. ¶ Secunda rō est, qr in hora tertia spūs sctūs super discipulos descendit. Unde cantat sctā mr̄ ecclesia. Dum hora cunctis tertia: & Act. 2. cum sit hora diei tertia. ¶ Tertia ratio est: qr tali hora chr̄s ad colūnam fuit ligatus, & ibidē atrociter verberatus: deinde fuit in cruce positus, vt clare habentur ista oīa de christi passione in sacris euāgelijs & de consec. dist. 1. nocte sancta. ¶ De sexta. Cap. 5.

Sextam dicimus in signum, q in illa hora fuit christus crucifixus manibus militum, vt habetur Joan. 19. quasi in fine. & de peni. dis. pericolose. ¶ Secunda ratio est: quare in hora sexta oramus, qr ista hora christus clauis cōfixus est, & tunc tenebre, per vniuersum mundum facte sunt. Nam sol quasi lugens vestibus nigris se induit, vt crucifigentibus deū lumen nō preberet, immo

probiberet

prohiberet inquantum posset, prout legitur Luce. 23. ¶ Tertia ratio est: quare in hora sexta deum laudamus, quia tali hora christus discipulis suis recumbentibus apparuit, et ipsis cernentibus est elevatus in celum. Luc. 24. Mar. 16. Act. 1. ¶ De nona. Cap. 6.

Nonam dicimus in signum, quod christus dei filius passus illa hora reddidit deo patri spiritum dicens. In manus tuas etc. vt habetur Luce. 23. et de celeb. mis. c. in quadam. §. non ad esse hominis, ¶ Secunda ratio est, quare hora nona deum laudamus, quia illa hora, vt legimus, miles cum lancea latus aperuit, vnde exiuit sanguis et aqua, vt habetur Joan. 19. et de consec. dist. 2. c. 1. de summa trini. c. 1. in cle. ¶ Tertia ratio est, quia in hora nona cetus apostolorum ad orandum conuenire consueuerat. Act. 3. Et ideo nos exemplo ipsorum idem facere debemus, iuxta illud quod habetur de elec. ca. significasti. 2. q. 1. ca. deus omnipotens. ¶ De vesperis. Cap. 7.

Vesperas dicimus in signum, quod christus illa hora cum sero factum esset: in cena sacramentum corporis et sanguinis sui instituit: et pedes discipulorum lauit, vt habetur Joan. 13. ¶ Secunda ratio est: quare in hora vespertina deum laudamus: quia in ista hora Christus fuit depositus: prout habetur Matthei. 27. ¶ Tertia ratio est, quia in hora vespertina discipulis euntibus in castellum Emaus, christus in habitu peregrini apparuit, vt habetur Luc. vlt. et 1. q. 1. Dominus in patria. ¶ De completorio. Cap. 8.

Completorium dicimus in signum, quod illa hora corpus christi positum fuit in sepulchro, vt habetur Luce. 23. et de consec. dist. 1. consulto. ¶ Secunda ratio est: quia in hac hora christus sudauit guttas sanguinis, seu sanguineas, vt habetur Luce. 22. de cele. mis. c. in quadam. §. penul. in fi. ¶ Tertia ratio est: quia in hac hora deputata fuit custodia monumenti sui sacratissimi corporis, vt habetur Mat. vlt. ¶ Quare diuersimode hore incipiuntur. Cap. 9.

Et est notandum, quod contingit peccare tripliciter. s. corde, ore, et opere. Ideo tribus modis diuersis incipiuntur hore. Et matutine quidem: per Domine labia mea aperies. Completorium, per Conuerte nos deus salutaris noster. Alie hore per medium. s. Deus in adiutorium meum intende. ¶ Domine labia, dicimus contra peccata oris, Deus in adiutorium, contra peccata operis. Conuerte nos deus, contra peccata cordis. ¶ Sed quia in peccato cordis, et oris, est aliquid operis: ideo per omnes horas diei dicimus, Deus in. Monachi autem in matutinis dicunt prius Deus in adiutorium etc. et post Domine labia mea aperies. Et ratio est: quia sine auxilio dei nec corpus nec labia ad

eius laudē operari vel apiri nō possunt. Et ideo dr̄ Joā. 15. Sine me nihil potestis facere: ⁊ habet transumptiue. 26. q. 4. ca. episcopi eorum quasi in fi. ¶ Hymni qui dnr̄ ad horas diei significāt laudem. ¶ Psalmi, qui similiter dicuntur ad horas, significāt bonā ⁊ diuinam operationem. ¶ Antiphone significant charitatis copulam. ¶ Capitula exhortationem boni operis seu diuini. ¶ Responsoria significant bona opera. ¶ Versiculi siue ℣. significant fructus. ¶ Oratio significat misericordiam Dei que precedit ⁊ subsequitur hominem in bonis operibus.

¶ De his qui tenentur dicere horas canonicas. Cap. 10.

Tria ex sacris canonibus sunt accepta q̄ ligant ad diuina officia hoies, Ordo, beneficiu3 & solemnis religiosorum pfessio.

ET nota quod sacerdos promotus ad sacros ordines, vel habens beneficium ecclesiasticum tenetur ad istas septem horas dicendas: vt probatur. 91. dist. ca. presbyter. ⁊ de cele. missa. ca. presbyter. ⁊ ar de apostatis. ca. 1. Et hoc verum est nisi sint infirmi: nam tunc excusantur. ar. 91. dist. ca. clericus victū. Et ex hoc p3 q᷑ non debent immiscere horas sub vna ozone, sicut aliq faciunt: ⁊ male: sed singulas dicant distincte. Debet autem clericus horas reddere in ecclesia si potest iuxta dictū Psalmiste. In ecclesijs benedicite dominū. Alias reddat vbi honeste ⁊ cōmode poterit. Debent etiam se conformare clerici iuxta modū ⁊ ordinē officiādi sue ecclesie cathedralis. De consec. dist. 2. Institutio. 12. dist. de his. ¶ Officium vero mortuorum pretermitti non debet: nisi dies solemnis impediret: vt extra de celebra. missa. ca. quidam enim. Et est ratio quia quicquid possidemus, ex mortuis habuimus.

¶ Explicit de horis Canonicis.

¶ Quibus hoc sacratissimum Sacramentum dispensandum sit: ⁊ quibus non. Cap. 1.

Dicto superius qualiter sacratissimum corpus domini nostri Jesu christi sit rite consecrandum, restat nunc dicendum quibus ⁊ qualiter sit dispensandum. Ubi primum notādum, quod sacerdos ex debito officij sui d3 suos parochianos ⁊ subditos diligētius verbo ⁊ exemplo informare, ⁊ inducere ad deuotionē3 tanti tāq3 salutiferi sacramenti. De cele. missa. ca. Sane. Na3 in imēsitate tāti sacramenti oculus caligat rōnis. Credere enim iubemur, discutere prohibemur: sed fini q᷑ sancta Romana eccl'ia credit, eos ad credēdū iducat: ⁊ q᷑ ab ea deuiare nec in vita nec in morte intēdant, vt accedat quod legitur. 24. q. 4. Duo ista. De hereticis ad abolendam ⁊ eodem

idem tit:ca.super eo.lib.6. Aduertendū est aūt q̄ sacerdos ꝑꝑ periculum effusionis sanguinis christi, non cōmunicat pplm de sanguine ex calice. Sed hoc nihil refert, q2 in hostia consecrata est totuz corpus, ⁊ totus sanguis, anima, ⁊ diuinitas Christi: ⁊ similiter i calice consecrato sanguine est totus christus, sicut in hostia, vt predictum est. Sacerdos autem rationabiliter suscipit vtrūqz in missa: quia hoc facit in memoriaz passionis dñi nostri Jesu christi: in qua totus sanguis christi fuit a corpore separatus ⁊ in terra sparsus.

¶ Que sint que impediant communicandum. Cap. 2.

Sacerdos igitur sacramentuz dñici corporis dispensaturus, debet illud dare omnibus christi fidelib⁹, saltim semel in anno: postquā ad annos discretionis puenerint, tā masculis q̄z feminis. De peni. ⁊ remis. c. oīs vtriusqz nisi aliquod impedimētuz occurrat. ¶ Impedimenta autem sunt ista. ¶ Primo omnis hereticus, schismaticus, excommunicatus. 1. q. 1. c. reperiunt. ¶ Simoniacus publicus, cōcubinarius, ⁊ notorius pctōr. videlicet ꝯfessus: vel conuictus: vel damnatus de crimine: ita q̄ nulla possit tergiuersatione celari, non est cōicandus, si in talibus ꝑseueret: q2 hoc sacramentū danduz est penitētibus, ⁊ nō ꝑseuerātibus in pctō. Nā ex institutione ecclesie, nullus debet cōicare, nisi prius ꝯfiteat̄. c. oīs. de peni. ⁊ re. supra allegato. Unde, quādo sacerdos scit aliquē publicuz pctōrē, nō debet euz cōicare, nisi ꝯstet de emēdationis ꝓposito. Si autem sciuerit pctm̄ subditi secretum, ⁊ ille in pascha petit cōmunionē ⁊ ī publico, ex offō tenetur ipsuz cōicare. extra de offi. iu. ordi. c. si sacerdos. exemplo christi, qui Judā cōicauit: quez sciebat esse traditorē. ¶ Scdo non est cōmunicādus histrio, magus, scenicus, leno, ⁊ alij publicis ⁊ iniustis actibus deseruientes. De consec. dist. 2. pro dilectione. ¶ Tertio pueris ante annum discretionis: ⁊ amentibus ⁊ furiosis non est dandum hoc sacrm̄. Si tn̄ furiosus habet lucida interualla, ⁊ deuote petit sacrm̄, superueniēte furia potest cōicari, nisi timeatur de vomitu, vel sputo, vel alia irreuerentia sacramēti. 26. q. 6. c. is qui. Idem dicendū de freneticis.
¶ Quarto infirmanti ⁊ petenti sacrm̄, si timetur de vomitu, non debet dari predicto. c. is qui. ¶ Quīto polluto pollutione nocturna, que prouenit in causa peccati mortalis, puta quia cōsensit in cogitationem turpem carnalez, vel q2 studiose inebriatus est: vel crapulatus: si ex aliqua istarum causarū sequit̄ pollutio: ꝓhibēdus est a cōmunione. Si vero ex demone: vel infirmitate: vel purgatione nature hoc euenit: non est ei deneganda cōio. ¶ Sexto coniuga/

ti debent per triduum ante sacramenti cõionem abstinere ab actu carnali. De cõsec. dist. 2. c. omnis homo. Qui si voluptate ducti inuicem miscentur: probibẽdi sunt a cõione. 33. q. 4. ca. vir cũ propheta. Similiter in delectatione, ebrietate, vel crapula non fuit deliberatio: quãuis fuerit pctm̃ veniale: non debet ei denegari sacr̃m. Melius tamen esset pro tali die abstinere a cõione. ¶ Septimo probibentur a cõione pugnantes in duello. 2. q. 5. c. monomachiã. & non debet eis dari cõio. ¶ Octauo non ieiunis: nisi in necessitate. De conse. dist. 2. c. liquido. 7. q. 1. c. nihil. Non impedit cõionẽ: siquis lauando os, aliquid cibi qd inter dentes remãserat: vel modicum aque deglutiret: non impedit cõionẽ: qr per modũ saliue illud accepit: & contra voluntatẽ deglutiuit. Siquis ante mediã noctem cibũ sumpserit: siue dormierit: siue nõ: potest cõicare. Si vero post mediam noctem: non põt: nisi in mortis periculo ↄstitutus. Hec. s. Tho. in. 3. parte: q. 30. ¶ Dandum est autem hoc sacramentum personis fidelibus, puris, & sine peccato mortali existẽtibus: quia sacramentum purum est: ideo pure a puris sumendum est, quia qui aliter sumit: indigne sumit: & qui manducat & bibit indigne hoc sacramentum: iudicium sibi manducat & bibit. 1. Cor. 11. Demoniacis: si illud deuote petunt: dari debet: quia posset esse causa sue liberationis. Mulieri puerpere, vel menstruum patienti dari debet: sed melius esset supersedere vsqz ad purificationem propter reuerentiam sacramenti. Leprosis etiam, & morbo gallico laborantibus, corrosis & consumptis labijs & dentibus, si timetur de periculo eiectionis, dari non debet alias communicandi sunt. Communicandi sunt etiam condemnati ad mortem, etiam heretici, si illud deuote petunt. 13. q. vlt. c. si. de peni. & re. c. 1. in cle. Si autem habere non poterunt: credant in christum: quia hoc est spiritualiter manducare. De consec. dist. 2. c. vt quid paras. Excommunicato nunquam dari debet corpus christi: nisi in articulo mortis: & illud deuote petenti: absoluto eo prius ab excommunicatione: & prestita cautione satisfactionis: si cui tenetur: & etiam prestito iuramento sacerdoti: quod si sanabitur presentabit se illi: qui eum potest absoluere. Quod si non fecerit: reincidit in eandem sententiam excommunicationis. Siquis excommunicatus vel notorius peccator mittit pro confessore vt confiteatur: & interim amittit loquelam: si ostendit signa contritionis facta fideiussione a parentibus, vel amicis: absoluetur & communicabitur. Idem fiat si sensum perdiderit: & probari possunt signa contritionis. Hec ex sa/

eris Theologis in 4 senten. excepta. sunt. ¶ Ordo communicādi populum in ecclesia, tam in paschate, quaz in alijs diebus. Cap. j.

Circa formam cōicandi populum in ecclesia hic ritus seruandus est. Sacerdos reconciliatis penitentibus, se debet ad missam preparare: ⁊ tot hostias consecrare quot pp̄lo suo suffi/cere credit. Finita missa, retentis paramentis, vel si nō celebrauit: pro tunc induto superpelliceo cuz stola, cereis accēsis: ɔuersus ad cōicandos genuflexos coram altari, facto primum signo crucis super eos: ⁊ admonitis omnibus, q̄ se signēt, faciat eos dicere. Confiteor sicut in missa dicitur. Uel si magis expediēs iudicauerit, faciat eis confessionem sicut habet supra: in capl'o de ritu celebrādi missā: post offertorium Cap. xi. fol. 76 Finito Confiteor. vel predicta ɔfessione: sacerdos dicat. Misereatur v̄ri op̄s deus: ⁊ dimissis oi/bus pctis v̄ris: perducat vos cū oib⁹ suis scis in vitā eternā. Amē. ℣. Dn̄e exau. ℟. Et cla. ℣. Dn̄s vo. ℟. Et cū. Oremus. Orō.

Deus cuius indulgentiam oēs rogamus: memento famulorum famularumqz tuarum: qui lubrica terreni corporis fragilitate nudati sunt: da q̄s veniā confitētibus: parce supplicib⁹: vt q suis meritis accusātur: tua miseratione saluentur. Per xp̄m. Orem⁹. Orō.

Deus misericordie: de⁹ pietatis, de⁹ indulgentie: īdulge q̄so ⁊ miserere his famulis ⁊ famulabus tuis: vt delictorum q̄ nobis coraz te suo ore ɔfessi aperuerūt: nulla ī eis macula reseruet ī terris: ⁊ p penitētie luctuz ad tua mereant̄ venir̄ p̄missa. Per xp̄z. Orō.

Dominus noster Jesus xp̄s: q dixit discipulis suis: quecunqz ligaueritis super terram: erūt ligata ⁊ ī celis: ⁊ quecunqz solueritis super terrā: erūt soluta ⁊ in celis: de quorū numero q̄uis indignos nos esse voluit: ipse vos absoluat per ministeriū nostrū ab omnib⁹ pctis v̄ris: quecūqz cogitatione vel locutione: aut ope/ratione negligenter egistis: atqz a nexibus pctōrum vestrorum absolutos: perducere dignet ad regna celorum. Qui viuit ⁊ regnat in se/cula seculorum. Amen. Tunc sacerdos conuersus ad altare, incli/nans profunde coram sacramento, accipiat particulas super pate/nam: ⁊ vnam in manibus accipiens, ostendat omnibus dicens. Dicatis omnes sicut ego dico. Domine non sum dignus, vt in/tres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, ⁊ sanabitur aīa mea. Et repetat secundo ⁊ tertio eadem verba in vulgari. Quo tertio repetito, dat corpus domini oibus successiue dicēdo. Corpus dn̄i nostri iesu christi custodiat te, ⁊ perducat in vitaz eternā. Faciēdo signum crucis cum hostia super singulos. Et sic cōicet omnes, qui

sunt in primo ordine. Qui postea quam sacramentū sumpserint surgant: ⁊ alij veniant: ⁊ similiter communicent. Et postquam communicauerint, accipiant ablutionem ex calice, quem aliquis minister tenebit a dextris altaris panno inuoluto pede calicis, ad quē omnes tergunt os suum. Et sic purificati genuflectant coram altari, donec omnes fuerint communicati. Quo facto, sacerdos super eos dicat. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuā. ℟. Et salutare tuū da nobis. ℣. Domin⁹ vo. ℟. Et cū. Orem⁹. Oro.

DEus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue quesumus, ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis ⁊ reg. Oremus. Oratio.

SPiritū nobis domine tue charitatis infunde, vt quos sacramentis paschalibus saciasti, tua facias pietate concordes. Per dn̄m nr̄m Jesum xp̄m filiū tuum. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritus sc̄i deus. Per oīa sc̄la sc̄loꝝ. ℟. Amen. Postea benedicat eis dicens. Et bn̄dictio dei oipotētis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spūs ✠ sc̄i: descēdat super vos: ⁊ maneat semp. Amē. Quo dicto si tunc celebrauit, dicat euangelium. In principio. Et eo dicto, oēs recedūt. ¶ Ordo ad cōicandum infirmum. Cap. 4.

CUm aliquis infirmus fuerit cōicandus, sacerdos pulsare faciat campanam aliquot ictus dādo ex vna sola parte campane, ad cōuocandos conuicinos, qui volunt sociare corpus christi: Quibus ꝯgregatis ⁊ intortitijs accensis, sacerdos cum superpelliceo stola ⁊ pluuiali paratur: ⁊ duo clerici, quorum vnus portet laternam cum lumine, ⁊ alter aquā benedictā, ⁊ cāpanulā ⁊ libellū processionalem: q habeāt superpellicea. Et accipit sacerdos corpus domini reuerēter: ⁊ ponit duas hostias ad minus in tabernaculo: quod panniculo serico cooperit: hñs pānū sericū lōgū sup spatulas suas: ⁊ portans corpus domini ante faciē suā eleuatū, vadit ad domum infirmi: ⁊ post eū alter clericus, qui portat laternam sequat: ⁊ si fieri pōt, prout Rome fit, quatuor psone deferant baldachinū super corpus domini: ⁊ sacerdotē. Postea sacerdos: ⁊ illi q portāt intortitios: dehinc alij mares, ⁊ femine sequantur. Interim in camera infirmi paret locus aliquis, q sit coopertus mappa albissima: super quo sacerdos possit reclinare tabernaculū corporis christi. Ibi etiam parentur cyathi cū vino ⁊ aqua. Ingressus sacerdos cū corpore christi cameram, dicit. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde deposito tabernaculo super locum pa-

ratum,

talium, accedens ad infirmum aspergat eum aqua benedicta dicēs. Ana. Asperges me. ℣. Miserere mei deus. Gloria. ⁊ repeti/tur. Ana. Asperges me. Qua reuersus dicat sacerdos. ℣. Sal/uum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mit/te ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non ap/ponat nocere ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi orati. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

DEus infirmitatis humane singulare presidium, auxilii tui super infirmum nostrum ostende virtutem: vt ope misericor/die tue adiutus ecclesie tue sancte incolumis representari merea/tur. Per christum. Deinde infirmus dicat. Confiteor. si scit: vel sacerdos faciat ei confessionem sicut superius in ordine celebrādi missam. fo. 76. Postea dicat. Misereatur. ⁊ Absolutionem. Postea absolutionē. Dominus Jesus christus. vt supra in gene/rali cōmunione cap. immediate precedēti. Postea sacerdos eleuet corpus domini de pyxide vel calice, ⁊ ostendat infirmo: dicens Credis quod hic sit christus saluator mūdi? Quo dicēte Credo. Dicat sacerdos Dic sicut ego dico: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, ⁊ sanabitur anima mea. Quo dicto ter: sacerdos dans infirmo eucharistiam dicat. Accipe frater viaticum corporis domini nostri Jesu christi: qui te custodiat ab hoste maligno, ⁊ perducat in vitam eternam. Amen. Postea sacerdos lauet digitos suos cum vino puro ⁊ aqua: ⁊ tradat infirmo lotionē nihil dicens. Peracta communio/ne: sacerdos dicat. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine sancte, pater omnipotens, eterne deus: te fideliter deprecamur: vt accipienti fratri nostro sacrosanctum corpus dñi nostri Jesu christi filij tui: tam corporis quam anime prosit ad re/medium sempiternum. ℟. Amen. Et hoc dicto, iterum asper/gat aquam benedictam: ⁊ dicat. Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

EXaudi nos domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, ⁊ mittere digneris sanctum angelum tuum de celis: qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atq; defendat omnes ha/bitantes in hoc habitaculo. Per christum. ℟. Amen. Quo di/cto reuertatur ad ecclesiam dicendo ps. Miserere mei deus.

Reversus igitur ad ecclesiam sacerdos cum corpore dñi: dum fuerit ante chorum, vel ante altare sacri, vertat se ad eos, qui sacramentum associauerunt genuflexos, ⁊ facit eis breuem cōfessionē ⁊ absolutionē: ⁊ annunciat indulgentiā dierū ducētoꝝ illis, q sacrm cū lumine sunt psecuti, qui vero sine lumine centū dies pro quolibet. Postea dicit super eos oronē. Dñs vobiscū. Oremus, Oro.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriaz reliquisti: tribue q̄s, ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis ⁊ regnas. per oīa sc̄la sc̄loꝝ. ℞. Amen.

Postea eleuato tabernaculo cum corpore domini, faciat signum Crucis super eos omnes: ⁊ reponit sacramentum in loco suo.

¶ Caueat sacerdos, quod non det corpus christi alicui infirmo: nisi fuerit in bono sensu: ita quod cognoscat illud bene ⁊ aperte, quantumcunque infirmus confessus fuerit peccata sua: Sacerdos communicato infirmo, debet ei bonis verbis persuadere, q si necesse fuerit: detur sibi sacramentum extreme vnctionis.

¶ Si episcopus infirmatur: ⁊ vult corpus domini post confessionem sumere, sacerdos celebrans missam pro eo in camera, faciat omnes cerimonias prefatas: excepto quod reseruat particulā pro episcopo, ⁊ non totum sanguinem sumit: sed partem eius reseruat pro episcopo, quam post corpus domini ei dat. Sacerdotes autem infirmi, quando communicant debēt habere stolam a collo pendentē: ⁊ sic cōmunicare debent. 23. dist. cap. ecclesiastica: Alia omnia vt supra seruātur. Sacerdos parochialis debet visitare infirmos sepe, De celeb. c. 1. ⁊ stare ieiunus vsque ad horaz congruā celebrandi: ⁊ si celebrat, non debet sumere purificationez, propter necessitatem. s. possibiliter occursuram, nisi alium habeat: per quē possit supplere, vt notat Panor. in dicto. c. 1. ¶ Item sacerdos parochialis potest sacramenta conferre peregrinis ⁊ hospitibus confluentibus ad ecclesiam suam ſm Panor. in. d. c. 1. ⁊ mortuos ibidem sepelire: nisi alibi elegerint sepulturaz: ⁊ eo casu debet habere quartam. ¶ De custodia sacramenti eucharistie. Cap. 1.

Ultimo dicendum est de custodia sacramenti eucharistie: que maxima cum reuerentia ⁊ custodia sub clauibus firmissimis vna cum chrismate sacro debet conseruari, ne ad manus maleficorum deueniant, ne quod ecclesie ⁊ christiano populo datum est ad salutem, diabolo operante ad pernitiem conuertatur. De celebra. miss. cap. Sane. De custo. eucha. ca. Statuimus.

¶ Sacerdos

¶ Sacerdos autem in hoc negligens; si per eius incuriam ꝛ malam custodiã corpus dñi fuerit male expositum, debet tribus mẽsibus ab officio suspendi: ꝛ siquid nefarium inde factũ fuerit, maiori pena est puniendus. Aduertat etiam sacerdos, ne hostie consecrate in magno numero pro conseruatione consecrent, ne corrumpantur a vermibus: ꝛ adeo firmo vase includi debent, ne a muribus corrodantur: ꝛ in ipso vase lineus pãniculus, qui purificatoriũ dicitur, ponatur: in quo hostie reponant, vt melius cõseruent. Sepius autem mutande sunt hostie: antique sumẽde sunt ꝛ recentes consecrande. Quod si aliquando a vermibus corroduntur, si species integre remanent: quia ibi est corpus christi, reuerenter ꝛ diligenter a vermibus sunt purgande ꝛ sumende: vermes vero comburendi sunt super patenam: ꝛ cineres in sacrario reponi debent. Debet etiam sacerdos ante corpus christi tenere lampadem accensam, quia ibidem corpus domini nostri Iesu christi. Qui est vera lux: q illuminat omnẽ hoiẽ venientẽ in hũc mũdũ. Ioã. i. ca. Et debet sacerdos nõ solum ꝯseruare diligenter sacr̃m eucharistie: verũetiam oia ad illud ordinata debet tenere mũda ꝛ nitida: sicut paramenta, calices, corporalia, altaria, ꝛ ecclesias: alias peccat mortal'r: qr hoc ei in iure precipitur. De custo. euc. ca. Reliqui circa fi. Nec debet permitere in ecclesiis poni suppellectilia, vasa, ꝛ alia ad laicos pertinentia, nisi in casu bellorum aut incendiorum repentinorum, aut propter alias necessitates vrgentes: ꝛ eo casu cessante necessitate ad loca pristina reportentur.

¶ Ex concilio Turronensi. Cap. 4. Omnis presbyter habeat pyxidẽ: aut vas tanto sacro dignũ, vbi corpus dominicũ diligẽter recondatur, ad viaticũ recedentibus a seculo. Semperqꝫ super altare obserata: propter mures ꝛ nefarios homines: ꝛ de septimo in septimum diem semper mutetur: id est a presbytero illa sumatur: ꝛ alia, que eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur: ne forte diutius obseruata, mucida (quod absit) fiat.

¶ Ex epistola Clementis pape. Cap. 28. Presbyter semper eucharistiam habeat paratam: vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet: ne sine communione moriatur.

¶ De penitentia male seruantis sacramentum. Cap. 2.

Ex concilio Aurellanensi. ca. 6. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, vt vermibus consumptum ad nihilum deuenerit, tres quadragesimas in pane ꝛ aqua peniteat. Si integer inuentus fuerit in eo vermis, comburatur: ꝛ cinis sub altari

cōdatur: ⁊ qui neglexerint quaternis diebus suam negligētiam soluāt. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificium, viginti dies expleantur ieiunio. Conglutinatum vero septez dies, qui in causa sit peniteat. ¶ Ex concilio Remensi. Cap. 3. Corporale, super quod sacra oblatio immolatur, ex mundissimo ⁊ purissimo linteo sit: nec in eo alterius generis materia pretiosior aut vilior misceatur: ⁊ nunquam super altare remaneat, nisi in tempore misse: sed aut in sacramentorum libro ponatur, aut cuz calice ⁊ patena in mundissimo loco recōdatur. Et quando abluitur a sacerdote diacono: vel subdiacono: primo in ecclesia in loco ⁊ vase ad hoc preparato abluatur: eo quod ex dñico corpore ⁊ sanguine infectuz sit. Post hec a lauandario nitide lotio paretur. ¶ Casus prohibiti ⁊ concessi tempore generalis interdicti ecclesiastici. Cap. 4.

Isti autem sunt casus concessi, ⁊ prohibiti tempore generalis interdicti secunduz dominū Joannē Andreā de Calderinis Bononiensem famosissimum vtriusqz iuris doctorem. ¶ Primo conferri potest baptismus cum officio catechuminoruz. ¶ Item confirmatio potest conferri: ⁊ chrisma confici. ¶ Item penitētia imponi potest: ⁊ absolui remanētibus alijs circūstātijs. ¶ Item infirmis potest dari corpus christi in presentia astantium. ¶ Item corpus christi pōt portari cuz lumine, ⁊ campana pulsari. ¶ Item pulsari potest campana pro predicatione, ⁊ predicari. ¶ Item non debet pulsari aliqua campanula pro diuino officio ad congregationem clericorum. ¶ Item non debet pulsari aliqua campana, vel campanula pro funere. ¶ Item laici possunt pulsare campanam ad ostendendum tempus horarum sicut tertiam, ⁊ nonam ⁊c. ¶ Item potest pulsari ad Aue maria. ¶ Item famuli sacerdotum in ecclesia non collegiata possunt admitti ad diuina, nō autem collegiata. ¶ Item sacerdos potest mutare famulum ⁊ alium recipere: vel etiam si ille moreretur, ⁊ dumtamen ille electus sic, non esset in alia ecclesia collegiatus vel intitulatus. ¶ Item archipresbyteri rurales, quando conficiunt baptismum, possunt accipere presbyteros rurales. ¶ Item laici admitti possunt ad crucem adorandam in parasceue. ¶ Item extrema vnctio non potest dari nec laicis, nec clericis. ¶ Item commendatio animarum fieri potest tam laicis quam clericis. ¶ Item potest fieri officium circa sepulturam clericorum, sed non laicorum voce submissa sine cantu: exclusis secularibus: non pulsatis campanis presente corpore. ¶ Item clerici, qui sunt interdicti, non possunt

celebrare, nec laici diuina audire in ecclesia extra ciuitatez: nec in ciuitate interdicta, nec etiam peregrini existentes. ¶ Item mulieribus pregantibus, vbi timetur de morte, pôt dari corpus christi. ¶ Item ecclesie possunt consecrari ⁊ reconciliari: ⁊ altaria stantia ⁊ viatica: ⁊ paramenta ⁊ vasa sancta: ⁊ oratoria consecrari, sed tamen secrete. ¶ Item in quatuor festis priuilegiatis non potest fieri officium circa funus publice, nec clericis, nec laicis: nec debent laici in cimiterijs sepeliri. ¶ Itē in predictis quatuor festis potest alia missa priuata cantari quam missa de festo: dummodo missa de festo non omittatur. ¶ Item in predictis quatuor festis clerici beneficiati non possunt in alia ecclesia officiare: si autem non habent ecclesias possunt: dico tamen non collegiatā: dico etiam si presbyter non careat clerico: potest etiam in collegiata celebrare. ¶ Itē in predictis quatuor festis, sequens completorium cantari non potest. ¶ Item clerici diuersarum ecclesiarū in ciuitate interdicta non possunt extra ecclesiam dicere simul officium, extra ciuitatem tamen possunt: dummodo ipsi clerici non sint interdicti. ¶ Item clerici possunt dare substitutos: seu vicarios loco sui: si ex hoc habent priuilegium vel ab homine, vel a iure d, ummodo non sint officiati alibi, si autē alias non possunt. ¶ Itē moniales: seu sorores per episcopum approbate, ⁊ confirmate non habentes proprium sacerdotem determinatum possunt aliuz pretio conducere, qui eis missam celebret: ipsis presentibus: dummodo non sint interdicte: nec sacerdos aliam habeat ecclesiaz: ⁊ talis potest eis sacramēta conferre per totum annuz. ¶ Item laici interdicti non possunt extra ciuitatez communicare: nec audire diuina: si autem non sunt interdicti: ⁊ ex speciali priuilegio ad diuina admittantur: non possunt in quatuor diebus priuilegiatis communicare: nec etiam clerici interdicti possunt communicare: si autem non sunt interdicti, possunt. ¶ Itē panis ⁊ fructus oliue: ⁊ huiusmodi possunt secrete benedici: ⁊ dari clericis, ⁊ laicis, in festis vero priuilegiatis possunt publice benedici: ⁊ dari. ¶ Itē benedictio sponsorum potest fieri in die aliquo priuilegiatoruz: in alijs autem non. ¶ Item nō potest fieri aliquod officium mulieribus post partum, nisi in diebus priuiligiatis. ¶ Item fieri potest benedictio mense presentibus secularibus: cum non sit de horis canonicis: nec competat ratione alicuius ordinis, potest enim laicus hoc facere.

¶ Explicit quartus tractatus libri Sacerdotalis de sacramento eucharistie.

¶ Incipit quintus tractatus prime partis libri Sacerdotalis: de sacramento extreme vnctionis: et ei annexis et consequentib⁹. De materia, forma, ministro, effectu sacramenti extreme vnctionis, et quibus, et qua corporis parte dari debeat: et an debeat iterari.

Extreme vnctionis sacramentuz debet dari laborātibus in extremis. Et istud sacramentum inducit mundationem a peccatis. Circa quod plura aduertenda sunt. videlicet.

Materia
Forma
Minister
Effectus
Quibus dari debeat
Quibus corporis partibus: et an possit reiterari.

¶ Materia sacramenti extreme vnctionis que sit. Cap. i.

Materia huius sacramenti est oleum oliuarum: et non aliud oleum ab episcopo prius sanctificatum et benedictuz. Quod sacramentum christus instituit: quando apostolos ad predicandum missos docuit oleo vngere infirmos. Marc. 6. Et beatus Jacobus in canonica sua. 5. cap. dicit. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie: et orent super eum: vngentes eum oleo sancto. Et tale oleum vocatur oleum infirmorum, non cathechuminorum. Unde diligenter aduertat sacerdos, ne vnum pro alio ministret. de sacra vnctione cap. vnico. Et si ex errore hoc fecerit, debet caute suppleri per sacerdotē. de sacramentis iterādis vel non. c. 1. in fine. ¶ Forma huius sacramenti que sit. Cap. 2.

Forma huius sacramenti sunt verba, que profert sacerdos, quando inungit infirmum. s. Per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi deus quicquid deliquisti per visum, per auditum etc. Et licet varie sint forme huius sacramenti, tamen melius est vti forma sancte Romane ecclesie, que est mater et magistra aliarum ecclesiarum ¶ Ex concilio Florentino. Forma sacramenti extreme vnctionis: hec est. Per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus: quicquid deliquisti per visum: similiter in aliis membris.

bris. ¶ Minister huius sacramenti: quis sit. Cap. 3.

Minister huius sacramenti est solus sacerdos, et non alius. Quod patet in predicta authoritate sancti Jacobi ca. 5. vbi ait. Inducat presbyteros etc. 25. dist. §. sed queritur. et ca. sequenti. Nec est de necessitate quod sint plures sacerdotes presentes, sed vnus solus cum clerico potest sacramentum conferre. De verbo. signifi. c. quesiuit. Si tamen sint plures sacerdotes melius est. Et ille, qui inungit debet dicere verba, et ceteri respondere, et assistere: et pro infirmo orare. ¶ De effectibus hui⁹ sacramenti. Cap. 4.

Effectus huius sacramenti est multiplex. ¶ Primus est cōsolidatio spiritualis debilitatis p peccatū inducte. Dicit enim sanctus Thomas, q talis vnctio dicitur quedam spūalis sanatio: qr datur contra quandam inhabilitatem vel ineptitudinem, que in nobis remanserunt ex peccato actuali vel originali, vel venialium peccatorum remissio. ¶ Secundus effectus est sanitas corporalis, si diuina sapientia id nouerit infirmo vtiliter expedire. ¶ Tertius est: qr per istud sacr̄m remittuntur pctā venialia et mortalia que ignorat: vt in eadem authoritate btī Jacobi: et si in pctīs fuerit: dimittentur ei. Jacobi. 5. ca. ¶ Quartus est diminutio pene pctō mortali debite. ¶ Quintus est gratie augmentum, que in hoc sacro confertur et augetur, nisi obex ponatur: et ex consequenti gloria. ¶ Sextus est interior letitia et robur contra demonis insidias, que potissime tunc insunt. ¶ Septimus arctatio diabolice potestatis, que non est ita potens sumpto sacramento. ¶ Octauus est protestatio decedētis, quod permāserit in fide militātis ecclie: ex qua vadit ad ecclesiā triūphantē: tanquam miles q fideliter pugnauit. ¶ Quibus dari debeat hoc sacr̄m. Cap. 5.

Hoc sacramentum dari debet solum infirmis adultis et penitentibus, qui sunt infirmi in periculo mortis: et illis, qui instāter petunt illud et petierūt: licet tunc nihil intelligāt propter mortis anxietatem, vel phrenesim, vel aliud accidens. ¶ Quibus corporis partibus debeat dari hoc sacramentum. Cap. 6.

Dandum est autem hoc sacramētū in illis corporis partibus et locis: per que morbus in aīam intrauit. Et qr quinque sensus sunt illi, per quos potissimū hō peccat, ideo in illis locis dādū est. ¶ Ex concilio Florentino predicto. Hoc sacr̄m infirmo de cuius morte timetur dari debet. Qui vngēdus est in oculis ppter visum: in auribus propter auditum: in naribus propter odoratum: in ore propter gustum vel locutionem: in manibus propter tactum:

in pedibus propter gressum: in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Hec ibi. Et siquis non haberet oculos, vel nasum, vel alia membra, inungantur loca magis propinqua dictis sensibus vel locis, que inungi deberent: Inunguntur etiam renes: quia in eis incentiuum libidinis consistit. Ideo saluator noster Luce. 12. dicit. Sint lumbi vestri precincti ꝛc. Non debent autem spatule inungi, quia vncte fuerunt in baptismo. Nec man⁹ presbyteri vngende sunt interius sed exterius: qꝛ prius ab episcopo interius iuncte fuerunt in ordinatione sacerdotij. Et si talis infirmus laborat in extremis cito inungatur, ne inunctus decedat. dis. 5. c. bap. ¶ An hoc sacramentum possit reiterari. Cap. 7.

Potest autez reiterari hoc sacramentum toties quoties infirmus morti appropinquare videtur. Sed in eadem infirmitate si fuerit longa, ꝛ timetur de periculo mortis, poterit reiterari semper. Si vero sit infirmitas breuis, non reiteratur, nisi recidiuauerit. Nec est expectandum ad inungendum infirmum vsqꝫ ad vltimum, quia tunc nullum sensum vel deuotionem habere potest. Et debet dari etiam illud recusantibus, dummodo sit penitens, ipsum ligando per manus: ꝛ pedes, ꝛ brachia, ꝛ sic inungi. Qui negligunt recipere hoc sacramentum, vel contemnunt, grauiter peccant: ꝛ tempore interdicti ecclesiastici hoc sacramentuz non debet conferri. Sacerdotes curati, qui renuunt aut negligunt hoc sacramentum conferre, non euadunt peccatuz mortale. Sacerdos quolibet anno debet sacrum oleum mutare: ꝛ vetus in ecclesie lampadibus ad comburendum ponere. Et si contrarium faceret, grauiter peccaret. De conse. dist. 4. Siquis de alio. Et si sacrū chrisma vel oleum catechuminoꝝ, vel infirmoruz, ex vsu defecerint: debet super illa imponi oleuz nō benedictū ꝛ totuz efficitur benedictuz. De cōse. eccle. vel alta. c. quod in dubijs. Sacerdos nō dꝫ petere in collatione huius sacramenti pecuniam, qꝛ simoniacus esset: spōte tamen oblatam pōt recipere. 1. q. 3. ca. vlt. Et si īfirmus petierit hoc sacr̄m: ꝛ anteqꝫ sacerdos veniat loquelā amiserit vel notitiā, nihilominus sacerdos eum inūngat. 26. q. 5. cap. his qui. ꝛ de sent. excom. cap. a nobis. 2. quia in tali casu etiam deberet baptizari: ꝛ a peccatis absolui. De bapt. ꝛ eius effect. cap. maiores.

¶ Ordo ad vngendum infirmū s̄m Romanam curiam. Cap. 8.

Sacerdos vncturus infirmū, in primis accipiat oleum secum, deinde ordinate p̄cedat, dicendo ps. Miserere mei. vt dictū est supra in cōione. Cū aūt puētū fuerit ad locū, vbi iacet infirmus,

firmus, sacerdos intrans dicat. ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde stans ante egrotum dicat ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spiri. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris, et me indignum, qui primum misericordia tua indigeo, clemēter exaudi, et quem nō electione meriti, sed dono gratie tue constituisti huius operis ministrum: da fiduciam tui muneris exequendi, et ipse in nr̄o ministerio quod tue virtutis est operare. Per christum. Oremus. Oro.

Introeat dñe Jesu christe domū hāc sub nr̄e humilitatis ingressu eterna felicitas: diuina p̄speritas: serena letitia: charitas fructuosa: sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonum: adsint angeli pacis: domumqz hanc deserat effugata discordia. Magnifica dñe super nos nomen sanctum tuū: et bene ✠ dic nr̄e conuersationi: scifica nr̄e humilitatis ingressum: q sc̄us et pius es: et p̄manes cū p̄re et sp̄ū sc̄ō i sc̄la sc̄loꝝ. ℟. Amē. Oro.

Oremus et deprecemur dñm nostrū Jesuz christū, vt bn̄dicēdo bene ✠ dicat hoc tabernaculum, et oēs habitantes in eo: et det eis angeluz bonuz custodē, et faciat eos sibi seruire ad ꝯsiderandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis oēs ꝯtrarias p̄tātes: eripiat eos ab oī formidine: et ab oī perturbatione: ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum patre et sp̄ū sc̄tō viuit et regnat in secula seculoꝝ. ℟. Amē. Deinde dicat hāc orationez.

Exaudi nos domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis: qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atqz defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per christum dominum nostruz. ℟. Amen. Et ponatur imago Crucifixi ante oculos infirmi: vt eam possit respicere. Deinde in moduz crucis aspergat egrotuz aqua benedicta: postea domuz dicendo añ. Asperges me domine. cum ℣. Miserere mei deus. et Gloria patri. et Sicut erat. Et repetitur añ. Asperges me. vt supra. Deinde immediate faciat egrotus confessionem: et dicat. Confiteor. Quo dicto sacerdos dicat.

Dominus noster Jesus christus te absoluat, et ego absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, siue minoris. suspensionis, vel interdicti, et ab omnib⁹ peccatis tuis, et restituo te vnitati: et cōioni sc̄tē matris ecclesie absolutū. In noīe pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amē. Et tūc oēs clerici astātes dicāt legendo septem psalmos penitentiales. Dū aūt psalmi dicūt, videlicz

dicti fuerint, sacerdos intincto pollice in oleo scõ dicat absolute:
IN noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sancti extinguat̃ ĩ te oĩs virtus diaboli: per impositionem manuũ nostrarũ: imo per inuocationẽ omnium sanctoꝝ angeloꝝ, archãgeloꝝ, patriarcharum, prophetaꝝ, apostoloꝝ, martyrũ, cõfessoꝝ, virginum, atq̃ omniũ simul sanctoꝝ. ℞. Amen. Quo dicto, faciat signũ crucis de oleo sancto in corpore egri in septem locis subscriptis, ad vnamquamq̃ crucem, propriam orationem dicendo. Ad oculos:
PEr istam sanctam vn ✠ ctionem, ⁊ suam pijssimã misericordiã, parcat tibi dñs: quicqd deliquisti per visum. ℞. Amen. Minister vero tergat locum inunctũ, cũ stuppa, reponẽs eam in vase munde: ⁊ sic faciat post quãlibet vnctionem. Ad aures:
Per istam sanctam vn ✠ ctionem: ⁊ suaꝫ pijssimã misericordiaꝫ: parcat tibi dñs quicqd deliquisti p auditũ. ℞. Amẽ. Ad nares:
Per istam sanctã vn ✠ ctionem: ⁊ suam pijssimaꝫ misericordiaꝫ: parcat tibi dñs quicqd deliquisti p odoratũ. ℞. Amẽ. Ad labia:
Per istam sanctam vn ✠ ctionem ⁊ suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus quicquid deliquisti per gustum ⁊ locutionem. ℞. Amen Ad manus:
Per istam sanctam vn ✠ ctionem: ⁊ suam pijssimã misericordiaꝫ, parcat tibi dñs quicqd deliquisti p tactũ. ℞. Amen. Ad pedes:
Per istam sanctam vn ✠ ctionem, ⁊ suam pijssimã misericordiaꝫ: parcat tibi dñs, qcquid deliquisti p gressuꝫ. ℞. Amẽ. Ad lũbos:
Per istam sanctam vn ✠ ctionem, ⁊ suam pijssimam misericordiam parcat tibi dominus quicquid lumborum: delectatione deliquisti. ℞. Amen. Postea dicat sacerdos:
VNxi te oleo sancto in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti. Et non lateat in te immundus spiritus, ⁊ dolor siue insanabilis languor, neq̃ in membris tuis, neq̃ in medullis, neq̃ in cõpaginibus membroꝝ tuorũ, sed virtus christi altissimi in te corroboretur. Quoniam sicut vnxit Samuel Dauid in regem prophetam olei operatione, omnipotentis virtute, sic suo sancto medicamine te vnxi, quatenus per huius mysterij operationem: ⁊ per hanc sacrati olei vnctionem, atq̃ nostram deprecationeꝫ: virtute sancte Trinitatis medicatus, atq̃ refectus: pristinam ac melioratã recipere merearis sanitateꝫ a domino omnipotente. Qui viuit ⁊ regnat deus in secula seculorum. ℞. Amen. Oremus:
PEr istam sanctam vnctionem, ⁊ per dei virtutẽ, ⁊ per mysterij nostri benedictionem, sanctificentur ab omni sorde peccati:

cati: manus et os: cor quoque ac sensus, visus, auditus, gustus, tactus, et odoratus: ac totum corpus tuum: et anima tua: et idoneus: efficiaris ad inuocandum atqz sanctificanduz deum et benedicendum nomen eius. Reddat tibi dominus letitiā salutaris tui, et spū principali confirmet te: et spūm sanctū innouet in visceribus tuis: et ne auferat illuz a te. Sed benedictio dei patris, et filij, et spūs sci: descendat super te: copiosaqz super caput tuum defluat: et in extrema corporis tui descendat. Interius exteriusqz te repleat: atque circundet: et sit semper tecum. Per christū dn̄m nr̄m. ℟. Amen.

Sanet te deus pater omnipotens: qui te creauit. Sanet te Jesus christus, qui pro te passus est in cruce. Sanet te spiritus sanctus: qui tibi in baptismo infusus est. Sancta trinitas vnus deus gratiam suā ad profectum salutis anime et corporis in te augeat: et ab omni malo te liberet, ac in bono iugiter conseruet. Qui viuit et regnat deus in secula seculorum. ℟. Amen. Quibus om̄ibus peractis: et a clericis psalmis et letanijs lectis sacerdos dicat.

Kyrie eleison. Christe eleinson. Kyrie eleinson. ℣. Pater noster. sub silentio. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluum fac seruum tuuz. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxiliuz de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimic⁹ in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā. ℟. Et clamor me⁹. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus. Oro.

Domine deus qui per apostolum tuum locutus es, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie: et orent super eum: vngētes eum oleo sctō in noie dn̄i: et oratio fidei saluabit infirmuz: et alleuiabit eum dn̄s: et si in peccatis sit, dimittent ei: cura q̄s redēptor noster gratia spiritus sancti lāguores istius infirmi: et sua sana vulnera: eiusqz dimitte peccata: atqz dolores cunctos cordis et corporis ab eo expelle, plenamque ei interius exteriusque sanitatez misericorditer redde, vt ope misericordie tue restitutus: ad pristina reparetur officia. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Alia oro.

Respice, quesumus domine, famulum tuum in infirmitate sui corporis fatiscentem: et animam refoue, quam creasti: vt castigationibus emendatus se sentiat tua medicina saluatum. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, qui benedi/

tue gratiam infundendo corporibus: facturam tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationem tui no[m]i[n]is benignus assiste: vt famulum tuum. N. ab egritudine liberatum & sanitati donatum: dextera tua erigas: virtute confirmes: potestate tuearis atque ecclesie tue sanctisque altaribus tuis cum omni desiderata prosperitate restituas. Per christum dominum nostru[m]. R. Ame[n]. Or[ati]o.

D Ominus Jesus christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te reficiat: circa te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt te benedicat. Qui in trinitate perfecta viuit & regnat in secula seculoru[m]. R. Ame[n]. Postea stuppa proijciatur in ignem. His omnibus peractis reuertantur ad ecclesiam: & Crux remaneat coram infirmo. ¶ Ordo vngendi infirmum secundum vsum patriarchatus Venetiarum.

S Acerdos accedere volens ad vngendum infirmu[m], sumpto superpelliceo, & stola, & libello cu[m] ministro ad infirmu[m] accedat. Et ibide[m] superpelliceo & stola paratus accede[n]s ad lectu[m] infirmi, dicat. Pax huic domui, & omnibus habitantib[us] in ea. Et aspergat infirmum: & thalamum: & astantes: aqua benedicta. Quo facto paucis verbis infirmu[m] co[n]soletur: & hortet[ur] ad habe[n]da[m] spe[m] & fiduciam in d[omi]no deo. Et postea dicat. D[omi]n[u]s vobiscu[m]. Oremus. Or[ati]o.

O Mnipotens & misericors deus, immensam pietatem tuam humiliter imploramus: vt ad introitum humilitatis nostre in tuo nomine hunc famulum tuum. N. in hoc habitaculo iacentem fessum salutifere visitare digneris, sicut visitasti Thobiam & Sarra[m] socru[m] Petri, puerumq[ue] Centurionis, atq[ue] eu[m] restituas pristine sanitati anime & corporis, vt recepta ipsa pristina sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Per xp[istu]m d[omi]n[u]m nostru[m]. R. Amen. Deinde sacerdos intingens policem in oleo s[an]c[t]o infirmor[um], vngat caput infirmi in modum crucis: dicens.

V Ngo caput tuu[m] oleo sanctificato, In no[m]i[n]e pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti: vt more militis vncti preparatus ad luctame[n], possis aereas supare cateruas. p[er] xp[istu]m do[minum] n[ostrum]. R. Amen. Et extergat stuppa locus inu[n]ct[us]: & ponatur i[n] vase mu[n]do. ¶ Ad oculos.

V Ngo oculos tuos oleo sanctificato: In no[m]i[n]e pa ✠ tris: & fi ✠ lij, & sp[irit]us ✠ sancti, vt q[ui]cq[ui]d de illicito visu deliq[ui]sti, huius olei vnctione expietur. per xp[istu]m do[minum] n[ost]r[u]m. R. Amen. ¶ Ad aures.

V Ngo has aures sacrati olei liquore, In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti: vt quicquid delectatione nociui auditus admissum est, medicina spirituali euacueretur.

Per

Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad nares.

Ungo has nares oleo sacrato, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid noxio vapore contractũ est ab odore superfluo: ista emendet vnctio vel medicatio. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen ¶ Ad labia.

Ungo labia ista consecrati olei medicamento, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti, vt quicquid gustu superfluo ⁊ inordinato, vel otiosa, vel criminosa peccasti locutione, diuina clementia miserante, hac vnctione expurgetur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad pectus

Ungo pectus tuum oleo sancto, vt hac vnctione protectus, fortiter stare valeas aduersus aereas cateruas; In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: sit hec vnctio olei sanctificati ad purificationem mentis ⁊ corporis. Per Christum domiuum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad scapulas.

Ungo has scapulas siue in medio scapularum oleo sacro, In noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt ex omni parte spũali protectione munitus, valeas diabolicos impetus viriliter contẽnere, ac procul possis eos robore superni iuuaminis repellere. Per christum dñm nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad manus

Ungo has manus oleo sanctificato, In nomine pa ✠ tris; ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spirir itus ✠ sancti: vt quicquid illicito vel noxio tactu: vel opere peregerunt: per hanc vnctionem euacuetur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad pedes.

Ungo hos pedes oleo benedicto, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid superfluo vel nociuo incessu commiserunt, ista aboleat vnctio vel medicatio. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Benedictio super infirmum inunctum.

Bene ✠ dictio dei omnipotentis cum angelis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio domini nostri Jesu Christi cum apostolis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio Spiritus sancti cum septem donis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sancte ecclesie catholice cum filijs suis electis sit super te. ℟ Amen.

Bene ✠ dictio sancte Marie virginis matris domini nostri Jesu Christi cum filiabus suis sanctis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sancti Petri principis apostolorum ⁊ omnium apostolorum sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio quatuor euangelistarum christi cum quatuor euangelijs: ⁊ quatuor passionibus christi sit super te. ℟. Amen

Bene ✠ dictio sancte Crucis christi, cum virtute altissimi: sit super te. ℟ Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum sicut bene ✠ dixisti Adam: per passionem filij tui domini nostri Jesu christi. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum sicut bene ✠ dixisti Noe, ⁊ filios eius post diluuium. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Abraham propter fidem suam. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuū, sicut bene ✠ dixisti Moysen per decem verba legis, que dedisti ei in monte synai. ℟ Amen.

Bene ✠ dic domine famulū tuū, sicut bene ✠ dixisti Dauid: ꝓꝑ eius deuotionem ad te, ⁊ ꝓꝑ fortitudinē manuū suarū. ℟. Amē.

Bene ✠ dictio omnium gentium celestium sit sup te. ℟. Amen.

Fiant merita ⁊ orationes omnium sanctorum tecum in diebus ⁊ noctibus: in verbo ⁊ facto, in cogitatione: ⁊ omni tempore commendo te sub potestate sanctissime Trinitatis. ℟. Amen.

Illuminet faciem tuam super te dn̄s, ⁊ misereatur tui. ℟. Amē.

Conuertat dominus vultum suum ad te, ⁊ det tibi pacem. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: accipe sanitatem mentis ⁊ corporis. ℟. Amen.

Hec vnctio ꝑ istud signum sc̄e cru ✠ cis: ⁊ ꝑ oleū sc̄i ✠ ficatū: ⁊ ꝑ donum sc̄ti ✠ spūs fiat tibi ad sanitatem ⁊ sempiternā salutē. ℟. Amē. Deinde dicat sacer. ℣. Dn̄s vo. ℟. Et cū. Oremꝰ. Oro.

D Omine Jesu christe qui es saluatio, ⁊ redemptio nostra, qui es vera salus, ⁊ medicina, ⁊ a quo omnis sanitas ⁊ medicamentum venit, qui apostoli tui voce instituis: vt languidos olei liquore tangentes vngamus postulamus misericordiam tue pietatis: ⁊ quesumus vt respicias ꝓpitius super hunc famulum tuum ab illa summitate celoꝝ: vt quem languor curuat ad exituz: ⁊ viriū ɔtractio pertrahit ad occasum: medela tue grē saluti restituat castigatum. Extingue in eo libidinum ⁊ febriuz actus egritudinū ⁊ cupiditatum tormenta: dissolue superbie inflationem: tumoreq̄z cōpesce: vlcera ⁊ putredines vitiorum euacua, viscerum interna: cordiūq̄z ac medullarum ⁊ cogitationū sana discrimina: ɔscientiaꝝ

atq̄z

atqz plagarũ abducito cicatrices, physicis ⁊ phãtasmaticis adesto periculis: vetere[s]qz atque immensas remoue passiones: opera carnis sanguinisqz materiam compone, ac delictorum illi veniam propitiatus attribue, sicque illum iugiter custodiat pietas tua: vt nec ad corruptionem aliquando sanitas, nec ad perditionem te auxiliante perducat infirmitas, fiatqz illi hec olei sacra perunctio: concita morbi p̄sentis expulsio, ⁊ peccatorũ omniũ optata remissio: te concedente saluator mundi. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. ℞. Amen.

PRopitiet' dominus cũctis iniquitatibus huius infirmi, ⁊ sanet omnes languores illius, redimatque de interitu perpetue mortis vitam eius, ⁊ corroboret ⁊ satiet in bonis omnib' desiderium ipsius. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorũ. ℞. Amen.

Concede nobis domine famulis tuis, vt orãtes cum fiducia dicamus. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo.

Libera nos quesumus domine ab omni malo: ⁊ custodi nos semper in omni opere bono Jesu christe author omnium bonorum.

¶ Benedictio cinerum, in quibus ponendus est infirmum moriens: ⁊ cilicij quo cadauer defuncti est inuoluendum. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℞. Qui fecit celum ⁊ terraz. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℞. Et cũ spũ tuo. Oremus. Oro.

DEus qui non mortem, sed penitẽtiã desideras pctõrũ: fragilitatem cõditionis humane benignissime respice: ⁊ hos cineres, quos causas proferende humilitatis, atqz promerende venie, cilitiuz quoqz, quod induturus est famulus tuus, eidẽ imponi decreuimus: bene ✠ dicere pro tua pietate digneris: vt qui se cinerem esse ob prauitatis sue meritũ, ⁊ in puluerẽ reuersurũ se cognoscit pcõrũ oĩuz veniam, ⁊ p̄mia penitẽtib' repromissa a te misericorditer ꝯsequi mereatur. Per xp̃z dñz nr̃z. Exorcism[us] cineris.

EXorcizo te cinis in nomine dei pa ✠ tris oĩpotẽtis, ⁊ in noĩe Jesu ✠ christi filij eius, ⁊ spũs ✠ sancti: qui te per ignez in fauillam conuerti precepit: vt sicut iussione dei per sanctuz famulũ suũ Moysen cinis vitule in pplo aspersus omnem congregationem sanctificauit israel: ita ⁊ tu exorcizatus in nomine sancte trinitatis: ⁊ in terra ⁊ cilitio aspersus in famulo dei non lateat diabolus, sed manifestetur atqz expellatur, vt purus ⁊ syncerus inueniatur. Per eundẽ dñm nr̃m Jesu christum, qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum p igñe. ¶ Item benedicto cilitij.

BEne ✠ dic domine hoc cilitiū, qđ famulus tuus pro humili/tatis ⁊ plenitudinis sue deuotione indui appetit, vt sicut ni/niuitarum populo in cinere ⁊ cilitio penitēti pepercisti, ita ⁊ famu/lus tuus humiliationis ⁊ professionis sue hoc indutus vestimen/to, a te creatore suo omnium percipiat incrementa virtutū: ⁊ cun/ctorum indulgentiā consequat delictoꝝ. Tunc aspergat cineribus ⁊ cilitio aqua benedicta: imponat vtrumque super infirmum vel etiam defunctum: ⁊ dicat sequentem orationē. Oremus. Oratio.

INduat te dominus vestimēto salutis: ⁊ q nobis vt humilita/tis ostēderet formā vilibus voluit indui pānis in presepio, ipse te faciat corde contrito ⁊ humiliato sibi assistere: vt sicut ha/bitum hunc abiectionis te fecit extrinsecus induere, ita ipse vesti/mento immortalitatis ⁊ stola iocunditatis te intrinsecus induat. Per eundem dn̄m nostrum iesuꝫ christū filiū dei, qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus in secula seculorum. ℟. Amen. Tūc super infirmuꝫ sacerdos cineres aspergat, ⁊ ciliciū sup eū po/nat. Si autem iam mortuus fuerit, nihil cum aliis agat ⁊ cilitiū cum eo relinquat.

¶ De oratione facienda in visitatione infirmorum. Cap. v.

CUm sacerdos aliquam personam infirmā decumbentē visi/tauerit, ⁊ aliquam orationem sup eā facere voluerit, poterit vti forma infrascripta. vꝫ. ¶ Primo intrans domum vel came/ram infirmi dicat. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitan/tibus in ea. Et accedens ad lectulum infirmi, eum dulciter salu/tet ad patientiam hortetur, ⁊ aliqua verba scā pro ipsius exhorta/tione ⁊ consolatione dicat. Et, qꝛ infirmitas corporalis frequen/tius euenit propter infirmitateꝫ spūalē, vt in cap. cū infirmitas. de peni. ⁊ remis. hortetur eum vt si cito velit sanari ab infirmitate: etiā si infirmitas non sit multū grauis, integrā ⁊ verā confessionē faciat de omnibꝰ peccatis suis. Postmodū sacerdos dicat. Charis/sime, si dominus tibi prestare dignabitur sanitateꝫ, nonne ꝓponis de cetero pro viribus tuis a peccatis cauere, ⁊ eius mandata pro posse seruare? Quo promittente, dicat sacerdos. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

INtroeat, quesumus dn̄e Jesu christe, domum hanc sub no/stre humilitatis ingressu eterna felicitas: diuina prosperi/tas: serena letitia: charitas fructuosa: sanitas sempiterna. Effu/giat ex hoc loco accessus demonum, adsint angeli pacis: domūqꝫ hanc deserat effugata discordia. Magnifica domine super nos no

men

men sanctuz tuum: bene ✠ dic conuersationi nostre: sanctifica nostre humilitatis ingressum: qui sanctus ꝛ pius es: ꝛ permanes cuz patre ꝛ spū sctō in secula seculoꝝ amen. ps. Domine ne in furore. ℣. Dominus vobiscuz. ℟. Et cū spiritu tuo. Sequētia scti euāgelij ſm Mathen. ℟. Gloria tibi domine. Duz sacerdos dicit. Sequentia sancti: signuz crucis faciat super se in fronte: sup os: ꝛ super pectus: ꝛ similiter sup infirmum: maxime si fuerit masculus: si vero femina fuerit, dū sacerdos se signat, per semetipsaz in locis p̄dictis se signet: ꝛ hoc idez in sequentibus euāgelijs obseruetur.

In illo tempore: Cuz introisset Jesus Capharnaū: accessit ad eum Centurio rogans eum: ꝛ dicens. Dn̄e puer meus iacet in domo paralyticus: ꝛ male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniam: ꝛ curabo eum. Et rn̄dēs Centurio. Dn̄e non sum dignus vt intres sub tectuz meum, sed tantum dic verbo ꝛ sanabit puer meus. Nam ꝛ ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites. Et dico huic vade ꝛ vadit: ꝛ alio veni ꝛ venit, ꝛ seruo meo fac hoc ꝛ facit. Audiens autez Jesus miratus est: ꝛ sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantā fidē in israel. Dico autem vobis, ꝙ multi ab oriente ꝛ occidente venient ꝛ recumbent cum Abraham Jsaac ꝛ Jacob in regno celoꝝ. Filij autem regni eijciētur in tenebras exteriores. Jbi erit fletus ꝛ stridor dentiuz. Et dixit Jesus Centurioni. Uade ꝛ sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer eius ex illa hora. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater op̄s, eterne deus, qui benedictionis tue gratiam egris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationem nominis tui benignus assiste: vt famulum tuum ab egritudine liberatum ꝛ sanitati donatum dextra tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis: atqz eccl'ie tue sancte cū oī desiderata p̄speritate restituas. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen. ps. Conserua me dn̄e. Dn̄s vobiscū. Sequentia scti euangelij ſm Marcū. ℟. Gloria tibi dn̄e.

In illo tp̄e: Recūbentibus vndecim discipulis apparuit illis Jesus, ꝛ exprobrauit incredulitatem illoruz ꝛ duritiā cordis: q2 bis q viderāt eū resurrexisse a mortuis nō crediderant. Et dixit eis. Eūtes in munduz vniuersuz predicate euāgeliū oī creature. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, ꝯdēnabit. Signa aūt eos qui crediderint hec sequent. Jn nomine meo demonia eiciēt: linguis loquent nouis: serpētes tollent. Et si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit. Sup

egros manus imponent ⁊ bene habebunt. Et dñs quidez Jesus postquam locutus est eis assumptus est in celum, ⁊ sedet a dextris dei. Illi aũt profecti predicauerũt vbiqz domino cooperante ⁊ sermonem confirmante sequentibus signis. Oremus. Oratio.

Virtutum celestium deus, qui ab humanis corporibus oẽm languorem ⁊ omnẽ infirmitatẽ precepti tui potestate depellis: adesto propitius huic famulo tuo, vt fugatis infirmitatibus ⁊ viribus receptis, nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ps. Exaudiat te dominus. Dominus vobiscum ⁊c. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore: Surgens Jesus de synagoga introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: ⁊ dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater oĩs, eterne deus, qui fragilitatem humane conditionis infusa virtutis tue dignatione confirmas: vt salutaribus remedijs corpora nostra ⁊ mentes vegetẽtur; super hunc famulum tuum propitius intende, vt oĩ necessitate corporeę infirmitatis exclusa, grã in eo pristine sanitatis perfecta reparetur. Per xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amen. ps. Inclina dñe aurez. Dñs vobiscuz. Sequentia sc̃ti euangelij ſm Joanẽ. ℟. Gloria tibi dñe.

In illo tp̃e: Erat dies festus iudeoꝝ, ⁊ ascendit Jesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina, que cognominatur hebraice bethsaida: quinqz porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cecoꝝ, claudoruz, aridoꝝ, expectantium aque motum. Angelus autẽ dñi ſm tẽpus descendebat in piscinaz: ⁊ mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat a quacũqz detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentem ⁊ cognouisset, qꝛ multum iam tẽpus haberet, dixit ei. Vis sanus fieri? R̃ndit ei languidus. Domine hoĩez nõ habeo vt cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge tolle grabatum tuum, ⁊ ambula. Et statim sanus factus est homo: ⁊ sustulit grabatum

batum suum et ambulabat. Erat autē sabbatū in illa die. Dicebāt ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatū tuum. Rñdit eis. Qui me sanum fecit: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eū: quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum: et ambula. Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Jesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum Jesus in templo: et dixit illi. Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Oremus. Oratio.

R Espice domine famulum tuum in infirmitate sui corporis laborantem: et animam refoue quam creasti: vt castigationibus emendata, continuo se sentiat tua medicina saluatam. Per christum. ps. Qui habitat in adiutorio. Añā. Media vita in morte sumus: quē querimus adiutorem nisi te domine qui pro peccatis nostris iuste irasceris: Sancte deus: sancte fortis: sancte et misericors saluator amare morti ne tradas nos. ℣. Ne proiicias nos in tempore senectutis: cum defecerit virtus nostra ne derelinquas nos domine. Sancte deus etc. ℣. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos domine: et armis tue potentie protege nos semper deus noster. Sancte deus etc. ℣. Aspice domine de sede sancta tua et cogita de nobis: inclina deus meus aurem tuam et audi: aperi oculos tuos et vide tribulationem nostram Sancte deus etc. Gloria patri. Sancte deus etc. Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. ℟. Sana me dñe quoniam conturbata sunt oīa ossa mea. ℣. Post partuz virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genetrix intercede pro nobis. ℣. Angelis suis deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in oībus viis tuis. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocerē ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs. ℟. Et cū spū. Oremus.

O Mnipotens sempiterne deus: infirmitatem famuli tui propitius respice: atque ad protegendum eum dexteram tue maiestatis extende. Oratio.

C Oncede hunc famulum tuum q̄s dñe deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et glōsa btē marie semper v̄ginis intercessione a pñti liberari tristitia, et eterna perfrui letitia. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominumq; dispensas, concede propitius, vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Oratio.

Deus qui facture tue semper pio dominaris affectu: inclina aurem tuam supplicationibus nostris: & famulum tuum ex aduersa valetudine sui corporis laborantem placatus respice: & visita in salutari tuo: & celestis gratie presta ei medicinam. Per dominum nostrum Jesum. in vnitate eiusdem. ℟. Amen.

Completa vltima oratione sacerdos vtranque manum ponat super caput infirmi, & dicat orationem de beato Vincētio: videlicet.

Hanc orationē Febricitātib' valere certū est

Super egros manus imponent & bene habebunt. Jesus Marie filius mundi salus & dominus meritis beati Vincentij confessoris sui sit tibi clemens & propitius. Amen. Postea dicat. Initium sancti euangelij secundum Joannem.

In principio erat verbum: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat: & vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet: & tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratie & veritatis. Postea subiungat dicens.

Dominus Jesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt te bene✠dicat: qui cum patre & spiritu sancto in vnitate perfecta viuit & regnat in secula seculorum amen. Benedictio dei omnipotentis, pa✠tris, & fi✠lij, & spiritus✠ sancti descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen. Predicta oratio super infirmos potest abbreuiari ad libitum. ¶ De petitionibus faciendis infirmo morienti valde vtilibus. Capitu. 4.

Dolent


Olent frequenter a personis secularibus ex deuotio/ne aduocari sacerdotes, vt assistāt morientibus. Ideo/que taliter aduocati, poterūt in tali tempore infrascri/ptam formā seruare, vel aliam, vt eis visum fuerit. Et primo ingredientes cameram infirmi dicant. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitātibus in ea. Postea accedentes ad infirmum, eum dulciter salutent, ꝛ consolentur. Et si viderint eum morti proximum, si tamen adhuc sit capax rationis, hor/tentur ad plenam subiectionem suiipsius diuine ꝛ bonitati ꝛ volū/tati. Et cum viderint eum paratum ad moriendū, sacerdos petat ab eo infrascriptas petitiones per ordinem, morose ꝛ distincte, vt eas infirmus percipere possit. vz. Sacerdos. Credis tu omnes articulos fidei: totam sacram scripturam ſm expositionem sancto rum doctorum ꝛ catholicorum? Respondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Detestaris tu: ꝛ reprobas omnes hereses: ꝛ supersti tiones a sancta matre ecclesia catholica damnatas: ꝛ reprobatas? Respondeat infirmus. Reprobo. Sacerdos. Gaudes mori in fide domini nostri Jesu christi? Respōdeat infirmus. Gaudeo. Sacerdos. Cognoscis te multum offendisse dn̄m deum creato/rem tuum: a quo tanta beneficia recepisti: ꝛ a quo habes quicquid boni habes? Respondeat infirmus. Cognosco. Sacerdos. Do les ex corde de omni offensa contra dominum deum, teipsum, ꝛ proximum tuum: qualitercunqꝫ commissa? Respōdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de omni negligentia: ꝛ omissione be ne operandi: ꝛ de contemptu gratiarum a domino deo tibi datarum? Respondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de hoc non timore mortis, vel cuiuscunqꝫ pene, sed solum ex cōsideratio/ne offense diuine bonitatis, quā offendisti? Respōdeat infirmus. Ita doleo. Sacerdos. Desideras recordari omnium peccatorū tuorum oblitorum, vt de ipsis habere possis specialem contritio/nem, ꝛ dolorem, ꝛ penitentiam? Respondeat infirmus. Deside/ro. Sacerdos. Proponis de cetero, si deo placuerit: te de hac e/gritudine sanatum: deinceps toto tempore vite tue cauere a pecca tis mortalibus: ꝛ vitam tuam mutare: ꝛ potius quodcūqꝫ damnū temporale: ꝛ corporalez mortez sustinere: q̄ȝ de cetero deum per peccatum mortale offendere? Respondeat infirmus. Propono. Sacerdos. Roga deum, vt te in hoc sancto proposito conseruet. Respondeat infirmus. Rogo. Sacerdos. Parcis omni/bus inimicis tuis, qui verbo, vel facto, tibi, vel tuis in ali/

quo nocuerunt: amore dñi dei tui: a quo etiam tu veniaz tuorũ pec
catorum petis: ꝛ hoc non solum verbo, sed corde, ꝛ firma volũtate?
Respondeat infirmus. Parco. Sacerdos. Vis omnia integre
restituere illis, a quibus acquisiuisses, accepisses, vel habuisses:
per te vel per alios iniuste, ꝛ indebito modo: ꝛ per hoc totam fa/
cultatem tuam: si aliter satisfacere non posses, exponere, ꝛ eidem
renunciare? Respondeat infirmus. volo: ꝛ paratus sum. Sacer/
dos. Credis nõ proprijs meritis, sed passionis domini nostri Je
su christi virtute: ꝛ merito ad gloriã peruenire? Respondeat infir
mus. Credo. Sacerdos. Credis quod dñs noster Jesus Chri
stus pro nostra salute mortuus sit: ꝛ quod ex proprijs meritis: vel
alio modo nullus possit saluari, nisi in merito passionis eius?
Respõdeat infirmus. Credo. Sacerdos. Redde ei gratias toto
corde: quantum potes: ꝛ te ipsius passioni recomenda: ꝛ ipsam
corde cogita: ꝛ ore, quantum potes nomina. Respõdeat infirmus
Reddo. Sacerdos. Doles quod non potes recordari de oĩbus
peccatis tuis: quibus dñm deum offendisti: in quocunqz loco: ꝛ
cum qualicunqz persona: que si recordareris, confitereris inte/
graliter? Respondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles:
quod postq̃z veniam de peccatis tuis a dño deo consecutus es: re/
cidiuans reuersus es ad eadem, vel similia, vel maiora peccata?
Respondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Si occurerit tibi dia/
bolus, ei semper appone merita passionis Christi. Rñdeat infir/
mus. Apponam. Sacerdos. Si te tentauerit de fide, dicas
te omnia credere: ꝛ confiteri, que credit, ꝛ confitetur sancta ca/
tholica ꝛ apostolica ecclesia. Respondeat infirmus. Dicam. Sa/
cerdos. Si dominus deus voluerit te secundũ tua peccata iudica/
re: dicas. Domine deus, ego pono mortem domini mei Jesu chri/
sti inter me ꝛ iudicium tuum: ꝛ quamuis meruerim eternaz mortẽ
propter peccata mea, interpono tamen meritum passionis eius/
dem loco meriti, quod ego miser deberem habere, ꝛ non habeo:
Item domine pono eãdem possionem ꝛ mortem domini mei
Jesu christi inter me ꝛ iram tuam, ꝛ in manus tuas domine com/
mendo spiritum meum. Respondeat infirmus. Dicam. Non
erit desperandum: vel dubitandum de salute illius, qui supra po
sitas petitiones corde crediderit: ꝛ ore confessus fuerit. Finitis
predictis petitionibus, cum ceperit in agone mortis infirmus
certare: poterunt legi infraposite passiones omnes, vel alique
ipsarum: sicut necesse fuerit: ꝛ etiam repeti. Et cum viderint in/
firmum

firmum signis euidentibus mori proximum, intermittentes pas/siones: faciant recommendationem anime: vt infra. fol. 162.
Prius tamen infirmus facere debet sequentes protestationes.
¶ He protestationes morientium reuelate fuerunt cuidam re/ligioso viro ad hunc finem, qz multi in extremis laborantes, etiam post sacramentalem confessionem, inciderūt ex diabolica tentatio/ne in barathrū desperationis. Reuelatūqz est, quod nullus qui ex corde talia que sequuntur, fuerit protestatus, damnari poterit

¶ De protestationibus faciendis a moriente. Cap. 5.

¶ Prima protestatio.

IN nomine sanctissime trinitatis, patris, ⁊ filij, ⁊ spūs sancti, Ego. N. protestor corā te scissime angel e dei: diuina pieta/te ex vtero mr̄is mihi deputato: ⁊ coraz te pr̄e meo. N. ⁊ coraz oī/bus vobis circunstantibus: q̄ in ea vera fide catholica: quā sancta Romana ⁊ ap̄lica profitet̄ ecclesia: ⁊ in qua omnes decesserūt san/cti: mori desidero: ⁊ volo. Nec ad momentum temporis diutius viuere affecto, nisi quantum diuine placuerit pietati, cui in omni/bus conformiter meam subijcio voluntatem. ¶ Scda protestatio.

¶ Item protestor, quod sub tua angelica protectione, ⁊ adiutorio diuine gratie discedaz, ⁊ sic mori intendo absqz oī desperatione ⁊ fidei dubitatione: ita quod neqz magnitudo, nec numerositas meo/rum peccaminum, in barathrū desperationis me īmergere debēt: cum sciam: ⁊ veraciter credam, vnam deifici sui sanguinis guttam in ara crucis effusam, suffecisse in redemtionem totius humani ge/neris, si ita placitum fuisset diuine pietati. ¶ Tertia protestatio.

¶ Protestor quod in casu, vbi ex pusillanimitate spiritus propter tremendum diuinum iudicium, cui astare habeo, aut demonis ten/tatione: seu debilitate rationis (quod deus auertat) aliquam inciderem desperationem, aut fidei dubitationem: hoc ipsum pro nunc sana mente existens, reuoco, casso, ⁊ pro non tali facto habere volo: eo quod non animo sano ⁊ deliberato hoc ipsum eueniet: submittens me totaliter diuine pietati. ¶ Quarta protestatio.

¶ Protestor etiam, quod cum diuina misericordia nulli peccatori contrito ⁊ confesso remissionem suoꝝ peccaminum deneget eā de/sideranti: quod eandē misericordiā ⁊ remissionē mihi impertiri ve/lit, toto corde desidero, ⁊ peto illaz consequi ꝑ merita amarissime sue mortis ⁊ virtutem pretiosissimi sanguinis sui pro me effusi, in ligno sanctissime crucis: ⁊ per merita ⁊ preces sanctissime sue ma/tris, ⁊ omniuz sanctorū angeloꝝ ⁊ electoꝝ. ¶ Quinta protestatio.

¶ Protestor etiam super hanc petitionem: humili prece perfectam: vt diuina pietas me suscipere velit in numerum eorum hominum: quos ab eterno preordinauit: in extremo iudicio esse saluandos: si & inquantum pro meis peccatis exigentibus: tandem penas purgatorias sustinere debeam, dummodo in eternum non secludar a sua pietate. ¶ Sexta protestatio.

¶ His protestationibus premissis sanctissime angele dei: tibi extremam meam voluntatem & affectionem: pro testamento anime mee cōmendo, tria mihi ex testamento saluatoris misericorditer impertiri. Primo vnum lachrymosum intuitum & dolorosū suspiriū: ex innumeris quos in cruce pendens tribus horis viuus habuit ad mitigandū dolorosos meos singultus, gemitus & suspiria: quibus nunc premor. Et vt ipsa mater omnis gratie mecum condiuidere velit vnicum cordis sui virginei gemitum dolorosumq; suspirium ac lachymosum intuitum: ex innumeris quos sub cruce stando suspirijs & lachrymis habuit filium, vt redemptorem humani generis intuendo. Suscipiendo me in numerum eorum peccatorum, qui veniam & salutem ad minus in extremo iudicio per sua sanctissima merita & preces consequuntur.

¶ Secundo succurrat tua angelica pietas, vt quando miserum cor meum scindetur: & anima mea misera a corpore separabitur, vt tunc inueniam placabilem iudicem: intuitu illius diuine charitatis: in qua amorosum cor suum scindebatur in cruce pro salute mundi: & sua diuinissima anima a diuinissimo corpore separabat.

¶ Ultimo sanctissime angele dei: cōmendo tibi extremam horam vite mee: & exitū anime mee gubernando: & ab hostibus salutis me protegendo: & vt super has protestationes velis esse: vbi & quotiens opus fuerit cōtra omnia pericula salutis, fidelis testis, & protector.

¶ Cum hō est in agonia mortis, legende sunt sequentes oīones.

¶ Oratio vtilis dicenda in agone mortis. Cap. 6.

ERat quidam papa: qui dum ad extrema venisset: interrogabat capellanum suum virū idoneū, & deuotū, quē plurimū diligebat: quibus suffragijs post mortem eū vellet apud deū iuuare. Qui rńdit: quod oībus modis quibus posset: & quecūq; iuberet p salute anime sue facere vellet. Et papa ait. Non peto aliud a te subsidium: nisi dum videris me in agonia positum: dñicā orationē pro me tribus vicibus dicas. Qui sibi libentissime promisit hoc. Ad quem papa: Cum primū Pater noster dixeris: dic in memoria agonie dñi nri Jesu christi: vt infra patebit. Cum secundū Pater

ter noster. dixeris: dic in memoria oium passionu dni nostri Jesu christi: vt infra. Cum dixeris tertium Pater noster. dic in honore ineffabilis charitatis dni nri Jesu christi: vt infra. His dictis pro/misit capellanus hec oia se libenter facturuz: quod et fecit cum dili/gentia, et deuotione, qbus potuit. Post mortem reuersus est papa splédidus ad eum, et coruscās, grates immensas sibi retulit dicen/do ab omni pena se fore liberatum. Nam post primu Pater nr. dns noster Jesus christus sudoré suu sanguineu pro me ostédens, oém meā propulsauit angustiā. Post secunduz Pater noster. per amaritudinez oium passionu suaru omnia peccā mea vt nubem de/leuit. Post tertiu Pater noster. per charitaté suaz celos reserauit: et me cuz gaudio introduxit. ¶ Isti sunt tres Pater noster. et tres Aue maria. cu trib9 orationib9 que debent dici p aiabus morientiu: oiuz: et multu eis pdest si dicatur deuote. ¶ In primis dicat Ky/rie el. Christe el. kyrie el. Pater nr. et tres Aue maria. Oratio.

D Omine Jesu christe per agoniam et orationem tuam sanctis/simam, qua orasti pro nobis in mõte oliueti, quando factus est sudor tuus sicut gutte sanguinis decurrētis in terram, obsecro te vt multitudinez sudoris tui sanguinei: quē pre timoris tui angu/stia copiosissime pro nobis effudisti, offerre et ostendere digne/ris deo patri oipotenti, cõtra multitudinem omniu peccatoruz hu/ius famuli tui: et libera eum in hac hora mortis suę, ab omnibus an/gustiis suis: quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum pa/tre et spiritu sancto viuis et reg. ¶ Secundum. Pater noster. ky/rie ele. Christe ele. kyrie elei. Pater noster et Aue maria. Oro.

D Omine Jesu Christe: qui pro nobis mori dignatus es in cruce: obsecro te vt omnes amaritudines passionu et pena/rum tuarum: quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce: et maxime in illa hora quando sanctissima anima tua egres/sa est de corpore tuo sanctissimo: offerre et ostendere digneris deo patri omnipotēti pro anima huius famuli tui: et libera eum in hac hora mortis ab omnibus peccatis et passionibus: quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum patre et spiritu sancto vi/uis et reg. ¶ Tertium. Pater noster. kyrie eleison. Christe elei/son. kyrie eleison. Pater noster. et Aue maria. Oratio.

D Omine Jesu Christe: qui per os prophetę dixisti in chari/tate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans tui: obsecro te: vt eandem charitatem tuam quē te de cęlo ad terram: ad tole/randas oium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre, et

-cedere digneris deo patri omnipotenti pro anima huius famuli tui: et libera eum ab omnibus passionibus et penis: quas pro peccatis suis timet se meruisse: et salua animam eius in hac hora exitus sui in gloria eterna: et tu pijssime domine Jesu christe qui redemisti nos pretiosissimo sanguine tuo: miserere anime huius famuli tui: et eum introducere digneris ad semper virētia et amena loca paradisi: vt viuat tibi amore inuisibili: qui a te et ab electis tuis separari nunquam potest. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas in trinitate perfecta per infinita secula seculorum. ℟. Amen. ¶ Postea si adhuc vixerit subiungende sunt infrascripte orationes cum totidem. Aue maria.

¶ Orationes dicende in agone mortis ad beatam virginem Mariam. Cap. 7. ¶ Prima oratio.

MEdiatrix dei et hominum et fons misericordie indesinenter effundens riuos copiose gratie, Maria te rogo dulcissima mater dñi nři Jesu christi per illam perturbationē quā habuisti in corde tuo pijssimo: tunc et deinceps cum simeon sanctus et senex prophetando diceret: tuā ipsius animā ptrāsibit gladius: vt petas quatenus idem benedictus filius tuus de largissima clemētia sua donet huic famulo tuo per eandē perturbationē tuā indulgentiā omnium pcōꝝ suoꝝ. Et vt eum liberet ab oībus malis preteritis: presentibus: et futuris. Amen. Aue maria. ¶ Secunda oratio.

AUxiliatrix dei et hominum et pacis eterne condimentum Maria te interpello speciosissima regina celi per illam dolorosam perturbationem quam habuisti in corde tuo benignissimo: pro eo quod filium tuum amantissimum per triduum amiseras: vt roges eum quatenus ipse propter eandem turbationem tuam huic famulo tuo dignetur dare plenam cognitionem: perfectam contritionem: puram confessionem: spem firmam: certam securitatem: a deo nunquam separandam: et ita perfectum et verum amorem: vt cum illo amore tantam mereatur mercedem in celo acquirere: ac si ei multis annis cum perfectione sanctissime vite diligentius seruiuisset. Amen. Aue maria. ¶ Tertia oratio.

REparatrix debilium: et vulnerate anime efficatissima medicina Maria te peto gloriosa dña per illam pturbationē quā habuisti in corde tuo clementissimo: pro eo quod perfidi iudei captiuauerunt et detinuerūt desiderabilem vnigenitū vteri tui filiū: de quo cognouisti in spiritu q volebat et q pati debebat pro salute humani generis: quatenus depreceris eundem filium ꝓpitiatorē seculi: vt

ipse

ipse propter eandē turbationez tuā de oī captiuitate: ꝛ ab oī tribu/
latione corporis ꝛ anime angustiaꝝ ꝛ periculoꝝ ꝛ tētationibꝰ de/
monum famulum tuum clementer eripiat: ꝛ ab omnibus malis
in perpetuum tueatur. Amen. Aue maria. ¶ Quarta oratio.

¶ Illuminatrix cecorum ꝛ lucerna salutifere gratie Maria te fla/
gito dulcissima bona mater dei: per illam turbationem tuam quaz
habuisti in corde tuo propitiatissimo: pro eo q̄ amantissimus filius
tuus a iudeis crudelissimis in conspectu tuo cuz clauis acutissimis
sine omni miseratione viuifice crucis patibulo fuit affixus: vt po/
stules ab eodem filio tuo quatenus per eandem turbationez tuam
ignem veri amoris: cum igne amoris ꝛ passionis sue in corde hu/
ius famuli tui accendat: quo ipse summus sacerdos ligno crucis
ipsum subiiciat, nutriat: ꝛ in altari cordis eius iugiter ardeat ꝛ flā/
mescat: ꝛ vt in commemoratione sue sctīssime passionis ꝛ mortis:
eiusdem sacratissime passionis sue non obliuiscatur. Et si ex infir/
mitate valida: vel ex alia causa quacunqz impediente: memor esse
nequiuerit: per eundem acerbe passionis sue dolorē in hora mor/
tis sue ex multiplici misericordia sua tantam mercedē in celis perci/
pere mereatur: ac si omnes dies suos consumpsisset in memoria
sue sacratissime passionis. Amen. Aue maria. ¶ Quinta oratio.

¶ Aduocatrix omnium peccatorum quos dānabiliter moles vi/
tiorum deprimit: finisqz nostre miserie Maria te deprecor vene/
rabilissima mundi domina per illam intolerabilē turbationē: quā
habuisti in corde tuo benignissimo in illa hora cuz filius tuus cun/
ctis desideratus gentibus: ac omnibus vere amabilis de cruce
depositus cum recentibus vulneribus ꝛ proprio sanguine rubrica
tus datus fuit a Joseph in sinum tuum: qui est corona iocunditatis
omnium beatorum in celi solio: vt propter eandē perturbationem
tuam: ipse famulum suum preuenire dignetur abundantia gratia/
rum suarum ꝛ copiose misericordie sue: vt det corpus suum ꝛ ani/
mam suam in potestatem tuam: ꝛ in sinum piissime misericordie
tue: quam cunctis deuote postulātibus clemēter aperis in eternū.
Et ad illud sinum gemebundum sic euz recipi affectuosissime de/
precor: propter illum dulcissimum infantulum tuum candidum ꝛ
rubicundum. Electum ex millibus. Qui thesaurus totius felicita
tis tue extitit ꝛ est. Quem in sinu tuo delicatissimo propriis lacta/
sti vberibus: vt in presenti vita: ꝛ precipue in extremis suis te vide
re mereatur cuz gaudio: ꝛ tue miserationi grās agere valeat in se/
cula seculorum. Amen. ¶ Letania pro infirmo moriente. Cap. 8.

¶ Ordo commendationis anime. Prius fiant letanie breues. Si autem sit femina dicatur pro ea.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Sancta maria ora pro eo.
Omnes sancti angeli et archangeli orate pro eo.
Omnis chorus iustorum ora pro eo.
Sancte abraham ora pro eo.
Sancte ioannes baptista ora pro eo.
Omnes sancti patriarche et prophete orate pro eo.
Sancte petre ora pro eo.
Sancte paule ora pro eo.
Sancte andrea ora pro eo.
Sancte bartholomee ora pro eo.
Omnes sancti apostoli et euangeliste orate pro eo.
Omnes sancti innocentes orate pro eo.
Sancte stephane ora pro eo.
Sancte laurenti ora pro eo.
Sancte clemens ora pro eo.
Sancte vincenti ora pro eo.
Omnes sancti martyres orate pro eo.
Sancte sylvester ora pro eo.
Sancte gregori ora pro eo.
Sancte nicolae ora pro eo.
Sancte augustine ora pro eo.
Omnes sancti pontifices et confessores orate pro eo.
Sancte benedicte ora pro eo.
Sancte bernarde ora pro eo.
Sancte dominice ora pro eo.
Sancte francisce ora pro eo.
Omnes sancti monachi et eremite orate pro eo.
Sancta maria magdalena ora pro eo.
Sancta lucia ora pro eo.
Sancta catherina ora pro eo.
Sancta cecilia ora pro eo.
Omnes sancte virgines et vidue orate pro eo.
Omnes sancti et sancte dei orate pro eo.
Propitius esto libera eum domine.
Ab ira tua libera eum domine.
A mala morte libera eum domine.

A penis

A penis inferni libera eum domine.
A potestate diaboli libera eum domine.
Ab omni malo libera eum domine.
Per mortem tuam libera eum domine.
Per sanctam resurrectionem tuam libera eum domine.
Per mortem ꝛ sepulturam tuam libera eum domine.
Per sanctam crucem tuam libera eum domine.
Per admirabilem ascensionem tuam libera eum domine.
Per gratiam spiritus sancti paracleti libera eum domine.
In die iudicij libera eum domine.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut ei parcas te rogamus audi nos.
Ut ei indulgeas te rogamus audi nos.
Ut ad veram penitentiã eum perducere digneris te rogamus.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

¶ Deinde pro vicino morti: cum in agone sui exitus anima visa fuerit anxiari dicantur he orationes.

¶ Commendatio anime ante mortem. Cap. 9.

Proficiscere anima christiana de hoc mundo: In nomine dei patris omnipotentis: qui te creauit. In nomine Jesu christi filij dei viui: qui pro te passus est: In nomine spiritus sancti qui in te fusus est: In nomine angelorũ ꝛ archangelorũ: In nomine thronorum ꝛ dominationum: In nomine principatuum ꝛ potestatum: In nomine cherubin ꝛ seraphin: In nomine patriarcharum ꝛ prophetarum. In nomine sanctorum apostolorum: In nomine sanctorũ martyrum ꝛ confessorum: In nomine sanctorũ monachorum ꝛ eremitarum: In nomine virginum ꝛ omnium sanctorum ꝛ sanctarum dei. Hodie sit in pace locus tuus: ꝛ habitatio tua sit in sancta sion. Per christum dominũ nostrum. ℟. Amen. Oratio.

Deus misericors, deus clemens, deus qui secũdum multitudinem miserationum tuarum peccata penitentium deles: ꝛ preteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas: respice propitius super hunc famulum tuum. N. ꝛ remissionẽ sibi omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renoua in eo pijssime pater quicquid terrena fragilitate corruptum vel quicquid diabolica fraude violatum est, ꝛ vnitati corporis ecclesię membrum redemptionis annecte. Miserere domine gemituum, miserere lachrymarum eius: ꝛ nõ habentẽ fiduciam nisi in tua misericordia, ad tue sacrm̃ reconcilia-

tionis admitte. Per christum dn̄m nostrum. ℟. Amen. Oratio.

Commendo te omnipotenti deo charissime frater, vel soror ⁊ ei, cuius es creatura committo: vt cum humanitatis debitum morte interueniente persolueris, ad authorē tuū, qui te de limo terre formauerat: reuertaris. Egredienti itaq̄ȝ anime tue de corpore, splēdidus angelorū cetus occurrat, Iudex apostolorꝫ tibi senatus occurrat, Candidatorum tibi martyrū triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilantium te confessorꝫ turma circūdet. Iubilantiū te virginū chorus excipiat: ⁊ beate quietis in sinu patriarcharum te complexus astringat. Mitis atq̄ȝ festiuus christi iesu tibi conspectus appareat, qui te inter assistentes sibi iugiter interesse decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus satanas cum satellitibus suis in aduentu tuo te comitantibus angelis contremiscat: atque in eterne noctis chaos immane diffugiat. Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius, ⁊ fugiant qui oderunt euȝ a facie ei⁹. Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur ⁊ exultent in conspectu dei. Confundantur igitur ⁊ erubescant oēs tartareę legiones ⁊ ministri satane iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Constituat te christus filius dei viui intra paradisi sui semper amena virentia, ⁊ inter oues suas te verus ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus pctīs tuis te absoluat, atq̄ȝ ad dexterā suā in electorū suorꝫ te sorte constituat. Redemptorem tuū facie ad faciē videas: ⁊ presens semper assistens, manifestissimā beatis oculis aspicias veritatē: Constitutus igitur inter agmina beatorꝫ: cōtēplationis diuina dulcedine potiaris in secula seculorum. ℟. Amē. Alia oro.

Suscipe domine animam famuli tui in locum sperande tibi saluationis misericordia tua. ℟. Amen. Libera domine animam famuli tui ex omnibus periculis infernoruȝ, ⁊ de laqueis penarum, ⁊ ex oībus tribulationibus. ℟. Amen. Libera aīaȝ famuli tui, sicut liberasti Enoch ⁊ Heliā de communi morte mūdi. ℟. Amē. Libera dn̄e animā famuli tui, sicut liberasti Noe de diluuio. ℟. Amen. Libera dn̄e animam famuli tui: sicut liberasti Abraham de hur caldeorꝫ. ℟. Amen. Libera dn̄e animā famuli tui: sicut liberasti Iob de passionibus suis. ℟. Amen. Libera domine aīam famuli tui: sicut liberasti Isaac de hostia ⁊ de manu pr̄is sui Abrahe. ℟. Amē. Libera domine aiaȝ famuli tui, sicut liberasti

berasti Loth de sodomis et de flamma ignis. ℟. Amen. Libera
dñe animam famuli tui: sicut liberasti Moysen de manu Pharao
nis regis egyptiorum. ℟. Amen. Libera dñe aiaz famuli tui: sicut
liberasti Danielē de lacu leonuz. ℟. Amen. Libera dñe animā
famuli tui: sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis:
et de manu regis iniqui. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui:
sicut liberasti Susannaz de falso crimine. ℟. Amen. Libera dñe
animam famuli tui: sicut liberasti Dauid de manu regis Saul et
de manu Golie. ℟. Amē. Libera domine aiaz famuli tui: sicut li
berasti Petruz et Pauluz de carceribus. ℟. Amē. Et sicut bea/
tissimam Teclam virginē et martyrē de tribus tormētis atrocissi/
mis liberasti, sic liberare digneris aiam huius famuli tui: et tecum
facias in bonis congaudere celestibus. ℟. Amen. Alia oratio.

Commendamus tibi domine animam famuli tui. ℟. preca/
murqz te domine Jesu christe saluator mundi, vt eaz ꝓpter
quam ad terram misericorditer descendisti patriarcharum tuo/
rum sinibus insinuare non renuas. Agnosce dñe creaturam tuam
non ex dijs alienis creatam, sed a te solo deo viuo et vero: qr non
est deus alius preter te: et non est sm opera tua. Letifica dñe ani/
mam eius in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum eius
antiquarum: et ebrietatum, quas suscitauit furor siue feruor ma/
li desiderij. Licet enim peccauerit, tamen patrem, et filium, et spi/
ritum sanctum non negauit, sed credidit, et zelum dei in se ha/
buit, et deum qui fecit omnia adorauit. ℟. Amen. Alia oratio.

Delicta iuuentutis et ignorantias eius ne memineris qs do/
mine, sed secūdū magnā misericordiā tuā memor esto illius
in gl'ia claritatis tue. Aperiantur ei celi, colletent' illi angeli, in re/
gnum tuum domine seruum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus
Michael archangelus dei, qui militie celestis meruit principatū.
Ueniant illi obuiam sancti angeli dei, et perducant eum in ciuita/
tez celestem hierusalem. Suscipiat eum beatus Petrus apl's, cui
a deo claues regni celestis tradite sunt. Adiuuet eum scūs Pau/
lus: qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo scūs
Joānes electus dei apl's et euangelista: cui reuelata sunt secreta
celestia. Orent pro illo omnes sancti apostoli: qbus a dño data est
potestas ligandi atqz soluendi. Intercedant pro eo omnes san/
cti et electi dei: qui pro christi nomine tormenta in hoc seculo su/
stinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad glo
riaz regni celestis Prestante domino nostro Jesu christo, qui

cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. ℞. Amen. ¶ De tentationibus, in quibus homo tentatur a diabolo in exitu anime sue: & de remediis ad expellendas eas.

Beatus Gregorius dicit, q antiquus hostis. s. diabolus multipliciter conatur tentare quemlibet christianum maxime in articulo mortis. Et inter alia specialiter de tribus dicit: q quando in illa agonia homo laborat in extremis, & iam amisit visum corporalem & auditum, tunc diabolus preparat graues tentationes. Et primo tentat de fide, preparando diuersas imaginationes. Hoc quando fit vel credit verisimiliter tale fieri: vt dicit beatus Augustinus, statim debet homo firmiter cogitare q tentatio est diabolica: & debet homo dicere in corde suo, licet non possit ore, ¶ Domine Iesu Christe ego verus catholicus sum: & credo omnia que credat & tenet sancta ecclesia romana, & in ista fide volo mori. Et tunc inimicus recedit confusus. Verum statim inimicus est preparatus cum alia tentatione: scilicet de peccato desperationis, ita q tunc reducuntur ei ad memoriam multa peccata, que homo cõmisit: & specialiter quando homo habet aliqua per obliuionem incõfessa. Et tunc homo incipit turbari, & titubare, & cogitare quomodo ipse posset saluari: & reputabit quasi impossibile. Unde dicit idem statim debet homo cogitare hanc esse tentationem diabolicam: & debet dicere in corde suo. ¶ Domine Iesu christe tu effudisti sanguinem tuum in cruce propter peccata nostra: placeat tibi q merita sancte passionis tue deleant peccata mea, de quibus recordatus fui: & confessus sum: & de aliis meritum passionis tue suppleat. Hoc dicto statim tentatio recedit. Videns diabolus q nõ potest habere victoriam per istos modos, vt dicit idem, apparet ei in pulcherrima figura dicens. Ego sum christus creator & redemptor tuus: me ergo adora. Unde dicit idem q hic debet esse homo valde cautus & non credat sibi: sed dicat. Si tu es christus ille qui assumpsit carnem de virgine Maria: & natus est ex ipsa remanẽte virgine & fuit passus in cruce vsque ad mortem propter peccata nostra: & descendit ad inferos ad liberandum sanctos patres: & resurrexit tertia die: & ascendit ad celum die ascensionis: & in die iudicij debet venire ad iudicandum viuos & mortuos. Si tu es ille ego te adoro: aliter non adoro. Tunc diabolus videns se oĩno victum & confusum recedit penitus & amplius non reuertitur ad tẽtãdũ. Postmodũ iste talis qui istis resistit: & vincit tẽtationes diabolicas hz consolationẽ cũ angelis & expectat coronã de victoria.

¶ Sequentes

¶ Sequētes orones dicēde sunt super agonizāte in trāsitu deuo te, morose ⁊ ītelligibiliter vt infirm⁹ audire possit. Orem⁹. Orō.

O Sancta trinitas pater, fili, ⁊ spiritus alme, omnipotēs eter/ne deus: tua imensa atracti ac moti pietate, pro anima famu li tui. N. nūc in extremis laborantis te deprecari compellimur: ⁊ ipsam sacratissime dñe tue pussime omnipotentie cōmendamus, vt illā ab insidiis, aspectu quoque ⁊ terrore demonū custodiendo tuearis: ne fidem repente perdens quaz tenuit: pessime despera/tionis labatur in foueam: ne diffidentie tentationibus cedat, ne preteritorum scelerum recordatione desperet. Exaudi rex glorio se tuam suauissimam ⁊ clementissimam bonitatem pro ea interpel lantes. Exaudi inquā per orationes patriarcharū, per merita pro phetarū, per suffragia apostolorū, per victoriam martyrū, per fidē confessorū, per virginū puritatē, p deuotā intercessionē oīum, qui tibi ab initio placuerunt, ⁊ tecū mō regnantes inexcogitabili felici tate letātur. Ab ipsa dñe iactantiam repelle: tribue cōpunctionē, suscita fletum, cor eius mollifica, ab oībus insidiis inimici illaz tue re, fidei tue lumine confirma: gratie tue infunde charitatē: vt in te rex oīps ⁊ in tua pietate confidens oīuz culparum vera contritio/ne ab intimis visceribus concutiatur. Clementissime dñe omnia iniqua desideria ab illo rescinde, ignea tela diaboli extingue, lar/gire fontem lachrymarum: quibus iniquitatum suarū tergat ma/culas, vincula disrūpat. Fac eam dñe salubriter petere, audire que petit, atqz celeriter exaudi. Si pie respicis viuet, si despexeris pe riit. Si iustitia vteris ante oculos tuos mortua fetet, si misericor/diter vt tuam bonitatē decet aspexeris, a desperationis barathro reuocatur. Respice dñe sancte pater dilecti filij tui vulnera ⁊ cruo rē. Dñe Jesu christe rex piissime qui venisti redimere perditos: noli dānare redemptos. Da illi dñe cor pium quod te timeat, sen sum vigilē qui te intelligat: simplicē oculū, intentionē rectā, qua te sequatur. Dñe Jesu christe fili patris misericordiarū ⁊ regine mi sericordie gloriose virginis Marie: aīe hui⁹ famuli tui miserere: ⁊ eā de maiestatis tue sede clementer aspiciens ab illa repelle te/nebras: ⁊ eam splendoribus tue claritatis illustra. Clemētissime dñe Jesu a tua pietate culparū eius, remissionē humiliter petim⁹, qui deo patri mundū tuo cruore gratū reddidisti. O fons pietatis non consueuisti esse crudelis. Tue dilectissime genitricis preces ne spernas. O gloriosa regina mūdi Maria: virgo pulcherrima: vgo misericors: q̄ genuisti regē velut rosa decora, illos tuos miseri

cordes oculos ad seruum tuum. R. misericorditer conuerte: tu que pctõrum aduocata pdicaris: prima eorum spes: que nulli claudere potes sinum tue pietatis. O misericordie mr: ecce tẽpus patrocinandi: qñ famulus tuus. R. iudicez iratũ sentiẽs: ptectionis tue gratiam efflagitat. Eia ergo aduocata nostra, occurre velociter. O Gabriel archãgele qui salutem mũdo nũciasti. O sancte Michael, qui draconem Acherontis expugnasti. O sancte Raphael, qui filium iusti salubriter deduxisti. O angele custos huius dei seruuli. O celestes angelorum oĩum chori, necnõ patriarcharũ, prophetaruz, aplorũ, martyrũ, ꝯfessorũ, sacerdotũ, leuitarũ: monachorum, eremitarũ, virginũ, omniũqz iustorũ, per amorẽ ineffabilem agni immaculati Jesu christi regis vestri, qui vos de mundo elegit, cuius leta visione gaudetis, vos pro huius nostri fratris anima deprecamur, vt eam vestris precibus iuuare dignemini: quatenus diaboli faucibus erepta saluetur, ⁊ vestre iocundissime societati leta iungatur. O rex clementissime deus omnipotens, o saluator mundi Jesu pie, qui omnium in te sperantium misereri consueuisti, propter orationes dei genitricis: ⁊ omnium sanctorum angeloruz ac electorũ dei famulo tuo. R. q̃s miserere: quatenus in passionis tue merito ac sanguine a peccatorum suorum maculis ablutus eternaliter in tuo regno glorietur. Amen.

O Suauissime dñe Jesu christe beatorum requies ⁊ omnium in te sperantium salus iocundissima, qui in nocte dire passionis tue ad patrem orasti dicens, Pater si possibile est, transeat a me calix iste, veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat: quique illa hora in tanta fuisti angustia, vt de pretioso corpore tuo sanguis efflueret, deprecamur te bone Jesu, quatenus animam famuli tui. R. tua solita pietate iuues, vt pro suis delictis conteratur, ⁊ moueatur ad penitentiam salubrem, vt in hac hora tremebunda, in occursu aduersarij non paueat: nec in aduentu: aut aspectu tuo iudex tremende, accusante conscientia: contremiscat: sed potius faciem tuam, in iubilo videns letetur: te prestante Jesu Christe: cuius est passione redemptus. Amen.

O Dulcissime rex Jesu pie, qui in tue passionis horrenda nocte a discipulis tuis destitutus inter aduersarios tuos solus stetisti, tue pietati supplicamus, vt animam seruuli tui. R. in suo obitu solam non relinquas in manibus iniquorum demonum auxilio tuo destitutam: sed tua virtute, ⁊ tuorum angelorum sanctorum societate securam, ad locum tue beatissime visionis

O per sanguinis tui virtutem letanter deducas. Amen.

O Dñe iesu chře decus ⁊ gl'ia scōꝝ: q pēdēs in cruce, ꝑ tuis di/ris crucifixorib⁹ patrē rogasti dicēs, Pr̄ ignosce illis, q: nesciūt qd faciūt: tuā pietatē precamur pie iesu, vt in mēte seruuli tui. N. ora/tionis tue renouare digneris affectū: quatenus offensaꝝ oīum ab eterno patre veniā consequat̄. Et sicut tūc exaudit⁹ fuisti tu dñe ac rex, sic nūc cuz p̄re seruos ac milites tuos exaudire digneris ꝑ ser/uulo tuo. N. q nescit qd faciat, dū fidei ⁊ sesus exiguitate tepescit. Rogamus pie iesu, vt in obitu ei⁹ omnia sua peccata dimittas, ⁊ ꝑ tue dure passionis merito, ad angeloꝝ ꝯsortia deducatur. Amen.

O Sacratissime dñe Jesu xpe saluator, qui ꝑpter nr̄a scelera abolenda, post crudelia verbera, post pudibunda oppro/bria, post irrisiuaz ⁊ afflictiuā aculeoꝝ coronaz: ī cruce nudus istar latronis affigi elegisti, exoramus te pie per has tuas passiones, vt animam famuli tui. N. in extremis laborantē, suoꝝ pcōꝝ doloro/sa ꝯfessione verberes: vera contritione ꝯfundas: vero timore co/rones: ⁊ in cruce tua oēs sensus mentales eius affigas, quatenus sic totus a te spūaliter vulneratus, tuoꝝ vulneꝝ merito omniū de/lictoꝝ suoꝝ veniā cōsequatur, ⁊ ad gaudia celestia pducat̄. Amē.

O Gloriosissime rex Jesu chře angeloꝝ dulcedo: qui affixus cruci pro nobis, veram fidei lucē cordi latronis infudisti, vt te verum deuz ⁊ verū hoīem fateretur dū clamauit, memento mei dñe duz veneris in regnuz tuum: maiestatē tuā suppliciter exora/mus, vt in famulo tuo. N. in extremis laborante ꝯseruare digne/ris vere fidei sacramentum: vt sacratissime tue passionis merito, tua veritate, tuoq; amore loricatus in suo obitu spūs immundos: nequaquā vereatur, sed tuā ꝑpetuā gloriā adeat iubilāter. Amē.

O Clementissime dñe Jesu, verbuz eterni p̄ris, ⁊ fili virginis glo'se: qui mūdū visibiliter deserēs, ⁊ solitudini mr̄ne cōpa/tiēs, ei dilectū discipulum in filiuz adoptasti: humiliter tue maiesta/ti supplicamus, per merita tue passionis: ⁊ ꝑ eiusdē tue īclyte mr̄is preces, necnō tui dilecti discipuli: quatenus digneris in animā hu/ius serui tui spirituz tue charitatis infundere: in quo tibi coheres deo p̄ri adoptetur in filiuz. Committe q̄s de throno glorie tue hu/ius famuli tui. N. aīam clementissime tue mr̄i: quatenus in mor/tis agone non paueat, sed virginalibus tibi manibus p̄ntata cle/menter suscipiatur a te in tua gloria cū sctīs tuis collocāda. Amē.

O Clementissime domine Jesu corona certantium: qui mo/riturus in cruce docuisti nos compendiose tempore mor/

tis orare dicens, Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ: tue maiestati supplicamus, vt spiritus sancti virtute, eandem oratio/nem menti huius famuli tui digneris imprimere, vt eam perso/net semper, ⁊ in hac extrema hora eius sentiat effectum, in tuas sanctissimas manus, suam animam commendando. Amen.

O Misericordissime dñe iesu, generis humani reparator: qui in die tue acerbissime passionis in neruorum contractione, ossiuꝫ compressione, spinaruꝫ punctione, penã acerbissimã tulisti, ⁊ latus tuũ vnde sanguis ⁊ aqua flueret aperiri voluisti: depreca/mur dñe, vt aiaꝫ famuli tui. N. virtutũ splendore illustres: ⁊ spina/ruꝫ tuarum merito illi tribuas de offensis ab eo tibi illatis dolere vehementer, vt omnia eius delicta tue passionis acerbitate deleã/tur, ⁊ ad angelorum societatem, te ducẽte valeat peruenire. Amẽ.

Iniquos odio habui: ⁊ legẽ tuã dilexi. Adiutor ⁊ susceptor meus es tu: ⁊ in verbũ tuum supersperaui. Declinate a me maligni: ⁊ scrutabor mandata dei mei. Suscipe me ſm eloquium tuum ⁊ viuam: ⁊ nõ confundas me ab expectatione mea. Adiuua me ⁊ saluus ero: ⁊ meditabor in iustificationibus tuis semp. Spre uisti oẽs discedentes a iudicijs tuis: qz iniusta est cogitatio eorũ. Preuaricãtes reputaui oẽs peccatores terre: ideo dilexi testimo/nia tua. Cõfige timore tuo carnes meas: a iudicijs eñi tuis timui.

Feci iudicium ⁊ iustitiam: non tradas me calumniantibus me. Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum: ⁊ in elo/quium iustitie tue. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: ⁊ iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Tempus facien/di domine: dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua: super aurum ⁊ topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui.

Mirabilia testimonia tua domine: ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonum tuorum illuminat: ⁊ intellectum dat paruulis. Os meum aperui ⁊ attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Aspice in me ⁊ miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuuz. Gressus meos dirige secundũ eloquiũ

tuum: et non dominetur mei omnis iniustitia. R edime me a ca/
lumnijs hominũ: vt custodiam mãdata tua. F aciem tuaz illumina
super seruum tuuz: et doce me iustificationes tuas. E xitus aquarũ
deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.
I Ustus es dñe: et rectum iudicium tuum. M andasti iustitiã
testimonia tua: et veritatem tuaz nimis. T abescere me fecit
zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. I gnitum elo/
quium tuum vehementer: et seruus tuus dilexit illud. A dolescen/
tulus sum ego et contemptus iustificationes tuas non sum oblitus.
I ustitia tua iustitia in eternum: et lex tua veritas. T ribulatio et
angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. E qui/
tas testimonia tua in eternum: intellectum da mihi et viuam.
C Lamaui in toto corde meo exaudi me domine: iustificatio/
nes tuas requiram. C lamaui ad te saluum me fac: vt custo/
diam mandata tua. P reueni in maturitate et clamaui: quia in ver/
ba tua supersperaui. P reuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt
meditarer eloquia tua. V ocem meam audi sm misericordiam
tuam domine: et sm iudicium tuum viuifica me. A ppropinqua/
uerunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti
sunt. P rope es tu domine: et omnes vie tue veritas. I nitio
cognoui de testimonijs tuis: quia in eternum fundasti ea.
V Ide humilitatem meam et eripe me: qr legem tuam non sum
oblitus. I udica iudicium meum et redime me: propter eloquium
tuum viuifica me. L onge a peccatoribus salus: quia iustificatio/
nes tuas non exquisierunt. M isericordie tue multe dñe: sm iudi/
cium tuum viuifica me. M ulti qui persequuntur me tribulant me:
a testimonijs tuis non declinaui. V idi preuaricantes et tabescebã:
quia eloquia tua non custodierunt. V ide quoniam mandata tua
dilexi domine: in misericordia tua viuifica me. P rincipium ver/
borum tuorũ veritas: in eternum omnia iudicia iustitie tue.
P Rincipes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formi/
dauit cor meum. L etabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit
spolia multa. I niquitatem odio habui, et abominatus sum: legez
autem tuaz dilexi. S epties in die laudem dixi tibi: sup iuditia iu/
stitie tue. P ax multa diligentibus legẽ tuã: et non est illis scanda/
lum. E xpectabam salutar tuũ dñe: et mãdata tua dilexi. C ustodi
uit aĩa mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer. S eruaui mã/
data tua et testimonia tua: quia oẽs vie mee in cõspectu tuo.
A Ppropinque deprecatio mea in conspectu tuo domine:
iuxta

iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. I ntret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me. E ructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas. P ronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas. F iat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. C oncupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est. U iuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. E rraui sicut ouis que perijt: quere seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. ¶ Symbolum siue fides catholica sancti Athanasii episcopi. Cap. ii.

Q Uicunqz vult saluus esse: ante omnia opus est: vt teneat catholicam fidem. Q uam nisi quisqz integram inuiolatamqz seruauerit: absqz dubio in eternum peribit. F ides aut catholica hec est: vt vnu deu in trinitate, & trinitatem in vnitate veneremur. N eqz confundentes personas: neqz substatia separantes. A lia est enim persona patris, alia filij, alia spus sancti. S ed patris & filij & spiritus sancti vna est diuinitas: equalis gloria, coeterna maiestas. Q ualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. I ncreatus pater increatus filius, increatus spiritus sanctus. I mmensus pater, immensus filius: immesus spiritus sanctus. E ternus pater eternus filius, eternus spus sanctus. E t tn non tres eterni: sed vnus eternus. S icut no tres increati nec tres immensi: sed vnus increatus & vnus immensus. S imiliter oipotens pater, ops fili⁹: ops spus sanctus. E t tn non tres omnipotetes: sed vnus omnipotens. I ta deus pater, deus filius: deus spiritus sanctus. E t tame no tres dij: sed vnus est deus. I ta dns pater, dominus filius: dns spus sanct⁹. E t tamen non tres domini: sed vnus est dns. Q uia sicut singillatim vnamquaqz personam deum & dominu confiteri christiana veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur. P ater a nullo est factus: nec creatus nec genitus. F ilius a patre solo est: non factus nec creatus sed genitus. S pus sanctus a patre & filio, no factus nec creatus nec genitus, sed procedens. U nus ergo pater, non tres patres: vnus filius, non tres filij: vnus spiritus sanctus non tres spiritus sancti. E t in hac trinitate nihil prius aut posterius: nihil maius aut minus: sed tote tres persone coeterne sibi sunt & coequales. I ta vt per omnia sicut iaz supradictum est, & vnitas in trinitate & trinitas in vnitate veneranda sit. Q ui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat. S ed necessarium est ad eternam salu/

de duodecim qui dicitur Judas scarioth ad principes sacerdotū: et ait illis. S Quid vultis mihi dare: et ego eum vobis tradam? C At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem: vt eum traderet. Prima autē die azymorū accesserunt discipuli ad Jesum dicentes. S Ubi vis paremus tibi comedere pascha? C At Jesus dixit. ✠ Ite in ciuitatem ad quendam: et dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. C Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus: et parauerunt pascha. Uespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis: et edentibus illis dixit. ✠ Amen dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. C Et contristati valde ceperunt singuli dicere. S Nunqd ego sum dñe? C At ipse respondens ait. ✠ Qui intingit mecū manum in parapside: hic me tradet. Filius quidē hoīs vadit: sicut scriptum est de illo. Ue autē homini illi: per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. C Respōdēs autem Judas qui tradidit eum: dixit. S Nunquid ego sum rhabbi? C Ait illi. ✠ Tu dixisti. C Cenantibus autē eis accepit Jesus panem: et benedixit: ac fregit: deditque discipulis suis: et ait. ✠ Accipite et comedite: hoc est corpus meum. C Et accipiens calicem gratias egit: et dedit illis dicens. ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illū: cum illud bibam vobiscū nouum in regno patris mei. C Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti. Tunc dixit illis Jesus. ✠ Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptū est enim: Percutiam pastorem: et dispergentur oues gregis. Postq̄ autē resurrexero: precedam vos in galileā. C Rñdēs autem Petrus, ait illi. S Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunquam scandalizabor. C Ait illi Jesus. ✠ Amē dico tibi: quia in hac nocte antequā gallus cantet: ter me negabis. C Ait illi Petrus. S Etiam si oportuerit me mori tecum: non te negabo. C Similiter omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, que dicitur Gethsemani: et dixit discipulis suis. ✠ Sedete hic donec vadam illuc: et orem. C Et assumpto Petro et duobus filijs Zebedei cepit contristari: et mestus esse. Tunc ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic: et vigilate mecum. C Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans et di/

cens. ✠ Mi pater: si possibile est: transeat a me calix iste. Uerum
tamen non sicut ego volo: sed sicut tu. C. Et venit ad discipulos
suos: & inuenit eos dormientes. Et dicit Petro. ✠ Sic: Non
potuisti vna hora vigilare mecum? Uigilate, & orate, vt non intre/
tis in tentationē. Spiritus quidem promptus est: caro autem in/
firma. C. Iteruz secūdo abijt: & orauit, dicens. ✠ Pater mi: si nō
potest hic calix transire, nisi bibam illū: fiat voluntas tua. C. Et ve
nit iterum: & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū gra/
uati. Et relictis illis iterum abijt & orauit tertio eundē sermonez
dicens. Tunc venit ad discipulos suos: & dixit illis. ✠ Dormite
iam & requiescite. Ecce appropinquabit hora: & filius hominis tra/
detur in manus peccatorum. Surgite: eamus. Ecce appropinqua/
bit qui me tradet. C. Ad huc eo loquente: ecce Iudas vnus de/
duodecim venit: & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus mis/
si a principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tra/
didit eum: & dedit illis signum: dicens. S. Quemcūqz osculatus fu/
ero ipse est: tenete eū. C. Et confestim accedens ad Iesum: dixit.
S. Aue rhabbi. C. Et osculatus est eum. Dixitqz illi Iesus. ✠
Amice ad quid venisti? C. Tūc accesserūt: & manus iniecerunt
in Iesum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum
Iesu, extēdens manū exemit gladiū suū: & percutiens seruū prin/
cipis sacerdotum amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus.
✠ Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui
acceperint gladium: gladio peribunt. An putas qr non possuz ro/
gare patrem meum: & exhibebit mihi modo plus qz duodecim legi
ones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture? Quia
sic oportet fieri. C. In illa hora dixit Iesus turbis. ✠ Tanqz ad
latronem existis cum gladis & fustibus cōprehendere me. Quo/
tidie apud vos sedebam docens in templo: & non me tenuistis.
C. Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripture
prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt. At
illi tenentes Iesum, duxerunt eum ad Caypham principez sacer
dotum, vbi scribe & seniores conuenerant. Petrus autem seque/
batur eum a longe vsque in atrium principis sacerdotum. Et in/
gressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem. Princi/
pes autem sacerdotum: & omne concilium querebant falsum te/
stimonium contra Iesuz: vt euz morti traderēt: & non inuenerūt:
cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt
duo falsi testes: & dixerunt. S. Hic dixit. Possum destruere tem/

plum

pluz dei: ⁊ post triduũ reedificare illud. ℂ Et surgens princeps sacerdotũ: ait illi. ℣ Nihil respondes ad ea, que isti aduersuz te testificantur? ℂ Jesus autẽ tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. ℣ Adiuro te per deum viuum: vt dicas nobis si tu es Christus filius dei viui. ℂ Dixit illi iesus. ✠ Tu dixisti. Verũtamen dico vobis: amodo videbitis filiuz hoīs sedentẽ a dextris virtutis dei: ⁊ venientem in nubibus celi. ℂ Tunc princeps sacerdotum scidit vestimẽta sua: dicens. ℣ Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? ℂ At illi respondentes dixerunt. ℣ Reus est mortis. ℂ Tunc expuerunt in faciez eius: ⁊ colaphis eum cederũt. Alij aũt palmas in faciem eius dederũt dicentes. ℣ Prophetiza nobis christe: quis est qui te percussit? ℂ Petrus vero sedebat foris in atrio: ⁊ accessit ad eum vna ancilla: dicens. ℣ Et tu cũ iesu galileo eras. ℂ At ille negauit coram oībus dicens. ℣ Nescio quid dicis. ℂ Exeunte aũt illo ianuam: vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his qui erãt ibi. ℣ Et hic erat cuz iesu nazareno. ℂ Et iterũ negauit cum iuramento: qꝛ non noui hoiez. Et post pusillũ accesserunt qui astabant: ⁊ dixerunt Petro. ℣ Vere ⁊ tu ex illis es: nam ⁊ loquela tua manifestuz te facit. ℂ Tunc cepit detestari ⁊ iurare: qꝛ nõ nouisset hoiez. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̃ʒ gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Mane autem facto: consilium inierunt oẽs principes sacerdotum ⁊ seniores populi aduersus iesum: vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eũ: ⁊ tradiderunt pontio Pilato presidi. Tũc videns iudas qui eum tradidit: qꝫ dãnatus esset: penitentia ductus: retulit triginta argenteos principibus sacerdotum ⁊ senioribus: dicens. S Peccaui tradẽs sanguinẽ iustũ. C At illi dixerunt. S Quid ad nos? tu videris. C Et proiectis argenteis in tẽplo recessit: ⁊ abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. S Non licet eos mittere in corbonã: quia pretium sanguinis est. C Consilio aũt inito: emerunt ex illis agruz figuli in sepulturaz peregrinorũ. Propter hoc vocatꝰ est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis: vsque in hodiernum diez. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetã dicentẽ. Et acceperunt triginta argẽteos pretium appretiati: quem appretiauerunt a filiis israel: ⁊ dederunt eos in agrum figuli: sicut constituit mihi dñs. Jesus autem

stetit ante presidem. Et interrogauit eum preses: dicēs. S Tu es rex iudeorum? C Dicit ei iesus. ✠ Tu dicis. C Et cum accusaretur a principibus sacerdotum ꝛ senioribus: nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus. S Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? C Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur preses vehementer. Per diem autem solemnem consueuerat preses dimittere populo vnum vinctum: quem voluissent. Habebat autem tunc vnum vinctum insignem, qui dicebatur Barrabas, q propter seditionem missus fuerat in carcerem. Congregatis autē illis dixit Pilatus. S Quem vultis dimittam vobis: Barrabam an iesum qui dicitur christus? C Sciebat enim quod per inuidiā tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali: misit ad illum vxor eius: dicens. S Nihil tibi ꝛ iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. C Principes autem sacerdotum ꝛ seniores persuaserunt populis: vt peterent Barrabam: Iesum vero perderent. Respondens autem preses: ait illis. S Quem vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt. S Barrabam. C Dicit illi Pilatus. S Quid ergo faciam de Iesu: qui dicitur christus? C Dicunt omnes. S Crucifigatur. C Ait illis preses. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant: dicentes. S Crucifigatur. C Uidens autem Pilatus: quia nihil proficeret: sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo dicens. S Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. C Et respondens vniuersus populus: dixit. S Sanguis eius super nos: ꝛ super filios nostros. C Tunc dimisit illis Barrabam: Iesum autem flagellatum tradidit eis: vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes Iesum in pretorio: congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei: ꝛ plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius: ꝛ arundinem in dextera eius: ꝛ genuflexo ante eum: illudebant ei dicētes. S Aue rex iudeorum. C Et expuentes in eum acceperunt arundinem ꝛ percutiebant caput eius. Et postquam illuserūt ei: exuerunt eum chlamyde: ꝛ induerunt eum vestimentis eius: ꝛ duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerūt hominē Cyreneū venientem de villa: nomine Simonem. Hunc angariauerūt: vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha: quod est caluarie locus: ꝛ dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset noluit bibere. Postquam autē crucifixerunt eū:

diuiserunt

diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Jesus nazarenus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris: ⁊ vnus a sinistris Pretereuntes autem blasphemabant eum: mouentes capita sua: ⁊ dicētes. S Vah qui destruis templuz dei: ⁊ in triduo illud reedificas. Salua temetipsum. Si filius dei es: descende de cruce. C Similiter ⁊ principes sacerdotum illudentes cum scribis ⁊ senioribus dicebant. S Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est: descendat nunc de cruce: ⁊ credimus ei. Confidit in deo: liberet euz nunc si vult. Dixit enim quia filius dei sum. C Idipsuz autem ⁊ latrones qui crucifixi erāt cuz eo: improperabant ei. A sexta autem hora tenebre facte sunt super vniuersam terram vsqꝫ ad horaz nonā. Et circa horā nonā clamauit Jesus voce magna dicens. ✠ Heli heli lamazabachthani. C Hoc est. ✠ Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? C Quidam autē illic stantes ⁊ audientes dicebāt. S Heliaz vocat iste. C Et continuo currēs vnus ex eis acceptam spongiā impleuit aceto: ⁊ imposuit arundini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. S Sine: videamus an veniat Helias liberans eum. C Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo vsque deorsum: ⁊ terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊ monumenta aperta sunt: ⁊ multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionē eius venerūt in sanctam ciuitatem: ⁊ apparuerūt multis. Centurio autez ⁊ qui cū eo erāt custodientes Jesum: viso terremotu: ⁊ his, que fiebant, timuerunt valde dicentes. S Vere filius dei erat iste. C Erāt autem ibi mulieres multe a longe que secute erāt Jesuz a galilea ministrantes ei: inter quas erat maria Magdalene: ⁊ maria Jacobi: ⁊ Joseph mater: ⁊ mater filiorum Zebedei. Cum sero autez factum esset, venit quidaz homo diues ab Arimathia noīe Joseph: qui ⁊ ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum: ⁊ petijt corpus Jesu Tunc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in sindone munda: ⁊ posuit illud in monumento suo nouo: quod exciderat ī petra. Et aduoluit saxū magnū ad ostiū monumenti ⁊ abijt. Erant aūt ibi maria magdalene: ⁊ al

tera maria: sedêtes côtra sepulchrum. ¶ Hic cãtat' ĩ tono euãgelii.
Altera autẽ die, que est post parasceuen, conuenerunt princi/pes sacerdotum et Pharisei ad Pilatum dicentes. Dñe re/cordati sum⁹: quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq3 in diez tertiũ: ne forte veniant discipuli eius et furentur eum: et dicant plebi surre/xit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pi/latus. Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autẽ abeũ/tes munierunt sepulchrum: signantes lapidem cum custodibus.
¶ Passio domini nostri Iesu Christi sm Marcum. Cap. 14.

In illo tempore: Erat pascha et azyma post biduũ: et querebãt summi sacerdotes et scribe, quomodo ie/sum dolo tenerent et occiderent. Dicebant enim. S Nõ in die festo. Ne forte tumultus fieret in po/pulo. C Et cum esset Iesus bethanie in domo si/monis leprosi et recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi: et fracto alabastro effu/dit super caput eius. Erant autem quidaz indigne ferentes intra semetipsos: et dicentes. S Ut quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecen/tis denarijs: et dari pauperibus. C Et fremebant in eam. Iesus autez dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonuz opus operata est in me. Semper eniz pauperes habebitis vobiscũ: et cũ volueritis potestis illis benefacere: me autem nõ semp habebitis. Quod habuit hoc fecit: preuenit vngere corpus meum in sepultu/ram. Amen dico vobis: vbicunque pdicatũ fuerit euãgeliũ istud ĩ vniuerso mundo: et quod hec fecit, narrabitur in memoriam eius. C Et iudas scariotis vnus de duodecim abijt ad summos sacer/dotes: vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: et promi/serunt ei pecuniam se daturos. Et querebat qũo illuz opportune traderet. Et primo die azymorum quando pascha immolabant dicunt ei discipuli. S Quo vis eamus et paremus tibi vt mandu/ces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. ✠ Ite in ciuitatem: et occurret vobis homo lagenam aque baiulans. Se/quimini eum: et quocunque introierit dicite domino domus: quia magister dicit: vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stra/tum: et illic parate nobis. C Et abierunt discipuli eius et vene/runt in ciuitatem: et inuenerunt sicut dixerat illis: et parauerũt pa/scha.

scha. Vespere autem facto venit cum duodecim: ꝛ discumbenti/
bus eis: ꝛ manducantibus: ait Jesus. ✠ Amen dico vobis: quia
vnus ex vobis me tradet qui manducat mecum. C. At illi ceperũt
contristari ꝛ dicere ei singillatim. S. Numquid ego? Qui ait illis.
✠ Unus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino. Et
filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Ve autem
homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si
non esset natus homo ille. C. Et manducãtibus illis accepit Je/
sus panem: ꝛ benedicẽs, fregit, ꝛ dedit eis, ꝛ ait. ✠ Sumite, hoc
est corpus meũ. C. Et accepto calice gratias agens dedit eis. Et
biberunt ex illo omnes: ꝛ ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui
testamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: q' iam
non bibam de genimine vitis vsq; in diem illum: cum illud bibaʒ
vobiscum nouum in regno dei. C. Et hymno dicto: exierunt in
montem oliuarum: ꝛ ait illis Jesus. ✠ Omnes vos scandaliza/
bimini in me in nocte ista: qꝛ scriptum est. Percutiam pastorem: ꝛ
dispergentur oues. Sed postq̃ resurrexero precedam vos in
galileam. C. Petrus autẽ ait illis. S. Et si oẽs scandalizati fue/
rint: sed nõ ego. C. Et ait illi Jesus. ✠ Amẽ dico tibi: qꝛ tu ho/
die in nocte hac priusq̃ bis gallus vocem dederit: ter me es nega/
turus. C. At ille amplius loquebatur. S. Et si oportuerit me si/
mul commori tibi: non te negabo. C. Similiter autẽ ꝛ oẽs dicẽ/
bant. Et veniunt in prediũ cui nomen Bethsemani: ꝛ ait discipu/
lis suis. ✠ Sedete hic donec orem. C. Et assumpsit Petrum ꝛ
Jacobum ꝛ Joannẽ secũ: ꝛ cepit pauere ꝛ tedere. Et ait illis. ✠
Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ. Sustinete hic ꝛ vigilate. C. Et
cuʒ processisset paululum procidit super terram: ꝛ orabat vt si fieri
posset, transiret ab eo hora: ꝛ dixit. ✠ Abba pater: oĩa tibi possibi
lia sunt: trãsfer calicẽ hunc a me. Sed nõ quod ego volo, sed quod
tu. C. Et venit ꝛ inuenit eos dormiẽtes: ꝛ ait Petro. ✠ Simon
dormis? Nõ potuisti vnã horã vigilare mecũ? Vigilate ꝛ orate: vt
nõ intretis in tentationem. Spũs quidẽ promptus est: caro autẽ
infirma. C. Et iterum abiens orauit eundem sermonem: dicens.
Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim oculi
eorũ grauati: ꝛ ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio:
ꝛ ait illis. ✠ Dormite iam ꝛ requiescite. Sufficit. Venit hora,
ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite ea/
mus: ecce qui me tradet prope est. C. Et adhuc eo loquente ve/
nit Judas scarioth vnus ex duodecim: ꝛ cum eo turba multa

cum gladijs ⁊ lignis: missi a summis sacerdotibus: ⁊ scribis, ⁊ se-
nioribus. Dederat autem traditor eis signū: dicēs. S Quecūqꝫ
osculatus fuero ipse est, tenete eum: ⁊ ducite caute. C Et cum ve-
nisset statim accedens ad eum: ait. S Rhabbi. C Et osculatus
est eum. At illi manus iniecerunt in eum: ⁊ tenuerunt euꝫ. Unus
autem de circumstantibus educens gladiū: percussit seruū summi
sacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam. Et rn̄dens Jesus: ait illis.
✠ Tanquam ad latronem existis cū gladijs ⁊ lignis compreheu-
dere me. Quotidie apud vos eram in templo docens: ⁊ non me
tenuistis. Sed vt adimpleantur scripture. C Tunc discipuli
eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adolescens autem qui-
dam sequebatur eum amictus sindone super nudo: ⁊ tenuerunt
eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxe-
runt Jesum ad summum sacerdotē: ⁊ cōuenerūt oēs sacerdotes:
⁊ scribe: ⁊ seniores. Petrus autem a lōge secutus est eū vsqꝫ intro
in atrium summi sacerdotis: ⁊ sedebat cum ministris: ⁊ calefacie-
bat se ad ignem. Summi vero sacerdotes ⁊ omne concilium que-
rebant aduersus Jesum testimonium: vt eum mori traderent: nec
inueniebant. Multi enim testimonium falsuꝫ dicebant aduersus
eum: ⁊ conuenientia testimonia non erant. Et quidā surgētes fal-
sum testimonium ferebant aduersus eum: dicentes. S Quoniam
nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluā templuꝫ hoc manu-
factum: post triduum aliud non manufactuꝫ edificabo. C Et non
erat conueniens testimoniū illorū. Et exurgēs summus sacerdos
in mediuꝫ interrogauit Jesum: dicens. S Nō rn̄des quicq̄ ad
ea que tibi obijciuntur ab his? C Jlle autē tacebat, ⁊ nihil rn̄dit.
Rursus summus sacerdos interrogabat eum: ⁊ dixit ei. S Tu
es christus filius dei benedicti? C Jesus autem dixit illi. ✠ Ego
sum. Et videbitis filium hoīs sedentem a dextris virtutis dei: ⁊
venientem cum nubibus celi. C Sūmus aūt sacerdos scindens
vestimenta sua: ait. S Quid adhuc desideramus testes? Audi-
stis blasphemiam. Quid vobis videtur? C Qui omnes cōdēna-
uerunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam cōspuere eū.
⁊ velare faciem eius: ⁊ colaphis euꝫ cedere: ⁊ dicere ei. S Pro-
phetiza. C Et ministri alapis eum cedebant. Et cum esset Pe-
trus in atrio deorsum: venit vna ex ancillis summi sacerdotis: ⁊
cum vidisset Petruꝫ calefacientem se, aspiciēs illuꝫ, ait. S Et tu
cum Jesu nazareno eras. C At ille negauit: dicens. S Neque
scio: neque noui quid dicas. C Et exijt foras ante atriū: ⁊ gallus
cantauit.

cantauit. Rursus autem cum vidisset illuz alia ancilla: cepit dicere circunstantibus: Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillũ rursus qui astabant dicebant Petro. Vere ex illis es, nam et galileus es. Ille autem cepit anathematizare et iurare: qr nescio hoiem istum quez dicitis. Et statim iterum gallus cãtauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus, priusq̃ gallus cantet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cuz senioribus et scribis et vniuerso concilio: vincientes Iesum duxerunt et tradiderũt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. S Tu es rex iudeorum? C At ille respondens: ait illi. ✠ Tu dicis. C Et accusabant euz summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursus interrogauit eum: dicens. S Non respondes quicquã? Vides in quantis te accusant? C Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat illis dimittere vnũ ex vinctis quencũq3 petiissent. Erat autem vnus qui dicebatur Barrabas: qui cum seditiosis erat vinctus: qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba: cepit rogare euz sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis: et dixit. S Vultis dimittam vobis regem iudeorum? C Sciebat enim q̃ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam: vt magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens: ait illis. S Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifige eum. C Pilatus vero dicebat eis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant. S Crucifige eum. C Pilatus autẽ volens populo satisfacere dimisit illis Barrabam: et tradidit Iesum flagellis cesum: vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eũ intro in atrium pretorij: et conuocant totam cohortẽ. Et induũt eum purpura: et imponunt ei plectentes spineaz coronam: et ceperunt salutare eum. S Aue rex iudeorum. C Et percutiebant caput eius arundine: et conspuebant eum: et ponentes genua adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei: exuerunt illũ purpura: et induerunt eum vestimentis suis: et educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereũtem quempiam Simonem cyrenerũ venientem de villa: patrẽ Alexandri et Rufi: vt tolleret crucẽ ei⁹. Et perducunt eum in Golgotha locuz: quod est interpretatũ caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatũ vinuz: et non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius: mittentes sortez

super eis: vt quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifi/
xerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: rex iudeorum.
Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris eius: & ali/
um a sinistris. Et adimpleta est scriptura que dicit: Et cum ini/
quis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouen
tes capita sua, & dicentes. S. Vah qui destruis templum dei: &
in tribus diebus reedificas. Saluum fac temetipsum descendens
de cruce. C. Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alteru
trum cum scribis dicebant. S. Alios saluos fecit: seipsum non po/
test saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cru/
ce: vt videamus & credamus. C. Et qui cum eo crucifixi erant
conuiciabantur ei. Et facta hora sexta, tenebre facte sunt super to/
tam terram: vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit
Jesus voce magna: dicens. ✠ Heloi heloi lamazabachthani.
C. Q. õ est interpretatũ. ✠ Deus meus: deus meus: vt quid de/
reliquisti me? C. Et quidam de circunstantibus audientes dice/
bant. S. Ecce heliam vocat. C. Currens autem vnus: & implẽs
spongiam aceto: circumponensque calamo potum dabat: ei di/
cens. S. Sinite: videamus si veniat helias ad deponendum eũ.
C. Jesus autem emissa voce magna expirauit. Et velum templi
scissum est in duo: a summo vsque deorsum. Videns autem cen/
turio: qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset. ait. S.
Vere hic homo filius dei erat. C. Erant autem ibi mulieres de
lõge aspicientes: inter quas erat maria magdalene: & maria iaco/
bi minoris: & ioseph mater: & salome. Et cum esset in galilea: se/
quebantur eum: & ministrabant ei: & alie multe que simul cum eo
adscenderant hierosolymam. Hic legitur in tono euangelij.

Et cum iam sero esset factum: quia erat parasceue quod est
ante sabbatum: venit Joseph ab arimathia nobilis decu/
rio: qui & ipse erat expectans regnum dei: & audacter introiuit
ad pilatum: & petijt corpus Jesu. Pilatus autem mirabatur si
iam obijsset. Et accersito centurione: interrogauit eum si iam
mortuus esset. Et cum cognouisset a centurione: donauit cor/
pus ioseph. Joseph autem mercatus est sindonem: & deponens
eum inuoluit sindone: & posuit eum in monumento quod erat ex/
cisum in petra: & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

Passio domini nostri Jesu Christi secundum Lucaz. Cap. xv.

In illo tempore. Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha & querebant principes sacerdotum, & scribe: quomodo iesum interficerent. Timebant vero plebem. Intrauit autẽ satanas in iudam: qui cognominabatur scarioth vnum de duodecim: & abijt & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus: quemadmodum traderet illum eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat opportunitatem, vt traderet eum sine turbis. Uenit autẽ dies azymoꝝ, in qua necesse erat occidi pascha: & misit petrum & ioãnez, dicẽs. ✠ Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. C. At illi dixerũt. S. Ubi vis paremus? C. Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibꝰ vobis in ciuitatẽ occurret vobis homo amphorã aque portans, sequimini eum in domũ in quaz intrat, & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister: Ubi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostendet cenaculũ magnũ stratum, & ibi parate. C. Euntes autẽ inuenerũt sicut dixit illis iesus, & parauerunt pascha. Et cum facta esset hora discubuit: & duodecim apostoli cũ eo. Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ antequã patiar. Dico enim vobis: q: ex hoc nõ mãducabo illud: donec impleatur in regno dei. C. Et accepto calice gratias egit & dixit. ✠ Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis: qa non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. C. Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens. ✠ Hoc est corpus meũ: quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationẽ. C. Similiter & calicem postquã cenauit dicens. ✠ Hic calix nouuz testamentum est in sanguine meo: qui pro vobis effundetur. Ueruntamen ecce manus tradẽtis me: mecũ est in mensa. Et quidez filius hominis secundũ qꝫ diffinitum est vadit. Ueruntamẽ ve homini illi p quẽ tradetur. C. Et ipsi ceperũt querere inter se: quis esset ex eis: qui hoc facturus esset. Facta est autẽ & contentio inter eos, quis eoruz videretur esse maior. Dixit autem eis. ✠ Reges gentium dominantur eorũ: & qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Uos autem non sic. Sed qui maior est in vobis fiat sicut iunior: & qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Uos autem estis

qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo: et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus israel. C Ait autem dominus simoni. ✠ Simon: ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. C Qui dixit ei. S Domine tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire. C Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. C Et dixit eis. ✠ Quando misi vos sine sacculo et pera et calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis. C At illi dixerunt: S Nihil. C Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram: et qui non habet vendat tunicam suam: et emat gladium. Dico enim vobis: quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, que sunt de me, finem habent. C At illi dixerunt. S Domine ecce gladij duo hic. C At ille dixit eis. ✠ Satis est. C Egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum et discipuli eius. Et cum peruenissent ad locum, dixit illis. ✠ Orate ne intretis in tentationem. C Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, et positis genibus orabat dicens. ✠ Pater si vis transfer calicem istum a me. Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. C Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione et venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristitia, et ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite et orate, ne intretis in tentationem. C Adhuc eo loquente: ecce turba: et qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos: et appropinquauit iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi. ✠ Iuda osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat dixerunt ei. S Domine si percutimus in gladio: C Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, et amputauit auriculam eius dextram. Respondens autem iesus ait. ✠ Sinite vsque huc. C Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum et magistratus templi et seniores. ✠ Quasi ad latronem existis cum gladijs et fustibus: cum quotidie vobiscum fuerim in templo, et non extendistis manus in me.

me. Sed hec est hora vestra, ⁊ potestas tenebrarum. C Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur eum a longe. Accenso autem igne in medio atrij, ⁊ circunsedentibus illis: erat petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quedam sedentem ad lumen: ⁊ eum fuisset intuita dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negauit eum dicens. S Mulier non noui illum. C Et post pusillū alius videns eum dixit. S Et tu de illis es. C Petrus vero ait. S O homo non sum. C Et interuallo facto quasi hore vnius, alius quidaꝫ affirmabat dicens. S Vere ⁊ hic cuꝫ illo erat. Nam ⁊ galileus est. C Et ait petrus. S homo nescio quid dicis. C Et continuo adhuc illo loquente cantauit gallus, ⁊ conuersus dn̄s respexit petrum. Et recordatus est petrus verbi dn̄i sicut dixerat: q̄ priusquaꝫ gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras petrus fleuit amare. Et qui tenebant iesum illudebant ei: cedentes eum. Et velauerunt euꝫ: ⁊ percutiebant faciem eius: ⁊ interrogabant eum dicentes. S Prophetiza: quis est qui te percussit? C Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis ⁊ principes sacerdotum, ⁊ scribe, ⁊ duxerunt illum in concilium suum dicentes. S Si tu es christus dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis dixero: non creditis mihi: Si autem interrogauero: non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. C Dixerunt autem omnes. S Tu ergo es filius dei? C Qui ait ✠ Vos dicitis q̄ ego sum. C At illi dixerunt. S Quid ad huc desideramus testimoniuꝫ? Ipsi eniꝫ audiuimus ex ore eius. C Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt autē illū accusare dicētes. S Hunc inuenimus subuertentē gentem nostrā: ⁊ prohibentem tributa dari cesari: ⁊ dicentem se christuꝫ regē esse. C Pilatus autem interrogauit eum dicens. S Tu es rex iudeoruꝫ? C At ille respondens ait. ✠ Tu dicis. C Ait autem pilatus ad principes sacerdotum ⁊ turbas. S Nihil inuenio cause in hoc hoīe. C At illi inualescebant dicentes. S Cōmouit populū docens p̄ vniuersam iudeam, incipiēs a galilea vsqꝫ huc. C Pilatus autē audiens galileā: interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit quod de herodis potestate esset, remisit eum ad herodem, qui ⁊ ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes autē viso iesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tp̄e videre euꝫ, eo q̄ audierat

multa de illo: ⁊ sperabat signum aliqđ videre ab eo fieri. Interro
gabat aũt illũ multis sermonibus. At ipse nihil illi rñdebat. Sta
bant autem principes sacerdotũ ⁊ scribe cõstanter accusantes eũ.
Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo, ⁊ illusit indutuz
veste alba, ⁊ remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes ⁊ pi
latus in ipsa die. Nam antea inimici erant adinuicem. Pilatus
autem cõuocatis principibus sacerdotũ, ⁊ magistratibus ⁊ plebe,
dixit ad illos. S Obtulistis mihi hunc hominem quasi auerten
tem populum: ⁊ ecce ego coram vobis interrogans: nullaz causaz
inuenio in homine isto: ex his in quibus euz accusatis. Sed neqz
herodes. Nam remisit illum ad nos. Et ecce nihil dignuz morte
actum est ei. Emendatum ergo illũ dimittã. C. Necesse autẽ ha
bebat dimittere eis per diem festum vnũ. Exclamauit autẽ simul
vniuersa turba dicens. S Tolle hunc: ⁊ dimitte nobis barrabaz.
C Qui erat propter seditionem quandaz factã in ciuitate ⁊ homi
cidiũ missus in carcerem. Iterũ autẽ pilatus locutus est ad illos,
volens dimittere iesum. At illi succlamabant dicentes. S Cruci
fige, crucifige illum. C Ille autem tertio dixit ad illos. S Quid
enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Cor
ripiam ergo illum ⁊ dimittam. C At illi instabant vocibus ma
gnis postulantes vt crucifigeretur, ⁊ inualescebant voces eorum:
⁊ pilatus adiudicauit fieri petitionem eorũ. Dimisit autẽ illis euz
qui propter homicidium ⁊ seditionẽ missus fuerat in carcerẽ: quẽ
petebant: iesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent
eum: apprehenderunt simonem quendã cyrenensem venientẽ de
villa: ⁊ imposuerunt illi crucem portare post iesum. Sequeba
tur autem illum multa turba populi ⁊ mulierum: que plangebant
⁊ lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Jesus dixit.
✠ Filie hierusalem nolite flere super me, sed super vosipsas fle
te, ⁊ super filios vestros: quoniam ecce venient dies, in quibus di
cent. Beate steriles ⁊ ventres qui non genuerunt: ⁊ vbera que
non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super
nos: ⁊ collibus operite nos: quia si in viridi ligno hoc faciunt, in
arido quid fiet? C Ducebantur autem ⁊ alij duo nequã cum eo, vt
interficerentur. Et postq̃ venerunt in locũ, qui vocatur caluarie,
ibi crucifixerunt eum, ⁊ latrones: vnum a dextris, ⁊ alterum a sini
stris. Jesus autez dicebat. ✠ Pater dimitte illis: nõ enim sciunt
quid faciunt. C Diuidentes vero vestimẽta eius miserũt sortes.
Et stabat populus expectans, ⁊ deridebant eũ principes cũ eis
dicentes

dicentes. S Alios saluos fecit, seipsum saluum faciat, si hic est christus dei elect᷒. C Illudebant aũt ei ⁊ milites accedẽtes ⁊ acetũ offerentes ei ⁊ dicentes. S Si tu es rex iudeorum saluum te fac. C Erat aũt ⁊ superscriptio scripta super eum literis Grecis latinis ⁊ hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus aũt de his, qui pẽdebãt latronibus, blasphemabat eum dicens. S Si tu es chr̃s saluũ fac temetipsuꝫ ⁊ nos. C Rñdens aũt alter increpabat euꝫ dicens. S Neqꝫ tu times deum, qui in eadem dãnatione es. Et nos qdẽ iuste: nã digna factis recipimus, hic ṽo nihil mali gessit. C Et dicebat ad iesum. S Dñe memento mei cũ veneris in regnũ tuum. C Et dixit illi iesus. ✠ Amẽ dico tibi: hodie mecuꝫ eris in paradiso. C Erat ãt fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sunt in vniuersa terra: vsqꝫ in horam nonã. Et obscurat᷒ est sol, ⁊ velũ tẽpli scissuꝫ est medium. Et clamãs iesus voce magna ait. ✠ Pr̃ i man᷒ tuas commendo spũm meũ. C Et hec dicens expirauit. Uidens autẽ centurio qḋ factum fuerat glorificauit deum dicens. S Uere hic homo iustus erat. C Et oĩs turba eoꝝ, qui simul aderant ad spectaculum istud ⁊ videbãt q̃ fiebant, pcutiẽtes pectora sua reuertebant. Stabant aũt oẽs noti eius a longe, ⁊ mulieres que secute erant eum a galilea hec vidẽtes. Hic cantatur in tono euangelij.

Et ecce vir nomine ioseph, qui erat decurio, vir bonus ⁊ iustus. Hic non consenserat consilio ⁊ actibus eorum, ab arimathia ciuitate iudeę: qui expectabat ⁊ ipse regnũ dei. Hic accessit ad pilatũ: ⁊ petijt corpus Iesu. Et depositũ inuoluit sindone: ⁊ posuit eum in monumento exciso, in quo nondũ quisquã positus fuerat. ¶ Passio domini nostri Iesu christi s̃m Ioannẽ. Cap. 18.

IN illo tẽpore, Egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrẽtem cedrõ, vbi erat hortus: in quem introiuit ipse ⁊ discipuli eius. Sciebat autem ⁊ iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem ⁊ a põtificibus ⁊ phariseis ministros venit illuc cum laternis ⁊ facibus ⁊ armis. Iesus itaqꝫ sciens omnia que ventura erant super eum, processit ⁊ dixit eis. ✠ Quem queritis? C Responderunt ei. S Iesum nazarenuꝫ. C Dicit eis iesus. ✠ Ego sum. C Stabat autem ⁊ iudas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum, abierunt retrorsum, ⁊ ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. ✠ Quem queritis? C Illi autem dixerunt. S Iesum nazare-

aduersus hominem hunc? C. Responderunt et dixerunt ei. S Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus. S Accipite eum vos: et secundum legem ve/stram iudicate eum. C Dixerunt ergo iudei. S Nobis non licet interficere quenquam. C Ut ergo sermo iesu impleretur quem dixit: significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus et vocauit iesum et dixit ei. S Tu es rex iudeorum? C Respondit iesus. ✠ A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? C Respondit pilatus. S Nunquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? C Respondit iesus. ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei vti/que decertarent vt non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. C Dixit itaque ei pilatus. S Ergo rex es tu? C Respondit Jesus. ✠ Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhi/beam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. C Dicit ei pilatus. S Quid est veritas? C Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad eos et dixit eis. S Ego nullam inuenio in eo cau/sam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pas/cha. Uultis ergo dimittam vobis regem iudeorum? C Clamaue runt omnes dicentes. S Non hunc, sed barrabam. C Erat autē barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pilatus Jesum: et flagel lauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt ca/piti eius: et veste purpurea circundederunt eum: et veniebant ad eum, et dicebant. S Aue rex Jude orum. C Et dabant ei ala/pas. Exiuit iterum pilatus foras et dicit eis. S Ecce adduco vo/bis eum foras vt cognoscatis, quia nullam causam inuenio in eo. C Exijt ergo Jesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum. Et dicit eis. S Ecce homo. C Cum ergo vidis/sent eum pontifices et ministri clamabant dicentes. S Crucifige crucifige eum. C Dicit eis pilatus. S Accipite eum vos: et cru/cifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. C Responderunt ei iudei. S Nos legem habemus et secundum legem debet mo/ri: quia filium dei se fecit. C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit. Et ingressus est pretorium iterum: et dicit ad Jesum. S Unde es tu? C Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem ha/

beo dimittere te? C. Respondit Jesus. ✠ Non haberes pote/
statem aduersus me vllam, nisi datum tibi esset desuper. Pro/
pterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. C. Et exin/
de querebat pilatus dimitetrē eum. Judei ergo clamabant di/
centes. S. Si hunc dimittis: non es amicus cesaris. Omnis
enim qui se regem facit contradicit Cesari. C. Pilatus ergo cum
audisset hos sermones, adduxit foras iesum: ꝛ sedit pro tribunali
in loco qui dicitur lithostratos: hebraice vero gabatha. Erat autē
parasceue hora quasi sexta: ꝛ dicit iudeis. S. Ecce rex vester.
C. Jlli autem clamabant. S. Tolle tolle crucifige eum. C. Dicit
eis pilatus. S. Regem vestrum crucifigam? C. Responderunt
pontifices. S. Non habemus regem nisi Cesarem. C. Tunc er/
go tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Je/
sum: ꝛ eduxerunt. Et baiulans sibi crucem: exiuit in eum qui dicit
Caluarie locus: hebraice autem golgotha: ꝛ ibi euȝ crucifixerunt,
ꝛ cum eo alios duos hinc ꝛ hinc. Scripsit autem titulum pilatus:
ꝛ posuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus nazarenus
rex iudeorum. Hunc ergo tituluȝ multi legerunt iudeorum: quia
prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est iesus. Erat autem
scriptū hebraice, grece, ꝛ latine. Dicebant ergo pilato pontifices
iudeoꝝ. S. Noli scribere rex iudeorum: sed quia dixit rex sum iu
deorum. C. Respondit pilatus. S. Quod scripsi scripsi. C. Mi
lites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta sua ꝛ fe/
cerunt quatuor partes: vnicuique militi partem ꝛ tunicam. Erat
autem tunica inconsutilis: desuper contexta per totum. Dixerunt
ergo adinuiceȝ. S. Non scindamus eā: sed sortiamur de ea cuius
sit. C. Vt scriptura impleretur dicēs. Partiti sunt vestimēta mea
sibi: ꝛ super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem
hoc fecerunt. Stabat autem iuxta crucem iesu mater eius: ꝛ so
ror matris eius maria cleophe: ꝛ maria Magdalene. Cum vidis
set ergo iesus matrem ꝛ discipulum stātem quem diligebat: dicit
matri sue. ✠ Mulier ecce filius tuus. C. Deinde dicit discipu/
lo. ✠ Ecce mater tua. C. Et ex illa hora accepit eam discipulus
in suam. Postea sciens iesus: quia iam omnia consummata sunt vt
ꝯsummaretur scriptura dicit. ✠ Sitio. C. Vas ergo positum
erat aceto plenum. Jlli autem spongiam plenam aceto hyssopo
circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Je/
sus acetum dixit. ✠ Consummatum est. C. Et inclinato capi/
te tradidit spiritum. Judei ergo quoniam parasceue erat, vt non

remanerent

remanerent in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies il/
le sabbati: rogauerunt pilatum vt frangerentur eorum crura ⁊ tol
lerentur. Venerunt ergo milites ⁊ primi quidem fregerunt cru/
ra: ⁊ alterius qui crucifixus est cum eo. Ad iesum autem cum ve/
nissent ⁊ vidissent eum iam mortuum: non fregerunt eius crura:
sed vnus militum lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit san
guis ⁊ aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: ⁊ verũ est testi/
moniũ eius. Et ille scit, q͛ vera dicit, vt ⁊ vos credatis. Facta sunt
enim hec vt scriptura impleretur dicens: Os non cõminuetis ex
eo. Et iteruʒ alia scriptura dicit. Videbunt in quẽ transfixerunt.
Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia: eo qđ
esset discipulus iesu: occultus autem propter metum iudeo/
rum: vt tolleret corpus iesu. Et permisit pilatus. Venit ergo ⁊ tu
lit corpus eius. Venit autem ⁊ nicodemus qui venerat ad iesum
nocte primum ferens misturam myrrhe ⁊ aloes quasi libras cen
tum. Acceperunt ergo corpus iesu ⁊ ligauerunt eum linteis cum
aromatibus sicut mos est iudeis sepelire. Erat aũt in loco vbi cru
cifixus est hortus: ⁊ in horto monumentũ nouũ: in quo nondũ quis
quã positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuẽ iudeorum: quia
iuxta erat monumentum posuerunt iesum. ¶ Sermo dñi nostri
Jesu Christi ante passionem habitus coram apostolis. Cap. 18.
Ante diem festum pasche, sciens iesus, q͛ venit eius hora,
vt transeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos,
qui erant in mundo, in fine dilexit eos. Et cena facta cum diabo/
lus iam misisset in cor vt traderet eum iudas simonis scariothis:
sciens q͛ omnia dedit ei pater in manus, ⁊ quia a deo exiuit: ⁊ ad
eum vadit: surgit a cena, ⁊ ponit vestimenta sua. Et cum accepis/
set linteum: precinxit se. Deinde misit aquam in peluim: ⁊ cepit
lauare pedes discipulorum: ⁊ extergere linteo, quo erat precin/
ctus. Venit ergo ad simonem petrum. Et dicit ei petrus. Domi
ne tu mihi lauas pedes? Respondit Jesus: ⁊ dixit ei. Quod ego
facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei petrus. Non
lauabis mihi pedes in eternum. Respondit ei Jesus. Si non
lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei simon petrus.
Domine non tantum pedes meos: sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit
ei iesus. Qui lotus est: non indiget, nisi vt pedes lauet: sed est
mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat
enim quisnam esset: qui traderet eum: propterea dixit: non estis
Cumq; reuertuntur in ecclesiam, ordinate, stent in choro. Et fi/nito responsorio, sacerdos dicat. Pater noster. ℣. Et ne nos in/ducas. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi ora/tionem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Do/minus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Tibi domine commendamus animam famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat: et que per fragilitatem mun/

dane consider sationis peccata committit: tu venia misericordissi/
sime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. R.
Amen. ¶ An aliquid sit exigendum pro sepultura. Capitul. 20.

AD eruditorum sacerdotum instructionem non minus incon
grue visum est vsitatam questionem interponere, An liceat
sacerdotibus parochialibus aliquid exigere pro sepultura defun
ctorum: et an aliquod pactum cum heredibus defuncti interponen
dum sit. ¶ Ad hoc dubium respondet Reuerendus pater domi/
nus Michael Lochmaier sacre theologie et vtriusque iuris doctor
in sua parochiali curatorum. titu. 6. c. 3. in hunc modum. ¶ Ad
proposite questionis euidentiam propono causam facti in nonnul/
lis parochiis prouincie Saltzburgen. maxime diocesis Patauie.
inoleuit consuetudo talis, quod defuncto aliquo parochiano, rector
parochialis: aut eius vicarius pro sepultura aliquid: quod com/
muni vocabulo remedium vocant, ab heredibus defuncti in pe/
cunia consueuit exigere et recipere: dubitatum sepius fuit a non/
nullis conscientie timorate viris, an hoc pretextu consuetudinis
licite fieri possit: et quod sic. Nam illud in communi practica in plur/
bus locis solet haberi ex antiqua consuetudine. Etiam episcopi et
eorum officiales hoc sciunt et tolerant. Igitur. Sed quod fieri non
possit, quia in talibus frequenter interuenit pactum vel exactio
contra communis iuris dispositionem: quod pro sepultura tanquam
pro spirituali bono nihil ex pacto exigi debeat: vt in. ca. abolende.
de sepultu. et. c. non satis. de simo. etc. quia materia remediorum
est de lana et lacte: hoc est de vtilitate pecuniaria curatorum. De
quorum numero me profiteor, ne alij domini non curati forsitan
laxius quam ipsis videbitur procedere me cecutientem aut fauorizan
tem existiment: aut certe domini curati si interdum rigorem aut e/
quitatem consuetudini forte preposuero, me persecutorem pro/
prij ordinis accusent: intendo quantum potero inter deuia reme/
diorum exequiarum et aliorum circa sepulturas defunctorum ob/
uenientium pari passu incedere. Et primo quid sit remedium, et
acceptionem huius prepositionis, pro, declarare. Deinde me pau
cis conclusionibus circa quesitum absoluere. Premissa igitur acceptio
ne sepulture et aliorum in precedenti articulo. Cum non reperiam ali
quem antiquum aut modernum doctorem: quid sit remedium diffinis/
se, ad comem practicam eorum, que rei nomen imposuerunt, recurro.
Et dico quod secundum practicam eorum: remedium est illud quod preter id quod
pro exequiis siue officio defunctorum et cultu diuino peragendo soli/

tum est dari ex rebus defuncti, aut eius heredibus: in pecunia: siue existimatione: occasione iuris funerandi: siue sepulture & cimiterij: a rectore parochiali aut eius vicario petitur siue exigitur, quasi anime remedium: quod solitu3 est dari pro exequijs & cultu diuino. Et probatur hoc idem ex acceptionibus sepulture supra dictis: vbi nulli alteri modorum sepulture conuenienter applicari potest remedium, cum ista prepositione: pro. De cuius significato nūc dicemus. Pro quo nota: quod hec prepositio, pro, ꝯm doc. in. 4. distin. 25. quos imitatur Archi. in. ca. Agatho. 63. dist. & in. c. iudices. & cap. ordinationes. 1. q. 1. pluribus modis accipitur. ¶ Uno modo notat appretiationem, vel communitatem, vel cām principaliter & primo mouentem: & sic qualitercūq3 capiatur sepultura, preterquā tertio modo, non est licitū aliquid exigere, aut recipere pro sepultura, immo est simoniacu3: ita quod illud tpale, siue sit pecunia, siue alia res sit, vt pretium sepulture, que est quoddā3 spirituale. Et peccat mortaliter, qui sic dedit & recipit: & qui mediator siue cooperator ad hoc fuit. 1. q. 1. reperiuntur: & q. 3. vendentes. Nec in hoc excusat ignorantia, cum sit iuris diuini, que neminem excusat. Nec excusat consuetudo aliqua, vt patet in iuribus supra pro falsitate quesiti adductis: qꝛ consuetudo non preiudicat iuri naturali vel diuino, quod prohibet simoniam. Et sic intelligi debent iura, que dicunt, quod recipere aliquid pro sepultura, aut exequijs sit simoniacum. ¶ Secundo hec prepositio pro, notat causam finalem & motiuam, non remotam, propinquam sed occasionalem: & tunc licitum est & dare & accipere temporale pro spirituali, & tunc sensus est: Iste dat denarios pro missa, id est pro veneratione misse: vel propter venerationem misse: siue propter venerandam missam. Sic etiam intellige cum dicitur, iste dat pecunias, vel recipit pro sepultura, aut exequijs &c. ¶ Tertio notat causam efficientem, vt sit sensus: iste dat denarios pro missa, vel pro exequijs: id est pro deuotione misse, siue exequiarum: que mouent eum ad dandum: vel id est pro deuotione, quam habuit ad missam vel ad exequias: Et hoc licite potest fieri & concedi: qꝛ deuotio, quam habet quis ad predicta, licite potest eum mouere ad dandum aliquid. Et potest etiam sacerdos licite recipere: ita tamen quod cesset omnis pactio & conuentio. 1. q. 1. quam pio. ¶ Quarto notat causam adminiculatiuam & consecutiuam: que reducitur ad efficientem: vt cum dicitur ille ministrat libru3 sacerdoti pro celebranda missa, vel ille dat pecuniam presbytero pro

ecclesia officianda: ꝛ tunc etiam potest concedi sic.74. dist.ca.vlt. vbi glo. cum similibus. ¶ Quinto notat causam excitatiuam: ꝛ sm hoc dicunt quidã quod eps licite potest conferre beneficiuꝫ familiari suo pro seruitio licito. Nam ibi ista prepositio pro, non notat causam finalem, sed excitatiuã. Obsequiuꝫ enim tale non debet esse causa finalis, sed potest esse excitatiua. Uide de hoc latius Archidia.in.d.c. ordinationes.1.q.1. Sunt ꝛ alie acceptiones huiuꝫ prepositionis pro, sed non sunt ad propositum nostruꝫ: nam qñqꝫ valet tantum, sicut loco, vt pro dote: id est loco dotis. ff. de dote preleg.l.vir vxori. quãdoqꝫ pro idem noĩe, vt pro se: id est noĩe suo: pro te, idest noĩe tuo, vel ad cõmodum tuũ. ff. de postu.l.1.§.1. ff. cõmoda.l.si vt certo. Sed hec transeo ꝛ conuerto me ad conclusiones: ꝛ sit hec prima conclusio. ¶ Aliquid accipere aut exigere occasione funerum ex pacto pro sepultura est omnino illicitum. Hec conclusio probatur in.c.abolende.de sepultu. ꝛ in.c. quest.13.q.2. Nec rõne terre, vt ibi dicitur, neqꝫ ratione officij: vt in.ca. non satis.ꝛ.c.cum ecclesie.de simo. Impendat ergo rector curatꝰ predicta: ꝛ postea laudabiles consuetudines exigat: vt in.c.ad aplicam.de simo.ꝛ latius infra dicetur. ¶ Secunda conclusio non potest consuetudine introduci, vt aliquid detur pro sepultura, siue remedium: aut alio noĩe vocetur: vbi precessit pactio, siue exactio. Probatur: quia initium cõsuetudinis fuit simoniacum ꝛ vitiosum, ideo non poterat bonã consuetudinẽ introducere. Et in illis duobus casibus quando precessit pactio vel exactio: intelligi iura: vꝫ ca.nõ satis. ꝛ seq.cũ similibus de simo. que annulat consuetudinẽ in hmõi. Non valet ergo consuetudo, vt ante insepultum funus, vel etiam tempore sepulture, aliquid pro sepultura: vel nomine remedij exigatur ab inuito: qꝛ nõ habet talis consuetudo principiuꝫ voluntarium. Ideo pretextu huius non debet quis cogi. Et maxime presumeretur de simonia, siquis funus pro pignore arrestaret. Secus vbi ex post facto consueuit aliquid dari. Habes ergo conclusiõe, qꝫ vbi pactio vel exactio precedens dedit causam consuetudini, talis consuetudo non valet. Et de hoc vide Panor.in c.suaꝫ. ꝛ.c.ad apostolicam.de simo. ¶ Tertia conclusio potest induci consuetudine, quando non precessit pactio, aut exactio: vt sic ex mera liberalitate ꝛ deuotione populi talis consuetudo sit introducta: quod pro sepultura siue exequijs, aut officio defunctorũ aliquid detur: ita tñ qꝫ predicta prius liberaliter exhibeãtur. Probatur: quia talis consuetudo tunc non habet initium nec fundamentum

Notabilis & omni digna prorsus acceptione est hec pro ꝯsuetudinum varietate excepto.

tum vitiosum, sed laudabile. Nam ex quo dantes a principio libere soluerunt, videntur se ad hoc obligasse sub noie cuiusdã oblationis: quam laici solẽt facere clericis tpe spũaliuz, vt no. de cõsec. dist. i. omnis christianus. Ita no. Panor. in. d. c. ad apostolicã. & c. iacobus. de simo. & late in. d. c. suam. eo. tit. vbi etiam disputat qũo possit induci consuetudo ex libera donatione, & ex his, que sunt mere facultatis. Collige igitur ex predictis, quod tria requirũtur, ad hoc vt valeat consuetudo quod pro sepultura, aut noie remedij: siue pro officio defunctorum aliquid exigat & detur. ¶ Primuz q consuetudo talis habuerit principium voluntariũ: hoc est q primo tale quid liberaliter soluerint, ita q non fiat inuite ab eis exactum. ¶ Secundum quod talis cõsuetudo non habuerit fundamentum vitiosum, aut simoniacuz, ita quod non interuenerit pactuz siue cõuentio in futuruz de tali quid soluendo tanquã pretiuz sepulture. ¶ Tertiuz quod predicta, propter que aliquid datur, prius liberaliter exhibeantur: & quod pretextu consuetudinis talis, nequaquã denegentur. Et post facto tñ non soluentes laudabilem consuetudinem: vbi predicta tria concurrunt: non seruãtes de soluendo certum quid, compelli possunt, non per rectorem parochialis ecclesie, sed per episcopum suum, vt est tex. in. d. c. ad apostolicam. ¶ Quarta conclusio, rector parochialis, qui ex officio & ratione cure ad sepulturam & exequias suo parochiano defuncto tenetur, non potest licite pro his aliquid petere. Si autez consuetudo habet quod aliquid detur, possunt laici compelli ad obseruanduz laudabilem consuetudinem. Prima pars probatur per. d. c. abolende: & ibi per glo. Secunda pars probatur ex iam dictis in precedenti conclusione. ¶ Quinta conclusio, si parochialis rector habet vnde viuat tunc cessante consuetudine non potest aliquid pro sepultura exequijs, siue nomine remedij exigere, sed gratis oblatũ licite potest recipere. Hec conclusio est Panor. in. d. c. suam Probatur prima pars: quia in tali casu cessante consuetudine rector, parochialis tenetur ex officio & ratione cure gratis spiritualia impendere: immo si in dicto casu aliquid recipit, tenet restituere: vt ibi dicitur. Secunda pars probatur in. c. sicut epm. i. q. 2. ¶ Sexta conclusio, si rectori parochiali desunt sumptus necessarij, & potest sibi aliunde acquirere victũ, tũc cessante cõsuetudine non potest occasione predictoruz aliqd exigere. Hec cõclusio etiã est Panor. loco allegato, imputet enim sibi qui tale beneficium exile & tenue acceptauit. Querat ergo honeste sibi victum mani/

bus vel industria: puta scribendo: pueros docendo, vel quid simi/
le exercendo: vt in.c.clericus victum.91.dist. Nã ꝛ apostolus que
rebat sibi victum tẽpore predicationis, vt habetur.2. Thessa.3.ꝛ.1.
Cor.4.in cum apostolus. de censi. Si vero rector parochialis in
tali casu non potest hone ste sibi victum aliter querere, tũc vel eps
prouidebit sibi: vel parochiani possunt compelli ad prestandum si
bi necessaria victui. De hoc vide bonam glo. in.c.omnis christia/
nus.de consec. dist.1.que dicit sacerdotem indigentem posse sub/
trahere parochianis spiritualia, nisi faciant oblationes, vnde pos/
sit viuere. Ad hoc etiam vide quod notatur in.c.de his. de eccle.
edi. ¶ Septima conclusio, clerici extranei, qui non tenentur ex
officio ad exequias aut alia spiritualia impendenda, possunt licite
operas suas spirituales locare, ꝛ conuenire vt aliquid pro labore
habeant: non vt directe pro spiritualibus recipiant temporale, sed
in recompensationem laborum ꝛ dãnorum: que sustinent in exhi/
bendo penitentias suas: ꝛ trahendo moram in spiritualibus im/
pendendis. Hec cõclusio probatur per Inno, in.c.penul. ne pre/
la.vices suas. Ad hoc est glo.in.c.abolende de sepul. ꝛ in.c.suam.
de simo.vbi Panor.contra glo.tenet ꝙ extranei sacerdotes etiam
si abundant: possunt exigere: cum ad hoc ex officio nõ teneantur ꝛ
ꝛ restringit glo.in.c.precipimus.21.q.2.que simpliciter dicit sacer/
dotem posse operas suas spirituales locare. Vide de hoc docto/
res in.c.significatum.de preben. ¶ Octaua conclusio, rector paro
chialis: qui sepulturam ꝛ exequias suo parochiano defuncto impẽ
dit, sola hac intentione impendit, vt aliquid percipiat: alias non fa
cturus, licet non incurrat simoniam conuentionalem, incurrit ta/
men vere simoniam mentalem, ꝛ grauiter peccat. Prima pars
probatur in.c.vlt.de simo.ex quo non precessit pactum expressum
nec emptio, nec venditio, nec exactio, nec ecclesia iudicat de tali si/
monia in foro contentioso. Secunda pars probatur: quia preces/
sit intentio deprauata: ꝛ sic incurrit simoniam mentalem, que sola
penitentia purgatur, vt ibi dicitur: quia nullam censuram eccle sia
sticam incurrit. Ad hoc est glo.in simili casu in.c.vnico.de cle.non
resi.lib.6. ¶ Nona conclusio: consuetudine introduci potest, vt
clerici curati ex bonis defuncti certum quid percipiant. Hãc con/
clusionem probat Hostien. in summa de consuetudine in quibus/
dam terris: vbi clerici curati de consuetudine recipiunt ꝛ exigunt
lectum, in quo defunctus moritur. Item ꝛ vestes in quibus mori/
tur. Alicubi consuetudo est ꝙ curati habeant pannum: quod fere/
tro

tro supponit. Alibi quod ex armento habeant melius caput peco/
ris. Exéplificat ét Panor. in. d. c. ad apl'icam. de consue. in Brita
nia, vbi in morte datur curatis tertia pars omniú bonorú defuncti:
conuertenda tñ ad cultú diuinú & eleemosynā pauperū. Dicūt tñ
doc. quod subsistēte tali ɔsuetudine tanq̄ laudabili, si clerici funus
sepelire non vellēt, nisi ab heredibus defuncti fieret eis cautio de
redēptiōe lecti, aut vestimentoruz, & aliorū, que ex cōsuetudine de
rebus defuncti veniunt, simoniam committerent: multo magis: qñ
absq3 pecunia hoc exigunt nolentes aliter sepelire, vt in .c. quest.
13. q. Si aūt clerici pactum faciunt de redimendo lecto, aut panno:
& hmōi etiā anteq̄ funus sepeliat: per hoc non incurrūt simoniaz:
sz est licituz cuz illa sint tpalia, dūmodo p hoc nō negetͬ sepultura,
vel imisceatur ius sepulture. Et si post sepulturaz heredes nollēt
obseruare pactuz, aut consuetudinez, pñt clerici agere contra eos,
vt superius dictum est. ¶ Decima cōclusio, concurrētibus tribus
ad laudabilē consuetudinez in hac materia introducendā reqsitis
valet consuetudo: vbi rector parochialis pro sepultura nomine re/
medij certuz, quid, siue ante sepulturā, siue ex post facto ab heredi/
bus defuncti recipit siue exigit. Hec conclusio elicitur ex precedē
tibus: & probo eaz de laudabili consuetudinez in officialatu curie.
Pata. in Vienna, cui ad annos plures officialis prefui. vbi cum
adultus qui saltez semel cōicauit moritͬ, dant heredes occasione se
pulture nomine remedij. 12. denarios Viennē. pro puero. 7. dena/
rios. q̄ cōsuetudo si p̄dicta tria, de quibꝰ supra in tertia cōclusione
ɔcurrūt. nequaquā venit ɔdēnanda. Et dz hec p̄positio, p: in hac
ɔcl'one & filibꝰ sumi non primo mō, sed altero ex tribus sequētibꝰ.
¶ Venio núc ad vndecimam ɔclusionez, que est rñsiua ad cām fa
cti quesiti: & est hec. Non valet ɔsuetudo vbi remediuz anteq̄ exi
gatur a debentibus ex consuetudine tāq̄ incerto ɔsistēs in quotta
ignoratur. Sed per rectorez parochialem & heredes defuncti: aut
alias interpositas personas ad certū qd & quottā ex cōuētione aut
pacto reductū exigitur & recipitͬ. Hec cōclusio est cōtra cōez pra/
cticā: circa quasdam ecclesias diocesis Salzburgeñ. & Patauieñ.
in Bauaria & Austria superiori solitam obseruari. Ubi cum aliqs
moritur, heredes defuncti ignorant, vel ad minus dubitāt, ad quā
quottaz determinate rectori curato noīe remedij teneantur: sed tā
dem ex cōuentione, aut pacto certificantur quātū dare debent. Et
probo hāc conclusionem primo ex eo, qr est cōtra naturā cōsuetu/
dinis, vt incertum introducat: & super incerto fundetur. Nam ex

hoc consuetudo habet vim legis, vt ex ea remedium, ꝛ non alias li cite peti possit: tunc debet esse certa sicut lex: vt in. c. erit aūt lex. 4. dist. ergo si consuetudo esset laudabilis ꝛ sic valere oportet, quod heredes statim ex ea scirent ad quid certuꝫ, ꝛ ad quā quottā noīe remedij pro sepultura tenerentur. Itē talis ꝯsuetudo, immo potius abusio continet in se expresse pactum, aut cōuentionē, que in hmōi reprobatur, vt sepius dictum est supra. Nam qn̄qꝫ rector aut vicarius pro remedio. 12. Floreñ. Renen. petit: ꝛ tandeꝫ ex tractatu ꝛ conuentione tm̄ ad quinqꝫ peruenit. Itē talis consuetudo non presumitur habuisse principiuꝫ volūtariuꝫ, sed exactū, aut cōuentum. Quis enim dicet laicos a principio adeo fuisse liberales ꝛ ad sepulturam sic deuotos, ꝙ occasione sepulture funeri impendende vltra exequias dederint. 10. Floreñ. Renen. aut circa? Itē talis consuetudo tanq̄ corruptela pluribus rectoribus ꝛ maxime vicariis, qui plus curant de lana, quam de anima, prestat causam delinquendi: ꝛ grauandi pauperes heredes defunctorum: vt sepius vltra vires ꝛ solitum plus exigant: quia quasi ex arbitrio eorū dependet, quid pro remedio recipere velint. Naꝫ hec quotta, que fuit hoc anno ex consuetudine nomine remedij solita dari, nō erit anno sequenti ſm eos, cum pestilentia viget: vel cum nouus rector, aut vicarius superuenerit: consuetudo vtatur, immo plus aut minus: vt videmus in practica. Item talis consuetudo dat occasionem rectoribus ecclesias suas locantibus, ꝙ consuetam pensionem siue absentiam augmentant. Nam videntes vicarios eorum ex remediis ditari ecclesiam, quā quis hoc anno arrendauit pro. l. Floreñ. Renē. in absentia sequēti āno locat p. 60. ꝛ tādē 80. prout vidi in practica. Et sic vicarii per magnas absentias grauati: sub pietate remediorum, abradunt oues morientes de cute vsque ad carnem ꝛ ossa: quod est omnino inhumanuꝫ. Item contra naturam aliarum cōsuetudinum: facit illud quod inducit crescere ꝛ nunquam decrescere. Remedium enim semper cum cremento exigitur: qꝛ nunq̄ consueuerunt rectores dicere progenitores tui dederunt pro remedio. 12. denarios, sed sic auus tuus dedit. 10. Floreñ. Reneñ. pater tuus qui possedit hunc marsum similiter dedit. 10. aut. 12. ꝛ tu solum exhibes. 7. aut. 4. Floreñ. Reneñ. Quod omnino habet speciem mali. ¶ Nec valet dicere quod huiusmodi remedia iuxta morem eorum licite recipiantur. ¶ Primo propter malam decimationem predialem, ꝛ maxime propter personalem, que raro a laicis soluitur. ¶ Secundo propter offertoria

Abusus damnabiles i funeribus.

fertoria

fertoria & alia iura parochialia debita neglecta, vt sic que defun/ctus in vita non persoluit, saltem eius heredes post mortem de/bonis suis sub nomine remedij persoluant: quia super decimis sol/uendis talis consuetudo eos non excusat. De quo tamen hic vt notatur in.c.1.de decimis.lib.6.& .c.ad apostolice.&.c.a nobis.&.c. tua.de decimis. Propterea posset contingere q in tribus diebus successiue morerentur pater, filius, & nepos: & sic de eisdem bonis exigeretur occasione predictorum eadem taxa per viam remedij quod est inconueniens. Quidam tamen astuti rectores siue vicarij perpendentes remedium sic exigendum fore illicitum, miscent remedium cum exequijs, siue cultu diuino peragendo: & simul ex conuentione taxant, quod tamen ex predictis etiam constat esse illicitum. ❡ Conclusio vltima, que ab antiquo solita sunt ecclesiis & ecclesiarum ministris tribui non debent aliquo modo immutari. textus est in.l. priuilegia in fine.c.de sacrosanct. eccle. per quem textum dicit Bartho. quod si communitas est solita certum quid dare ecclesie, non potest per statutum immutare. Ex quo potest inferri, quod parochiani non possunt per statutum tollere, quo minus oblagium aut remedium solitum ex laudabili consuetudi/ne introductum debeatur & exigi possit. Si tamen remedium es/set laicis nimis onerosum, & per abusum siue deprauatã cõsuetudi nem introductũ, possunt laici licite per statutum ad certum quid re ducere, & statuere inter se, q sepultura ipsius officio peracta ali/quid in certa quotta detur, siue remedium, aut alio vocabulo nomi netur. Probatur hoc: quia si ex consuetudine laudabiliter introdu cta videntur se quasi tacite ad aliquid dãdum a principio obligas/se, multo fortius se possint ad hoc expresse per statutum obligare, dũmodo tamen coacti per rectorem curatum hec non statuant: ita q ex parte ipsius rectoris circa statutum omnis pactio & conuen/tio cesset, vt patet ex supradictis. Et valde expediret huiusmodi statutum fieri. Primo ex parte laicorum, vt de cetero circa reme/dia amputaretur eis materia querelandi. Secundo etiam ex par te curatorum: vt eis per statutum hmõi circa remedia exigenda precluderentur vie & modi simoniace prauitatis. ❡ An facienda sint conuiuia sacerdotibus in funere defunctorum. Capitu. 21.

Ex his infero q non valet consuetudo, q post sepulturam ho/mines & maxime sacerdotes conueniant in loco vno ad prã dium sumptibus defuncti, vt in.c.nullus. de presbyte. de con sec. distin. 5. quem textum omnino vide. vbi glo. damnat hanc con/

suetudinem, que est in Anglia: ⁊ etiam in certis locis Bauarie. Et ex hoc etiam reprehenduntur quedam fraternitates sacerdotum, in quibus ex statuto fratres in anno aliquoties, ⁊ post exequias fratres conueniunt ⁊ de bonis fraternitatis relictis, siue donatis lautum prandium faciunt: prout in facto vidi in Badeñ. Austrie. Finaliter ex omnibus supradictis concludo negatiuam partem ad casum facti quesiti: videlicet, quod curatus non potest licite ex pacto aliquid pro sepultura exigere, potest tamen remedium cum ex laudabili consuetudine introductum est, licite recipere secundū limitationes supra ī ꝯclusionibꝰ recitatas. Nec obstat ratio pro veritate quesiti adducta, quod illud solet haberi in cōmuni practica ⁊ ex consuetudine: qꝛ practica talis non est consuetudo laudabilis, sed potius deprauata corruptela. Nec excusat in huiusmodi recipientes ⁊ exigentes, etiam si sit longeua ⁊ diuturna. Nam diuturnitas temporis in talibus non diminuit peccatum, sed auget: vt in. d. c. non satis. de simonia. ⁊ vt inquit textus in cap. cum ecclesie corpore eodem titu. ⁊ in cap. fina. de consuetudi. tanto grauiora sunt crimina. quanto diutius infelicem animam detinent alligatam ⁊c. Neqꝫ tolerantia episcoporum ⁊ suorum officialium predictos excusat: neque facit talem consuetudinem licitam: qꝛ tolerantia talis non inducit tacite dispensationem cum recipiente siue exigente: cum nec papa in talibus que sunt prohibita, quia simoniaca possit dispensare: vide glo. in cap. cum iam dudum. de preben. per docto. in cap. super eo. de cogna. spiritua. ⁊ in cap. constitutis. de filijs presbyterorum. Ex quo etiam habes quod per istam malam consuetudinem non derogantur antiqua ⁊ noua iura, que prohibent aliquid ex pacto pro sepultura recipere ⁊ exigere: qꝛ cum iura illa contineant ius naturale ⁊ diuinum: ex quo simonia tam diuino quaꝫ naturali iuri sit contraria: non possunt per contrariam consuetudinem, vt pote irrationabilem abrogari. Et de hoc vide sanctum Thomam quolibeto nono articu. 2. Episcopus etiam talem consuetudinem corruptam simulans siue expresse tolerans a peccato minime excusatur: quia ex officio ad ipsum pertinet prauas tollere loci consuetudines: ⁊ inhibere clericis ne quicquaꝫ hac de causa exigant: vt notat Panor. in. d. c. abolende. de sepul. in secundo notabili.

¶ Quibus personis denegatur sepultura ecclesiastica. Cap. 11.

Ad cuius euidentiam quero qui sunt, qui priuantur ecclesiastica sepultura. Solutio. quindecim differentijs personarum

rum interdicitur ecclesiastica sepultura. ¶ Prima excõicatis cle. de sepul. Et hoc verũ nisi absoluantur etiã in extremis, sed heredes pro eis satisfacere tenẽtur: vt in. c. parochiano. eo. tit. Et secundum Guil. Idem est de excõicatis minori, si notorie excõicati sunt. Itẽ de excommunicatis etiam iniuste, vt no. glo. in. c. literas. de restitut spolia. Sepelientes vero nominatim excommunicatos maiori, sunt ipso facto excommunicati, vt in clemen. 1. de sepultu. ¶ Secũdo manifestis vsurarijs. d. clemen. 1. & cap. quanquam. de vsuris. lib. 6. hoc verum nisi peniteant & faciant cautionem. ¶ Tertio qui in torneamentis moriuntur. c. de tornea. Et exponit Hostien. etiã siquis ibi letale vulnus acceperit: licet postea superuixerit, qui quãuis peniteat: & ei eucharistia non negetur, carebit tñ ecclesiastica sepultura. Hoc intellige secundum Guil. tam de militibus quam de armigeris eorum, qui ibidem in armis se exercent. Secus de illis, qui illuc vadũt causa curiositatis, vel ad videndum: vel alia quacũque de causa. Adde etiam predictis quod no. Richar. in. 3. dist. 37. quod illi, qui hastiludia faciunt, peccant mortaliter, cum simili ratione videatur esse prohibita vt torneamenta. Et ex hoc innuitur quod morientes in illis non sepelientur in sacrato. Et hoc videtur verum per rationem. d. c. 1. ibi. vnde mortes hominum & animarum pericula sepe proueniunt: nam in talibus hastiludiis sepe predicta proueniunt. Secus dicendũ videtur incurrentibus ad brauium, vt Viẽne: & in multis ciuitatibus: nã raro vel nũquam eueniunt in tali cursu mortes hoĩum. ¶ Quarto noĩatim interdictis. d. cle. 1. & hoc sub excõicationis pena. Alij aũt interdicti similiter priuantur. Quod intellige de interdictis a diuinis & participatione sacramentorũ secundum Panor. quia interdicti a iurisditione vel ab aliquo offõ nõ priuãtur. sepultura. ¶ Quinto raptoribus, qui pertinaciter cũ possint, in vita non satisfaciunt: & in morte nõ possunt. c. 2. de rapto. Archieps Florentinus dicit, quod si raptor potuit restituere, & non restituit: nec securitatẽ dedit, denegabuntur ei sacramenta & sepultura. Si vero cum haberet vnde redderet, distulit vsque ad mortem penitere: & tunc est impotens ad restituendũ, si est alias contritus & dispositus ad restituendũ si posset, dabũtur ei sacramenta: sed priuabitur ecclesiastica sepultura ad terrorem aliorum, nisi parentes vel amici eius vellent restituere pro eo, quia tunc sepelietur in sacrato. Panor. vero in. c. super eo. de rapto. dicit de mente glo. que communiter tenetur. Quod autem si decessit quis in peccato rapine, nec penituit. & tunc etiam sibi cimiterium denegatur: quia decessit

Excommunicatis interdicitur primo sepultura ecclesiastica.

Vsurarijs.

Morientes in torneamentis.

Interdictis.

Raptoribus.

in mortali, aut penituit in morte & satisfecit: & tunc ex toto conceditur sepultura: & clerici debent interesse sepulture, & ita proprie loquitur tertius casus. d. c. super eo. Et ista interpretatio tanq̃ benignior tenenda est. ¶ Sexto blasphematoribus dei: & qui sancta contemnunt. ¶ Septimo illis, qui se occidunt. 13. q. 2. quibus. 23. q. 5. placuit. Et hoc intelligendum est s̃m Gul. si se peremerunt ex desperatione, vel indignatione, aut iracundia. Secus si ex furore vel a casu. Unde siquis propter fugam precipitaret se in aquã, quia sic credebat euadere posse, non imputatur ei si contrarium eueniat. argu. c. nerui. 13. distin. & d. c. ex parte in glo. Concordat Hostien. Nota tamen secunduz quosdam, q̃ si ille, qui occidit se ex desperatione, aliquandiu post vulnus viueret, ita q̃ eum peniteret, & confiteretur: & ostenderet signa contritionis in morte, tali non est deneganda ecclesiastica sepultura, ex quo non decedit in peccato mortali. ¶ Octauo prohibetur ei sepultura: de quo certum est & manifestum non fuisse confessum vel non communicasse semel in anno: iuxta. c. omnis vtriusque. de peniten. & remis. Quidam hoc limitant nisi se super hoc emendasset in articulo mortis, confitendo, & communicando: vel saltem signa contritionis ostendisset in fine, quia tunc non negabitur sepultura secundũ eos. Cõtrarium tamen puto verum, scilicet q̃ per illam etiam non euadit penam. d. c. omnis. propter rationes quas adduxi supra. cap. 4. in secunda particula prime partis. ibi vide. Si vero occultum est: q̃ quis non est confessus infra annũ, non negabitur ei sepultura: q2 ex quo est occultum non debet publicari peccatum. Aut si dubitetur: q2 forte confessus alicui mendicantium: & de eius cõsilio abstinuit ab eucharistia. ¶ Nono, illi cui interdictus est ingressus ecclesie. c. is qui. de senten. excõ. lib. 6. ¶ Decimo, monacho propriũ habenti: vt in. c. super quodam. de statu mona. ¶ Undecimo, illi qui sacerdotem tutorẽ filiis suis, instituit. 88. dist. neque apud glo. ibi contrarium tenet. ¶ Duodecimo iudeis paganis & hereticis. de consec. dist. 1. ecclesiam. c. & sequ. ¶ Tertiodecimo corporibus exenteratis vel diuisis vt ossa ad sepulturam deportentur: vt in extrauagante Bonifacij. 6. detestande sub tit. de sepul. ¶ Quartodecimo illi qui post mortẽ: de heresi conuincuntur: vt in. c. si ep̃s. de here. ¶ Quintodecimo generaliter nullus notorius, decedẽs in ipso notorio mortali peccato, sepeliendus est. d. c. quibus. & c. nõ extimemus. & c. pro obeuntibus. & c. cum grauia. 13. q. 2. omnes enim casus supradicti locum habent in notoriis: peccatores enim

Blasphematoribus. Se occidentibus. Non cõfessis & non cõmunicantis semel in anno. Interdicto monacho proprietario. Tutorẽ filiis sacerdotẽ instituenti. Iudeis, paganis, & hereticis. Diuiso corporib⁹ post mortẽ de here si conuictis. Notoriis.

occulti

occulti sunt sepeliendi, habent etiam locum in non reconciliatis.
Si enim confiteantur, sicut eis conceditur corpus christi, ita eccle
siastica sepultura.13.q.3.quesitum. Si etiam signa penitentie appa
ruerunt, si loquelam amiserant, tunc post mortem sunt absoluen/
di: ⁊ ad orationes ⁊ ad alia ecclesiastica suffragia recipiendi ⁊ se/
peliendi, sed heredes pro eis satisfacere tenentur proximis: vt inf.
d.c.parochiano.eo.tit.⁊ de rapto.c.literis.⁊.c.a nobis.2.de senté.
excommuni. Et ad probandum huiusmodi signa, sufficit in hoc
casu vnus testis.26.q.6. qui recedunt. ⁊.ca.sen. Fallit tamen hoc
in raptoribus ⁊ violatoribus ecclesie: ⁊ de illis, qui moriuntur
in torneamentis: ⁊ alijs similibus supra recitatis: quibus eccle/
sie sepultura interdicitur. Adde etiam predictis quod no. Pa/
nor.in.c.ex parte prealle.quod decedens sine confessione exterio
ri in extremo vite facta, debet sepeliri in cimiterio ecclesie: ex quo
confessionez non contépsit: sed morte preuétus est. Non est eniz
credendú: quod decesserit in mortali pctó, de quolibet eniz presu/
mendum est bonú: nisi cótépsisset per annú cófessioné, vt dictú est
supra: etiam si mors fuisset casualis. ¶ Quid fiet si tales de quibus
dictum est, de facto sepeliuntur in ecclesia vel cimiterio? Solutió.
si corpora eorum discerni pñt, exhumádi sunt, alias nó.c.sacrú.eo.
tit. ⁊ ecclesia vel cimiterium est reconciliandum, vt in.c cósuluisti.
de cósec, eccle.vel alta. Quid fiet si dubitetur de cadauere: vtrum
fuerit cuiusdaz christiani, pagani, vel heretici, vel excommunicati?
Solutio.videtur in meliorem partem interpretandú.d.c.sacrum.
¶ Sed qua pena puniendi sunt, qui ad sepulturam aliquem reci/
piunt in casu non concesso? Solutio.tenetur ad restitutionem cor
poris si peccatur: ⁊ omnium: que occasione illius receperunt.c.fra
ternitatem.⁊.c.ex parte.1.⁊.c.cum liberú.eo.tit.⁊ alijs penis: vt su/
pra dictum est. Utrum suspensi ⁊ huiusmodi sint sepeliédi? Solu/
tio.fm Panor.in.c.ex parte.2.eo.tit. quod sic quacunqz pena mo/
riantur dummodo penituerint. Et possunt sepeliri in cimiterio
cum solennitate misse: ⁊ aliorum officiorum. Nec sacramenta ec/
clesie talibus sunt deneganda, vt in. cap.fina.13.q.2. Tales tamen
non sunt deponendi de furcis sine licentia principis, qui tamen
debet se in hoc facilem reddere, vt. in.le.1. ⁊.2. ff. de cadaue. pu.

¶ Ordo sepeliendi aliquem secularem defunctum. Capitu. 23.

Cum defunctus aliquis ad ecclesiam vel cimiterium de/
fertur sepeliendus, persepe diuersarum religionum cle/
rici adesse solent: qui propter varias suas ordinationes ⁊ ritus

varie legunt, ⁊ varie cantant: ⁊ vt plurimum non consonantiam, sed potius dissonantiam gignunt. Idcirco vt talis dissonantia cui tetur, modus cantandi non antiquus, sed quem nunc ritus Romanus tenet, hic inferius annotatur. Postquam corpus defuncti positum fuerit in ecclesia, in qua tumulari debet, sacerdos cum stola ⁊ pluuiali incipiat absolute.

On intres in iudicium cum seruo tuo domine: quoniam nullus apud te iustificabitur homo: nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum quesumus domine tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei christiane commendat, sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis, qui dum viueret insignitus est signaculo sancte trinitatis. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Et cantores illius loci debent incipere. ℟. Subuenite sancti dei. Quere supra in officio funeris clerici. fol. 142. ⁊ omnes alij clerici debent inceptum responsorium totum vsqꝫ ad finem prosequi: versum vero. Suscipiat te Christus. cantabunt ipsi cantores vel alij duo: quibus iniunctum a cantore pro sue voluntatis libito fuerit: post repetitionem vero. ℣. Suscipientes. alij duo, quibꝰ cātor iniuerit, vel ipsimet cātores dicēt. ℣. Requiē eternā. ceteri vero clerici cantabūt repetitionē. Offerentes eā in conspectu altissimi. ℟. Subuenite. vt supra. folio. 134. ¶ Dum aūt cantatur predictū ℟ium, sacerdos accipiat aquā benedictam de manu ministri: ⁊ aspergat corpus defuncti: ⁊ postea similiter incenset illud. Et finito ℟io, cantor cum primo choro dicat. Kyrie ele. Et secundus chorus. Christe ele. Deinde oēs simul dicāt. Kyrie elei. quo finito sacerdos dicat alta voce. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus.

Deus cui oīa viuunt, ⁊ cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices exoramus: vt suscipi iubeas animam famuli tui. N. per manus sanctorum angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahe patriarche: resuscitandamqꝫ in nouissimo iudicij magni die, vt quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius ⁊ misericors abluas indulgendo. Per christum dominum nostrum. ℟. Amē. Finita orationē, cantores incipiant ℟. Libera me domine. Quere supra in officio funeris clerici. fol. 136. Et repetitur ℟. Libera me domine. ⁊ interim ꝙ dictum ℟ium secundo cantatur, fiat de aqua benedicta

cta ꝛ incenso vt supra. Completo vero Reio dicatur vt supra. Ky
rie elei. ꝛ Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A
porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in
pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi oratioñe meã. ℟. Et clamor
meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

Absolue quesumus domine animam famuli tui. N. vt de-
functus seculo tibi viuat: ꝛ que per fragilitatez carnis huma
na conuersatione peccata cõmisit, tu venia misericordissime pieta-
tis absterge. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Fini-
ta oróne aliqui de circunstantibus accipiant feretrũ, ꝛ deportent
defunctũ ad tumulũ: ꝛ dũ portatur, clerici cantent sequẽtes añas.
In paradisum deducant te angeli. fo.144. Añ. Ego sum. vt sup.
fo.140. Canticũ. Benedictus dñs deus israel. Finito cantico cã-
tetur añа. Ego sum. tota. His omnibus finitis, sacerdos accipiat
aquã benedictam: ꝛ aspergat corpus defuncti ꝛ tumuluz: ꝛ postea
incenset similiter: ꝛ dicat alta voce. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟.
Sed libera. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine.
℟. Qꝛ nõ iustificabitur in cõspectu tuo oĩs viuens. ℣. A porta in-
feri. ℟. Erue dñe aĩam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amẽ.
℣. Dñe exaudi oratioñe meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Satisfaciat tibi quesumus dñe deus noster pro anima famuli
tui dei genitricis semperqz virginis Marie ꝛ sanctissimoꝝ
petri ꝛ pauli apostolorum, ꝛ sctí. N. omniũqz sctõꝝ tuoꝝ oratio:
ꝛ presentis familie tue humilis ꝛ deuota supplicatio, vt peccatoruz
omnium veniam, quam precamur obtineat: nec eum patiaris cru-
ciari gehennalibus flammis, quem filij tui domini nostri Jesu
christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum ꝛ cum spiritu san-
cto viuit ꝛ regnat deus. Per omnia secula seculorum. ℟.
Amen. ℣. Dominus vobiscuz. ℟. Et cuz spiritu tuo. Et idẽ sa-
cerdos dicat. Anima eius, ꝛ anime omnium fidelium defunctorũ
per misericordiam dei. Et cantores immediate subiungant.

Requiescant in pace. Et circunstantes clerici respondeant. Amen.

Et tunc statiz cantores incipiũt respõsoriũ. Memẽto mei deus.
Quere supra in officio funeris clerici. fo.142. Dum predictum

hoiij

[...]rium cantatur, revertantur in ecclesiam: Et postquam reversi fuerint, stent ordinate in choro. Et finito [...]o, sacerdos dicat alta voce Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Orem[9].

Tibi domine commendamus animam famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ que per fragilitatem mūdane cōuersationis peccata cōmisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per chri. ℟. Amē. ¶ De offo sepulture Paruulorū. ca. 14.

Incipit officium sepulture Paruulorum christianorū. Quādo puer extrahitur de domo, ⁊ deportatur ad ecclesiam dicuntur psalmi graduales, videlicet ps. Ad dominum cum tribularer. cum reliquis vsq₃ ad psalmum. Laudate nomen domini ⁊c. Quere infra. fol. 175 cum Gloria patri. In fine vero vltimi psalmi dicitur. Gloria patri. ⁊ Sicut erat. ¶ Vel sic cum puer extrahitur de domo incipitur psalmus. Beati īmaculati ⁊c. ⁊ ps. Laudate pueri dominum. Et dicuntur cum. Gloria patri. ⁊ Sicut erat. Et quādo puer fuerit in ecclesia, incipitur aña. Hic accipiet benedictionē a domino: ⁊ misericordiam a deo salutari suo: quia hec est generatio querentium dñm. ps. Domini est terra. Quo finito dicatur. Kyrie ele. Christe ele. kyrie ele. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Me autem propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in eternum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oro.

Omnipotens ⁊ mitissime deus, qui omnibus paruulis renatis fonte baptismatis, dum migrant a seculo sine vllis eorū meritis, vitam illico largiris eternam, sicut anime huius paruuli hodie credimus te fecisse: fac nos quesumus domine per intercessionem beate marie virginis, ⁊ oīum sanctorum tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari: ⁊ in paradiso cū beatis paruulis perēniter sociari. Per chrm. ℟. Amen. ¶ Dum portatur ad tumulum dicatur aña. Iuuenes ⁊ virgines senes cū iunioribus laudēt nomē dñi ps. Laudate dñm de cel. Deinde dicatur. kyrie ele. Christe ele. kyrie ele. Pr nr. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Taliū est enim regnū celorum. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oro.

Omnipotens sempiterne deus sancte puritatis amator: qui animam huius paruuli ad celorū regna hodie misericorditer

ter vocare dignatus es: digneris etiam domine ita nobiscum misericorditer agere: vt meritis tue sanctissime passionis: et intercessione beate marie virginis: et omnium sanctorum tuorum in eodem regno nos cum omnibus sanctis: et electis tuis semper facias congaudere celestibus. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ¶ Quando reuertuntur ad ecclesiam: pronuntiatur an. Benedicite dominum. deinde dicatur psalmus: Benedicite omnia opera domini domino. Quo finito: dicitur tota antiphona Benedicite dominum omnes electi eius: agite dies letitie: et confitemini illi. Deinde dicatur. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oro.

DEus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu rectum sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quesumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriose beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui letitia. Oratio.

DEus qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas concede propitius, vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ritus sepeliendi defunctum secularem: secundum vsum patriarchatus venetiarum. Cap. 25.

CUm clerici ad funus aliquod accedunt, accolitis et cruce precedentibus ordinate pergunt ad locum, vbi est corpus. s. vel ad ecclesiam: vel ad domum defuncti: legendo psalmos graduales distincte et morose. Et cum peruenerint ad ecclesiam, vbi tumulandus est defunctus, ingrediendo eam cantent sequens responsorium vt hic inferius notatum est: cum suo versu et resumptione.



scat in pace. ℞. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. Responsorium. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto quesumus domine supplicationibus nostris, et pias aures tuas ad preces nostras inclinare digneris: vt nos de throno maiestatis tue clementer exaudias, et orationes famulatus nostri dignanter admittas. Te inuocamus domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: pro anima famuli tui, quam hodierna die de hac luce vocare dignatus es, vt iubeas ei preparari paradisi tui loca virentia, non eam exurat flamma ignis crudelis gehẽne: quia propter eam dñs noster Jesus Christus filius tuus in ligno crucis sub põtio pilato pati dignatus est, vt aĩas, que per ade trãsgressionem perierant, sua sctã resurrectione ab inferni claustris liberaret. Confundantur ergo gehenne ianitores: et ministri nequitie erubescant: deducant eã angelice ptãtes in sinũ pr̃archarũ abrahã, isaac et iacob patrũ nr̃orum, consequatur a tua potentia paratã electis iocunditatẽ, et a dextris hereditatez adepta letetur, vt cum dies ille tremẽdus agnitionis tue aduenerit, vna cum sanctis et electis tuis, qui tibi placuerũt, in gloria maiestatis tue resurgerẽ mereatur ad indulgentiam nõ ad penã: et aĩam illam, quaz fontis vnda perfudit, et chrisma salutis inunxit, nõ sinas flãmarum ardoribus cruciari: nec peccatorum vinculis alligari, sed liberam reddе paradiso tuo: per indulgentiam pietatis tue, quia tuam clementiam dñ in hoc seculo constitit, nõ negauit. Per christũ. ℞. Amẽ.

℞. Anima huius duz derelinqueret mundũ soli deo deuota est. Caro.n.requiescet donec tp̃s veniet. ℣. Ad te dñe leuaui aĩam meã deus meus in te cõfido nõ erubescã. Caro. Oremus. Oro.

Deus vniuersorum creator et cognitor: qui es beatitudo sanctorum: presta nobis petentibus: vt spũm fratris vel sororis nostri corporis nexibus absolutum, in lucis eterne facias regione gaudere. Per christũ. ℞. Amen. Añ. Animaz de corpore, quã assumpsisti dñe fac gaudere cũ sctis tuis in gloria. Oremus. Oro.

Supplices exoramus pietatem tuam dñe sctẽ, pater op̃s, eterne deus: pro anima famuli tui, quaz de hac luce ad te accersiri iussisti: vt eã in regione viuorum constituas: et partem btẽ resurrectionis inter sctõs et electos tuos habere cõcedas. Per christũ. ℞. Amen. ℞. In paradisum. folio. 137 Ad benedictus añа. Ego sum resurrectio. folio. 140. kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℣. A porta

sferi. ℟ Erue. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi
orōnē. ℟. Et clamor. ℣ Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus.

O Bsecramus misericordiam tuam eterne deus, qui hominē, ad imaginem tuam creare dignatus es, vt animā famuli tui, quā hodierna die rebus humanis eximi, et ad te accersiri iussisti: blande et misericorditer suscipias, non ei dominentur vmbre mortis, nec tegat eam chaos et caligo tenebrarum: sed exutus omnium criminum labe, in sinu abrahe collocatus locum lucis et refrigerij se adeptum esse gaudeat: et cum dies iudicij aduenerit cum sanctis et electis tuis eum resuscitari iubeas. Per christum dominum nostrum. ℟ Amen. ℣ Requiem eternam dona ei domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

¶ In die. 7. 30. atqz in anniuersario responsorium. Capitu. 26.

℟ Redēptor me us vi uit. Et in nouissimo resurgam: et renouabūtur denu o ossa me a. Et in carne me a videbo dominū de um. ℣. Lau da a nima me a dominum: laudabo dominum in vi ta me a. Psallā deo me o quam diu e ro. ℣. Requi em eternam dona e i domine

mine: ⁊ lux perpetua luceat e i. Et in carne mea.
kyrie ele. Christe ele. kyrie ele. Pater nr̃. ℣. Et ne nos indu/cas. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aiaȝ eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Am̃. ℣. Dñe exaudi orõnẽ meã. ℟. Et clamor meᵒ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ. Oremᵒ.

Oratio. TE dñe scẽ, pr̃ om̃ps, eterne deus suppliciter depre/camur pro anima famuli tui, quã a voraginibus huius seculi ad te accersiri precepisti, vt digneris ei domino dare locum luci/dum: ⁊ locum refrigerij ⁊ quietis: liceatqȝ ei transire portas infer norum: ⁊ penas tenebrarum, maneatqȝ in mansionibus sanctorũ: ⁊ in luce sancta quam olim abrahe promisisti ⁊ semini eius: sed cuȝ magnus dies ille resurrectionis aduenerit, resuscitare euȝ digne/ris dñe ad requiem vna cuȝ sanctis ⁊ electis tuis, deleas eius deli cta atqȝ peccata, vsqȝ ad nouissimum quadrantem: tecumque im/mortalitatis tue vitam ⁊ regnum consequatur eternum. Per chri stum dominum nostrum. ℟. Amen. Añа. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo qm̃ elegi eam. Oremus. Oratio.

VIri vulneris nouitate percussi, ⁊ quodãmodo cordibus sau ciati misericordiam tuam mundi redemptor flebilibus voci/bus imploramus, vt chari nostri animam proprium ad te datorem reuertentem blande leniterqȝ suscipias, ⁊ siquas ille ex hac carna li cõm oratione contraxit maculas, tu deus solita pietate cleméter indulgeas: obliuioniqȝ in perpetuum tradas: atqȝ eandem lau/dem tibi cũ ceteris redditurã, ⁊ ad corpus qñqȝ reuersurã sancto rũ tuorũ cetibᵒ aggregari p̃cipias. Per chri. ℟. Am̃. Añ. Aiaȝ p̃camur q̃ȝ creasti dñe, vt suscipi iubeas ĩ regnũ tuũ: ⁊ ĩ sinu abrahe collocari facias, vt cũ btõ lazaro portionẽ accipiat. Oremus. Oĩo.

OMnipotẽtis dei misericordiaȝ deprecemur, cuius iudicio nascimur ⁊ finimur: vt spũm fratris vel sororis nostri, quem dñi pietas de incolatu mũdi huius transire precepit, requies eter na suscipiat, ⁊ eũ btẽ resurrectioni p̃sentet: ⁊ in sinibᵒ abrahe isaac ⁊ iacob collocare dignetur. Per chri. ℟. Amẽ. Añ. Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectã pp nomẽ tuũ dñe viuificabis me in equitate tua: ⁊ educes de tribulatione aĩam meam. Oremus.

Oĩo. DEus qui iustis supplicationibus semper p̃sto es, qui pia vota dignaris intueri: da famulo tuo, cui hodie offi/

cia prestamus, cum sanctis atqz electis tuis beati muneris portio nem. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Antiphona. Credo domine deus carnis resurrectionem, ꝛ vitam eternam, sed tantum deprecoꝛ tuam clementiam, vt non inter hedos, sed inter oues consortium merear. Oremus. Oratio.

Clementiam tuam suppliciter exoꝛamus domine sancte, pater omnipotés, eterne deus: redemptoꝛ animarum pꝛo anima famuli tui, quam de hac luce accersiri iussisti, vt angelus tuus suscipiat eam: ꝛ spiritus tuus refrigeret eā, ꝛ cum iudicabitur non exeat condemnata. Psalmus. De pꝛofundis. Requiem eternā. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Oremus.

Absolue quesumus domine animam famuli tui: Oratio. ꝛ animas omnium famulorum tuorum confratrum nostrorum ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos, ꝛ electos tuos resuscitati respirent. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amē. ¶ Incipit offm̄ in agēdis mortuoꝝ. ¶ Ad vespas absolute icipitur. ca. 17.



Psalmus.

Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis meę. Quia inclinauit aurem suam mihi: ꝛ in diebus meis inuocabo. Circundederunt me doloꝛes mortis: ꝛ pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem ꝛ doloꝛem inueni: ꝛ nomen domini inuocaui. O domine libera animam meā, misericoꝛs dominus ꝛ iustus: ꝛ deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum ꝛ liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animā meam de morte: oculos meos a lachꝛymis, pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione viuoꝛum. Requiem eternam: dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Antiphona.

Antiphona.

H eu mi hi, E v o v a e. Psalmus.

AD dominum cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. D omine libera animam meam a labiis iniquis: ⁊ a lingua dolosa. Q uid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam? S agitte potentis acute: cuȝ carbonibus desolatoriis. H eu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. C um his qui oderũt pacem eram pacificus: cũ loquebar illis impugnabant me gratis. R equiem eternã dona eis. E t lux perpetua: luceat eis. Aña.

H eu mihi: quia in co latus meus pro lon ga tus est.

Aña. D ominus. E v o v a e. Psalmus.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. A uxilium meum a domino: qui fecit celum ⁊ terram. N on det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te. E cce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. D ominus custodit te, dominus protectio tua, super manum dexteram tuam. P er dieȝ sol non vret te: neque luna per noctem. D ominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuã dominus. D ominus custodiat introitum tuum ⁊ exitum tuum: ex hoc nunc ⁊ vsqȝ in seculum. R equiem eternam dona eis dñe.

Aña. D ominus custodit te ab omni malo: custodi at

aĩaȝ tuaȝ dominus. Aña. S i iniquitates. E v o v a e.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meā. Fiant aures tue intendentes: in vocē deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: dñe quis sustinebit: Quia apud te propitiatio est: ꝛ ꝓpter legē tuā sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño. A custodia matutina vsqꝫ ad noctem: speret israel in dño. Quia apud dominū misericordia: ꝛ copiosa apud eū redēptio. Et ipse redimet israel: ex oīb⁹ iniquitatib⁹ ei⁹. Requiē eternā do. eis dñe.

ORdo visitandi tumulos defunctorum immediate, postquam pro eis cātata fuerit missa in die depositionis eorum tertio, septimo, trigesimo, vel anniuersario. Cum missa pro aliquo defuncto decantanda fuerit, ante inchoationem misse sacrista, vel alius, cui ipse commiserit, pannum nigrum super sepulchrum illius defuncti apponat: et duo candelabra cum duobus cereis accensis, vnum ad caput, aliud ad pedes collocare non obliuiscatur. Tempore vero congruo dictus sacrista campanam pulset: vt tali signo clerici ad sepulchrum defuncti processionaliter visitandum conuenire possint. Et dum cantatur **Agnus dei.** preparentur ab ipso sacrista aqua benedicta, incensum, et pluuiale nigrum vel viride. Et data benedictione a sacerdote, completa missa et inchoato a cantoribus responsorio. **Qui lazarum resuscitasti a monumento.** Accolitus accepta cruce vadat ad sepulchrum defuncti: ipsumque sequantur clerici bini et bini, ita quod vltimo loco veniat sacerdos pluuiali indutus: et in manu librum gestans: habens a dextris diaconum cum aqua benedicta, a sinistris vero subdiaconum cum incēso. Cum aūt ad sepulchrum ventū fuerit, accolitus cum cruce: et hebdomadarius cum ministris: et omnes alij clerici sacerdotes siue fratres circa sepulchrum ordinate se disponant. ¶ Sequitur responsorium. **Qui lazarum resuscitasti a monumento.** supra **folio. 158.** Et dum cantatur predictum responsorium: sacerdos accipiat aquam benedictam de manu diaconi: et aspergat sepulchrum defuncti, deinde thuribulum: vt idem adoleat incenso. Quibus peractis et responsorio finito, cantor cum pri/

mox choro dicat Kyrie eleison. fol. 131. Et eo finito, sacerdos dicat alta voce Pater noster. Quo in silentio dicto dicat ℣. Et ne nos inducas in tentationem ℟. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animã eius. ℣. Requiescat i pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

A Bsolve quesumus domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Pro vna defuncta. oratio.

I Nveniat, quesumus domine, anima famule tue lucis eterne consortium, cuius perpetue misericordie consecuta est sacramentuz. Per christũ. ℟. Amen. ¶ Pro pluribus defunctis. Oratio.

D Eus vita viuentium, spes morientium, salus oĩum in te sperantium: presta propitius, vt anime famulorũ famularumqz tuaruz a nostre mortalitatis nexibus absolute, beata maria semper virgine intercedente, in perpetua cum sanctis tuis luce letentur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternã dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua luceat eis.

Deinde cantores dicant.



Et dicto a clericis circũstãtibus.



Requi escant in pa ce. Amé.

Cãtores ĩmediate incipiant responsoriuz. Memẽto mei deus. fol. 142. Et dum cantatur predictum responsoriuz, reuertantur in ecclesiam. Et postqz reuersi fuerint, stent ordinate in choro, ⁊ finito responsorio, sacerdos dicat alta voce. Pater noster. ⁊ eo in silentio dicto, subiungat versum. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

T Ibi domine commendamus animam famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat, ⁊ que per fragilitatem mundane conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. Responsorium. Amen. ¶ Pro vna defuncta. Oratio.

T Ibi domine commendamus animam famule tue. N. vt defuncta seculo tibi viuat, ⁊ que per fragilitatem mundane

conuersationis

conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. Responsorium. Amen. ¶ Pro pluribus defunctis. Oratio.

TIbi domine commendamus animas famulorum famularumq; tuarum, et omnium fidelium defunctorum, vt defuncti seculo tibi viuant, et que per fragilitatem mundane conuersationis peccata commiserunt, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. R. Amen.

¶ Incipiunt septem psalmi penitentiales. Capitul. xi.

Aña. Ne reminiscaris. ps. Domine ne in furore. i. fol. 56. ps.

BEati quorum remisse sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die. Qm̃ die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci: et iniustitiam meam non abscõdi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meã dño: et tu remisisti impietatẽ peccati mei. Pro hac orabit ad te oĩs sctũs: in tpe opportuno. Verũtamen in diluuio aquarũ multarũ: ad eũ nõ approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circunstantibus me. Intellectũ tibi dabo et instruã te in via ac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus: in quibus non est intellectus. In chamo et freno maxillas eorũ constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantes autem in dño misericordia circundabit. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Gloria patri. ps. Domine ne in furore tuo arguas me. ij. supra fol. 56. ps. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. supra fol. 56. ps.

DOmine exaudi orationẽ meã: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam a me: in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacũq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum vt fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meũ. A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrauerunt mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iura

ducet me in terram rectā: ppter nomē tuū domine viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animā meaꝫ: ⁊ in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sūꝫ. Gloria. Añ. ℟ Ne reminiscaris dñe delicta nr̄a, vel parentū nostroꝝ: neqꝫ vindictaꝫ sumas de pctis nr̄is. Oratio dicēda ante letanias.

INenarrabilem magnitudinis tue potentiā omnipotēs deꝰ petimus ⁊ oramus, vt nos patriarcharum fides edificet, prophetarum scientia illuminet, apostolorum charitas ad dei nostri ⁊ mutuam fraterne dilectionis charitatem inuitet: martyrū tolerantia corroboret: confessoruꝫ perseuerantia confirmet: ⁊ omnia exēpla sanctorum instruant: ac precipua illorum inuocamus merita: quorū nomina in libro vite scripta esse non dubitamus: vt pro nobis ⁊ pro omnibus in hoc loco ⁊ in toto mundo famulātibus ante te deum nostruꝫ intercessores adesse dignentur. Per christuꝫ dominum nostrum. Responsorium. Amen. ¶ Letania. Cap. xi.

Ky ri e elei son. Christe e lei son. Christe audi nos.

Chr̄e exaudi nos Pater de celis deꝰ, miserer̄ nobis. Fi

li redēptor mūdi deus miserere nobis. Spiritus sctē deus.

mi se re re nobis. Sancta ma ri a o ra pro no bis.

Sancta dei genitrix	ora.	Oēs sctī btōꝝ spūuꝫ ordi.	oīt.
Sancta virgo virginum	ora.	Sancte ioannes baptista	ora.
Sancte michael	ora.	Oēs scī p̄riarche ⁊ pphete	oīt.
Sancte gabriel	ora.	Sancte petre	ora.
Sancte raphael	ora.	Sancte paule	ora.
Oēs sācti angeli ⁊ archāg.	oīt.	Sancte andrea	ora.

Sancte iacobe ora.
Sancte ioannes ora.
Sancte thoma ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte philippe ora.
Sancte bartholomee ora.
Sancte matthee ora.
Sancte simon ora.
Sancte thadee ora.
Sancte mathia ora.
Sancte barnaba ora.
Sancte marce ora.
Sancte luca ora.
Omnes sancti apostoli ⁊ euangeliste orate.
Omnes sācti discipuli dñi orāt.
Omnes sancti innocentes orāt.
Sancte stephane ora.
Sancte laurenti ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte fabiane ora.
Sancte sebastiane ora.
Sancti ioannes ⁊ paule orāt.
Sancti cosma ⁊ damiane orāt.
Sancti geruasi ⁊ protasi orāt.
Sancte petre martyr ora.
Omnes sancti martyres orāt.
Sancte sylvester ora.
Sancte gregori ora.
Sancte martine ora.
Sancte augustine ora.
Sancte ambrosi ora.
Sancte hieronyme ora.
Sancte nicolae ora.
Sancte ludouice ora.
Sancte bonauentura ora.
Omnes sancti pontifices ⁊ confessores orate.
Omnes sancti doctores orāt.
Sancte benedicte ora.
Sancte dominice ora.
Sancte thoma ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte francisce ora.
Sancte antoni ora.
Sancte bernardine ora.
Oēs sācti monachi ⁊ erem. orāt.
Oēs scī sacerdotes ⁊ leui. orāt.
Sācta maria magdalena ora.
Sancta agnes ora.
Sancta lucia ora.
Sancta cecilia ora.
Sancta agatha ora.
Sancta catherina ora.
Sancta margarita ora.
Sancta clara ora.
Sancta elisabeth ora.
Sācta catherina de senis ora.
Oēs scte virgines ⁊ vidue orāt.
Oēs sācti ⁊ scte dei īntercedite.



Pecca to res te ro gamus audi nos.
Propitius esto: exaudi nos dñe
Ab omni malo lib.
Ab omni peccato lib.
Ab ira tua lib.
A subitanea ⁊ īprouisa mor. lib.
Ab insidijs diaboli lib.
Ab ira ⁊ odio ⁊ oī mala vo. lib.
A cecitate cordis lib.
Ab inimicis nostris lib.
A diebus malis lib.

A penis

A penis inferni. lib. A periculo mortis lib.
A potestate diaboli lib. A malis operibus lib.
A spiritu fornicationis lib. A fulgure ꝛ tempestate lib.
A morte perpetua lib. Per mysteriū scē incarnatiōis tue lib.
Per aduentum tuum lib. Per natiuitatem tuam lib.
Per baptismum ꝛ sanctum ieiunium tuum lib.
Per crucem ꝛ passionē tuā lib. Per mortez ꝛ sepulturā tuā li.
Per sanctam resurrectionem tuam lib. Per admirabilem ascensionez tuam lib.
Per aduentum spūs sancti paracleti lib. In die iudicij lib.



Ut nobis parcas te rog.
Ut nobis indulgeas te rog.
Ut ad veram penitentiam nos perducere digneris te rog.
Ut ecclesiam tuam sanctā regere ꝛ cōseruare digneris te rog.
Ut donum apostolicum ꝛ omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris te rog.
Ut inimicos sancte ecclesie humiliare digneris te rog.
Ut regibus ꝛ principibus christianis pacem ꝛ veram concordiaz donare digneris te rog.
Ut cūcto populo christiano pacē ꝛ vnitatē largiri digneris te rog.
Ut nosmetipsos in tuo scō seruitio ꝯfortare ꝛ ꝯseruar̄ dig. te ro.
Ut hodie ꝛ semper sine peccato nos custodias te rog.
Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas te rog.
Ut oībus benefactorib⁹ nr̄is sempiterna bona retribuas: te rog.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum ꝛ benefactorum nostrorum ab eterna damnatione eripias te rog.
Ut fructus terre dare ꝛ conseruare digneris te rog.
Ut oībus fidelib⁹ defūctis requiē eternā donare digneris te rog.
Ut nos exaudire digneris te rog.
Fili dei te rogamus audi nos.

Agnus dei qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. Ps. Deus in adiutorium meum intende. fol. 199.
℣. Saluos fac seruos tuos, & ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non secundũ peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Oremus pro papa nostro. ℟. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animaꝫ inimicoruꝫ eius. ℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen sanctum tuum vitam eternam. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiẽ eternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos: deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cũ. Oro.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt nos & omnes famulos, tuos, quos delictorũ cathena cõstringit, miseratio tue pietatis absoluat. Oro.

Exaudi, q̃s dñe, supplicũ preces, & confitẽtiũ tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiã tribuas benignus & paceꝫ.

Ineffabilem nobis domine misericordiam tuam. Oratio.
clementer ostẽde: vt simul nos & a peccatis omnibus exuas: & a penis, quas pro his meremur, eripias. Oratio.

Deus qui culpa offenderis, penitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tue iracundie, que pro peccatis nostris meremur auerte. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, miserere famulo tuo pape nostro. N. & dirige eum sm̃ tuã clementiã in viaꝫ salutis eterne, vt te donãte tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Oratio.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacẽ: vt & corda nostra mandatis tuis dedita: & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Oratio.

Ure igne

Ure igne sancti spiritus renes nostros, ꝛ cor nr̄m domine: vt tibi casto corpore seruiamus, ꝛ mūdo corde placeam⁹. Orō.

Fidelium deus omnium conditor ꝛ redemptor: animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt: pijs supplicationibus consequantur. Oratio.

Actiones nostras, quesumus domine, aspirando preueni: ꝛ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio ꝛ operatio a te semper incipiat, ꝛ per te cepta finiatur. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul ꝛ mortuorum: omniumqꝫ misereris: quos tuos fide ꝛ opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quib⁹ effundere preces decreuimus: quosqꝫ vel presens seculum aduc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tue clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. ℣. Exaudiat nos omnipotens ꝛ misericors dominus. ℟. Amen. ¶ Psalmi Graduales, in feriali officio tantum dicuntur in Quadragesima. Capitulum. 33.

Quindecim graduum ante inchoationem matutini absolute incipitur. Psalmi dicuntur sedendo, orationes vero ꝛ versiculi flexis genibus: ꝛ omnia per ordinem, vt hic sequitur. Psalmus.

Ad dominum cum tribularer clamaui: ꝛ exaudiuit me. Domine libera animam meam a labiis iniquis ꝛ a lingua dolosa. Quid detur tibi: aut quid apponatur tibi: ad linguaꝫ dolosaꝫ? Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis. Heu mihi quia incolatus meuꝫ prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacē erā pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. P̄s.

Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a domino: qui fecit celum ꝛ terram. Non det in commotionem pedem tuum: neqꝫ dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet: qui custodit israel. Dominus custodit te, dn̄s protectio tua: super manum dexteram tuam. Per diem sol non vret te: neqꝫ luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuaꝫ dominus. Dn̄s custodiat introituꝫ tuū ꝛ exitū tuū: ex hoc nunc ꝛ vsqꝫ in sclm̄. Psal.

LEtatus sũz in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibi
mus. Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis hierusalez.
Hierusalem, que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in
idipsũz. Illuc.n.ascenderũt tribus tribus dñi testimoniũz israel.
ad confitendũz nomini dñi. Quia illic sederunt sedes in iudicio:
sedes super domum dauid. Rogate que ad pacẽ sunt hierusalẽ: ⁊
abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundan/
tia in turribus tuis. Propter fratres meos ⁊ proximos meos: lo/
quebar pacẽ de te. Propter domuz dñi dei nr̃i, quesiui bona tibi.
AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Psalmus.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorũ.
Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad do/
minum deum nostrum donec misereatur nostri. Miserere no/
stri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despe/
ctione. Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium
abundantibus ⁊ despectio superbis. Psalmus.
NIsi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia
dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: forte
viuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos: for
sitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima no/
stra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dominus, qui non dedit nos, in captionez dentibus
eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venan/
tium: laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus. Adiutoriũz no
strum in nomine dñi: qui fecit celum ⁊ terram. Requiem eternaz
dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. Pater noster. secreto.
℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue
domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣.
Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te ve
niat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spũ tuo. Oremus. Oratio.
ABsolue quesumus dñe animas famulorum famularumque
tuarum ⁊ omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo
delictorũ: vt in resurrectionis gloria inter sctõs ⁊ electos tuos re/
suscitati respirent. Per christum dominũ. ℟. Amen. Psalmus.
QUi confidunt in dño sicut mons sion: non commouebitur in
eternum qui habitat in hierusalem. Montes in circuitu
eius: ⁊ dñs in circuitu populi sui ex hoc nunc ⁊ vsque in seculum.
Quia non derelinquet dominus virgam peccatorum super sor/
tem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac

Benefac domine: bonis ꝛ rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super israel. Gloria patri ꝛ filio. Psalmus.

In convertendo dñs captiuitatem sion: facti sumus sicut cõsolati. Nunc repletum est gaudio os nostrum: ꝛ lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit domin⁹ facere cum eis. Magnificauit dñs facere nobiscum: facti sumus letantes. Conuerte dñe captiuitatem nostram: sicut torrẽs in austro. Qui seminant in lacrymis: in exultatione metent. Euntes ibant ꝛ flebant: mittentes semina sua. Venientes autẽ veniẽt cuz exultatione: portantes manipulos suos. Gloria pa. Psalmus.

Nisi dñs edificauerit domum: in vanuz laborauerunt qui edificant eam. Nisi dñs custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis qui manducatis panẽ doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini: filij merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria. Psalmus.

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs ei⁹. Labores manuum tuarum qꝛ mãducabis: beatus es ꝛ bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum. Benedicat tibi dñs ex sion: ꝛ videas bona hierusalẽ omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorũ: pacem super israel. Gloria. Psalmus.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nũc israel. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur ꝛ conuertantur retrorsum omnes qui oderunt sion. Fiant sicut fenum tectorum: quod priusquam euellatur exaruit. De quo non impleuit manum suaz qui metet: ꝛ sinum suum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui preteribant, benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine domini. Gloria. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. ℣. Pater noster. secreto ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Memento congregationis tue. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus

ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.
Deus cui proprium est misereri semper ⁊ parcere: suscipe deprecationez nostram: vt nos ⁊ omnes famulos tuos quos delictorum cathena constringit: miseratio tue pietatis absoluat Per christum dominum nostrum. Psalmus.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustine/bit? Quia apud te propitiatio est: ⁊ propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsque ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dominum misericordia: ⁊ copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus ini/quitatibus eius. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui. Psalmus.
Domine non est exaltatū cor meuz: neqz elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animā meā. Sicut abla ctatus est super matrez suaz: ita retributio in anima mea. Speret israel in dño: ex hoc nunc ⁊ vsqz in seculum. Gloria. Psalmus.
Memento dñe dauid: ⁊ omnis mansuetudinis eius. Sicut iu rauit domino: votum vouit deo iacob. Si introiero in taber naculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dede/ro somnum oculis meis: ⁊ palpebris meis dormitationem. Et re quiem temporibus meis: donec inueniam locuz domino: taberna culum deo iacob. Ecce audiuimus eum in effrata: inuenimus euz in campis sylue. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimꝰ in loco vbi steterunt pedes eius. Surge domine in requiem tuā: tu ⁊ arca sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiaz: ⁊ sancti tui exultent. Propter dauid seruuz tuum: non auertas fa/ciem christi tui. Iurauit dominus dauid veritatem ⁊ non frustra/bitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si cu/stodierint filij tui testamentum meum: ⁊ testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eorum vsqz in seculum: sedebunt super sedez tuam. Quoniam elegit dñs sion: elegit eam in habitationem sibi. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicaz: pauperes eius satura bo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: ⁊ sancti eius exul/ta tione exultabunt. Illuc producam cornu dauid: paraui lucer/nam christo meo. Inimicos eius induam confusione: super

ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Gloria patri. Psalmus.

Ecce quã bonum & quaz iocundũ: habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam: bar/bam aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion. Quõ illic mandauit domi nus benedictionem: & vitam vsqz in seculum. Gloria. Psalmus.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini. Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri. In nocti/bus extollite manus vestras in sancta: & benedicite dominuz. Be nedicat te dominus ex sion: qui fecit celum & terraz. Gloria patri. Kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pater nr̃. secreto.
℣. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℟. Sed libera nos a malo.
℣. Saluos fac seruos tuos: & ancillas tuas. ℟. Deus meus spe/rantes in te. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Pretende domine famulis & famulabus tuis dexteram cele/stis auxilij: vt te toto corde perquirãt, & que digne postulant consequi mereantur. Per christum dominum nostruz. ℟. Amẽ.

¶ Explicit quintus & vltimus Tractatus prime partis libri Sacerdotalis de sacramẽto extreme vn/ctionis & de sepulturis, & alijs annexis.

¶ Secunda pars libri sacerdotalis de officio Sacerdotis curati.

Proemium.

¶ De varijs Benedicendi, seu bene/dictionum acceptionibus ex diui/na scriptura acceptis.

Consummata p dei gratiam priori parte huius libri Sacerdotalis de quinque sacramentis ecclesie, & eorum annexis per Sacerdotem inferio ris ordinis: id est nõ epis/copi consecrandis & mini strandis: eadem dei gra/tia preueniente in hac se/cũda parte de benedictio nibus ad sacerdotem, nõ

ad episcopum pertinentibus: tractandum videtur. ¶ Benedice/re: vel benedictio accipitur in sacra scriptura: et in malum et in bonum sensum. Et in malum quidem benedicere: idem est quod blasphemare. Job.2. Benedic deo et morere: dixit uxor Job ad eum: id est blasphema: vel maledic deo: vt te de hac vita ejiciat. Et 3. Reg.21. Benedixit Naboth deum et regem: id est blasphemauit. Et hoc ideo sub nomine benedictionis eam proferebant antiqui: propter horrorem nominis blasphemie. Sed de hoc non intendimus. ¶ Accipitur secundo benedicere: vel benedictio: pro bonis imprecandis vel tribuendis alicui. Gene.1. Creauit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam: masculum et feminam; benedixitque illis deus: et ait. Crescite et multiplicamini: et replete terram: et subjicite eam: et dominamini piscibus maris: et volatilibus celi, et vniuersis animantibus, que mouentur super terram. Et eiusdem.22. dixit deus Abrahe. In semine tuo benedicentur omnes cognationes terre: id est salutem habebunt in Christo, qui secundum carnem natus est ex semine Abrahe. Galat.3. Et semini tuo, qui est Christus. Rursus Genesis.27. Isaac benedicens filium suum Jacob: bona illi imprecatus est: dicens. Det tibi deus de rore celi etc. Eccle.3. Benedictio patris firmat domos filiorum. ¶ Benedicere etiam, seu benedictio sumitur.3. pro laude. Psalmus.33. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Psalmus.67. In ecclesiis benedicite deo domino. Gene.14. Melchisedech benedixit Abrahe: propter victoriam, quam consecutus est de inimicis: id est laudauit eum. Et psalmus.127. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum, id est laudabitur. ¶ Quarto loco sumitur benedicere: seu benedictio pro gratiarum actione, ac si diceretur, Benedico, id est gratias ago. Deuterono.8. Benedicas domino: cum saturatus fueris.1. Paralipo.29. Benedixit omnis ecclesia Deum. Thobie.4. Omni tempore benedic Deum. Et eiusdem.12. Benedicite Deum celi, id est ei gratias agite: quia fecit vobiscum misericordiam suam. Psalmus.15. Benedicam dominum: qui tribuit mihi intellectum: id est ei gratias agam. Et de his tribus: hic minime tractandum est. ¶ Accipitur quinto benedicere: pro sanctificare. Genesis.2. Benedixit dominus diei sabbati, et sanctificauit illum. Similiter Leuitici.9. Aaron extendens manum ad populum benedixit ei: id est sanctificauit. Saluator etiam noster dominus Jesus: vt dicitur Matthei.26. Accepit panem: et benedixit,

Benedicere, hoc est blasphemare.

Benedicere hoc est imprecare;

Benedicere id est laudare.

Benedicere id est gratias agere.

Benedicere id est sanctificare.

xit, id est in corpus suum transubstantiauit. Contingit autem aliquando benedici ꝛ sanctificari homines: aliquando res inanimatas. De hominibus quidem dicitur. Exodi. 31. Ego dominus, qui sanctifico vos. secundo. Paralipo. 5. Sanctificati sunt omnes sacerdotes. Res vero sanctificantur, sicut templum, vel ecclesia, altare, ꝛ vasa ministerialia cultus diuini. Exodi. 39. Postquam Moyses vidit omnia vasa in ministerium dei completa: benedixit eis. Et quia homines potissimum per sacramenta ecclesie sanctificantur: que episcoporum ꝛ inferioris ordinis sacerdotum ministerio sunt exhibenda, de quibus in pontificali: ꝛ in priore parte huius libelli tractatum est, nunc videndum restat qualiter res benedicantur, ꝛ sanctificentur, ꝛ consecrentur: ꝛ ad salutem hominum disponantur. Quia vero princeps huius mundi satan pessimus hominum saluti ꝛ vite tam spirituali quam etiam corporali inuidet, multa nociua rebus humano vsui deputatis adinuenit, vt ipsis ꝛ spiritualiter ꝛ corporaliter noceat: ideo ecclesia instituit res benedici in virtute dei, vt inimici prauitas eradicetur, ꝛ fideles in bono statu ꝛ quiete conseruentur. Quamuis autem iuxta beati Pauli apostoli dictum. 1. Timothe. 4. omnis creatura dei bona sit, inquantum a deo est: tamen ad effugandam virtutem inimici ab ipsa, nihilominus per ecclesiam ꝛ sacerdotem sanctificatur, vt ibidem idem Paulus subiungit dicens, creatura sanctificatur per verbum ꝛ orationem, scilicet sacerdotis ex institutione ecclesie, cum igitur ad sacerdotem tanquam ad personam ad tale misteriū deputatam pertineat, eiusque officium sit: creaturas ad vsum humani generis a deo creatas benedicere ꝛ sanctificare: ideo hac parte huius libri Sacerdotalis tractabitur de benedictionibus, quas sacerdos non episcopus potest facere super rebus ipsis. Ratio huiusmodi partis.

¶ Habuit autem originem hec benedictionis series a Christo: qui in saturatione quinque millium hominum panem benedixit. Joan. 6. cap. Et etiam in benedictione ꝛ consecratione sacramenti eucharistie. ¶ De qua rerum benedictione tractaturi: incipiemus a benedictione aque: qua ꝛ populus ꝛ omnes res benedicende asperguntur ꝛ sanctificantur.

¶ Exorcismus salis.

Exorcizo te creatura salis per deum viuū: ✠ per deum verū, ✠ per deū sctūz: ✠ per deū qui te per Heliseuz prophetaz in aquā mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aque, vt efficiaris sal exorcizatuz in salutē credentium: vt sis omnibus te sumētibus sanitas anime ꝛ corporis: ꝛ effugiat atqꝫ discedat ab eo loco, in quo aspersuz fueris, omnis fantasia ꝛ nequitia: vel versutia diabolice fraudis: omnisqꝫ spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Inmensam clementiam tuam oṗs eterne deus humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam in vsu generis humani tribuisti, bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris, vt sit omnibus sumentibus sanitas anime ꝛ corporis, vt quicquid ex eo tactum vel aspersum fuerit, careat omni īmundicia, omniqꝫ impugnatione spiritualis nequitie. Per dominuz. Exorcismus aque.

Exorcizo te creatura aque in noīe dei patris ✠ oīpotentis, ꝛ in noīe Jesu ✠ christi filij eius dñi nostri, ꝛ in virtute spiritus sancti, ✠ vt fias aqua exorcizata ad effugandam oēm ptātē inimici: ꝛ ipsum inimicum eradicare ꝛ explantare valeas cū angelis suis apostaticis. Per virtutē dñi nostri iesu Christi, q̄ vēturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ seculū p ignē. ℟. Aṁ. Orem⁹.

Deus qui ad salutē humani generis maxima queqꝫ Oratio. sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius inuocationibus nostris: ꝛ elemento huic multimodis purificationibus preparato virtutem tue benedictionis ✠ infunde, vt creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abiiciendos demones: morbosqꝫ pellendos diuine gratie sumat effectuz: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium, hec vnda resperserit, careat omni īmundicia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, nō aura corrūpens, discedant oēs insidie latētis inimici: ꝛ siquid est, quod aut incolumitati habitantiuz inuidet, aut quieti, aspersio

ne huius aque effugiat, vt salubritas per inuocationem tui sancti nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum. Hic mittat sal in aqua in modum cru/cis dicendo. Cōmistio salis ⁊ aque pariter fiat in noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spūs ✠ sancti. ℟. Amē. Deinde dicat sacerdos. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus inuicte virtutis author, ⁊ insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduerse dominatio nis vires reprimis, qui inimici rugientis seuitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas: te domine trementes ⁊ supplices deprecamur ac petimus, vt hanc creaturaꝫ salis ⁊ aque dignanter aspicias, benignus illustres, ⁊ pietatis tue more sancti ✠ fices, vt vbicunqꝫ fuerit aspersa, per inuocationem tui sancti nominis, omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur, terrorqꝫ venenosi serpentis procul pellatur: ⁊ presentia sancti spiritus no bis misericordiam tuam poscentibus vbique adesse dignetur. Per dominum nostrum. ¶ Antiphona, que cantari debet quan do aqua in ecclesia aspergitur super populum. Capitul. 3.

IN omnibus dominicis per annum finita tertia, benedicta aqua a sacerdote celebraturo missaꝫ, primo aspergatur alta re maius ipsa aqua benedicta, genibus coraꝫ altari flexis: ⁊ statiꝫ a sacerdote incipiatur aña. Asperges me. ⁊ chorus sequatur: ⁊ duꝫ communiter cantatur cuꝫ suo versu ⁊ Gloria patri ⁊ filio. ab eodeꝫ sacerdote primo clerici, deinde seculares aspergantur. Et sacerdos aspergens populum dicat psalmū. Miserere mei.

Antiphona.

Asper ges me do mi ne ysopo ⁊ mundabor lauabis me, ⁊ super niueꝫ de al ba bor. Ps.

Mi se re re me i de us, se cundū magnā mi se/ricordiam

ri cor diam tuam. ℣. Glori a pa tri ⁊ fi li o, ⁊ spiri/



tu i sancto. Sicut e rat in princi pi o ⁊ nunc ⁊ semper

⁊ in se cu la secu lo rum a men. Aña A sperges me. tota repetatur. Qua cantata sacerdos stans ante gradus altaris maioris ecclesie, dicat. ℣. Ostende nobis domine misericordiaz tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi ora/tionem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Exaudi nos domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: ⁊ mittere digneris sanctum angelum tuum de celis, qui cu/stodiat, foveat, protegat, visitet, atqꝫ defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Suprascripto modo predicta cantentur in omnibus dominicis per totum annum in aspersione aque benedicte, excepto q̄ in do/minica de passione, ⁊ in dominica palmarum post psalmus Mi/serere mei deus. non dicitur Gloria patri. sed aña. post psal. re/petatur. Et excepto tēpore paschali: scilicet a dominica pasche us/que ad octauam pentecostes exclusiue: quo tempore dicitur aña. Vidi aquam. cum suo psalmo. ⁊ Gloria patri ⁊c. ¶ In tempore paschali ad aspersionem aque benedicte. Antiphona.

I di a quam egre di en tem de tem plo



a la te re de xtro. Al le lu ia. Et oēs

ad quos per uenit a qua i ſta

ſal ui fa cti ſunt. Et di cent. Alle/

lu ia. Alle lu ia. ps. Con fi te mi ni do/

mino quoniaꝫ bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

℣. Gloria patri ⁊ fi li o ⁊ ſpiri tu i ſancto. Uidi aquam.

verſic. ⁊ ōzo vtſup. Repetatur tota añ. poſtea dicat introitꝰ miſſe.

¶ De bñdictione aque in vig. Epiphanie, q̄ licet in Romana curia nō fiat, in multis tñ eccleſiis ſolēniter celebrat. ¶ In vig. Epiphanie poſt cōpletoriuꝫ, vel etiaꝫ lecta. ix. lcō. in matu. ſacerdos indutus ſacris veſtibus, cū pluuiali, ⁊ diaconꝰ ⁊ ſubdiaconꝰ ſacris ſui ordinis veſtibꝰ induti, p̄cedentibus accolitis cū cereis, ⁊ cruce, ⁊ thuribulo, ⁊ aliis ſequētibꝰ clericis, veniāt ad locū, vbi paratus ē aluéolus cū aqua. Et dū recedūt de choro: cātet ſequēs. R. cātoribus illud inchoātibꝰ ⁊ pcedētibꝰ. Deinde totꝰ chorꝰ ſequat. R.



Odi e ce li a per/

ti ſunt: ⁊ ma re dul ce

factum

fa ctum est: ter ra exul tat: montes ꝛ col les

le tan tur. Qui a a ioan ne in ior da/

ne christus bapti za tus est. ℣. Quid est

ti bi ma re ꝙ fu gi sti: ꝛ tu iordanis

qui a conuersus es re tror sum. Quia.

Finito responsorio ante alueum aque cantor incipiat antiphonā:

Vox domi ni su per a quas al le lu ia: de us maiesta/

tis in to nuit: al le lu ia. E v o v a e. Psalmus.

Afferte domino filij dei: afferte dn̄o filios arietum. Afferte dn̄o gloriam ꝛ honorem: afferte dn̄o gloriam nomini eius: adorate dn̄m in atrio sancto eius. Vox dn̄i sup aquas: deus maie/statis intonuit: dn̄s super aquas multas. Vox dn̄i in virtute: vox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros: ꝛ confringet dn̄s cedros libani. Et cōminuet eos tanꝙ vitulum li/bani: ꝛ dilectus quēadmodum filius vnicornium. Vox dn̄i inter/cidentis flāmam ignis: vox dn̄i concutientis desertum: ꝛ cōmoue/

bit dñs desertum cades. Uox dñi preparantis ceruos: et reuela/
bit condensa: et in templo eius oẽs dicẽt gloriaz. Dñs diluuiuz
inhabitare facit: et sedebit dñs rex in eternum. Dñs virtutem po
pulo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Aña.

In ec cle si is bene di ci te dominuz alle luia: de fon/



tibus i sra el alle lu ia. Euo v a e. Psalmus.

Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui ode/
runt eũ a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit
cera a facie ignis: sic pereant pctõres a facie dei. Et iusti epulen/
tur et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia. Canta/
te deo, psalmuz dicite noĩ eius: iter facite ei qui ascendit super oc
casum: dñs nomen illi. Exultate in conspectu eius: turbabuntur
a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum. Deus in lo
co sctõ suo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui
educit vinctos in fortitudine: similiter qui exasperant eos qui ha/
bitant in sepulchris. Deus cum egredereris in conspectu popu/
li tui, cum pertransires in deserto. Terra mota est etenim celi di
stillauerũt a facie dĩ sinai: a facie dei israel. Pluuiaz voluntariaz
segregabis deus hereditati tue, et infirmata est: tu vero perfecisti
eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedinẽ tua
pauperi deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus vir/
tute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: et speciei domus diuide
re spolia. Si dormiatis inter medios cleros: penne columbe de
argentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discer/
nit celestis reges super eam: niue dealbabuntur in selmon, mons
dei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis: vt quid su
spicamini montes coagulatos? Mons, in quo beneplacitum est
deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem. Currus
dei decem millibus multiplex millia letantium: dominus in eis
in sinai sancto. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti
dona in hominibus. Etenim non credentes: inhabitare dominũ
deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet

nobis

nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos fa ciendi: & domini dñi exitus mortis. Uerũtamen deus cõfringet capita inimicorum suorum, verticez capilli perambulantiuz in de lictis suis. Dixit dñs ex basan conuertam: conuertam in profun/ dum maris. Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum suorũ ex inimicis ab ipso. Uiderunt ingressus tuos deus: ingres/ sus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarũ. In ecclesiis benedicite deo dño: de fontibus israel. Ibi benia/ min adolescentulus: in mẽtis excessu. Principes iuda duces co/ rum: principes zabulon & principes neptalim. Manda deus vir tuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A tem/ plo tuo in hierusalem: tibi offerent reges munera. Increpa fe/ ras arundinis: congregatio taurorum in vaccis populorum: vt ex cludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes, que bella volunt: venient legati ex egypto: ethiopia preueniet manus eius deo. Regna terre cantate deo: psallite dño. Psallite deo, qui a/ scendit super celum celi: ad orientem. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriaz deo: super israel magnificẽtia eius & virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ip se dabit virtutez & fortitudinem plebi sue: benedictus deus. An. *mirabilis*

Ipse li be ra uit me alle luia: de la que o venã/ tium alle luia. E v o v a e.

Psalmus. Qui habitat. vt supra. folio. 57. Dein/ de dicantur letanie can/ tando, vt supra. folio. 173.

Cantetur letania vsque ad versum. Ut domnum apostolicum & cetera inclusiue. Quo versu cantato sacerdos surget & cantet tres sequentes versus: videlicet. Ut hanc aquam bene ✠ dice/ re digneris: te rogamus audi nos. Ut hanc aquam bene ✠ dice re & conse ✠ crare digneris: te rogamus audi nos. Ut hãc aquã bene ✠ dicere: & conse ✠ crare: & sancti ✠ ficare digneris: te ro gamus audi nos. Postea iterum genuflex⁹ sequat. ℣. Ut inimi/ cos sãcte ecclesie. & cetera vsq; in finez. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tenta. ℟.

Sed libera nos a malo. ℣. Saluos nos fac domine deus no/ster. ℟. Et congrega nos de nationibus. ℣. Ut confiteamur nomini sancto tuo. ℟. Et gloriemur in laude tua. ℣. Benedi/ctus dominus deus israel a seculo. ℟. Et vsqz in seculũ fiat fiat.

Sufflat in aquam tribus vicibus sic dicendo.

Exufflo te omnis legio satane in nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. Exorcismus in tono lectionis

Exorcizo te creatura aque in nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spũs ✠ sancti: ne cõmunis sis vlli spiritui ĩmundo: sed da/bis honorem viuenti, atqz regnanti patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto: ⁊ vbicũqz asperla fueris: spiritus ĩmundus ab eo loco recedat. Ita que adiuro te creatura aque in nomine iesu christi nazareni filij dei viui: regis ⁊ iudicis nostri: vt sis purgatio ⁊ sanctificatio homi num: quos deus ad suam sanctã gloriam vocare dignatus est. Te ergo inuoco domine sancte, pater op̃s, eterne deus: vt hanc aquã exorcizare: ⁊ bene ✠ dicere pro tua pietate digneris: vt omnis ĩmundus spiritus locum in ea vltra non habeat: sed vbicunque a/spersa fuerit: angelorum tuorum ibi descendat exercitus. Per do minum nostrum iesum ⁊c. Lectio libri numeri: in tono feriali.

In diebus illis. Conuenerũt filij israel ad moysen: ⁊ aarõ: ⁊ versi in seditionez dixerunt. Da nobis aquã vt bibamus. Ingressus moyses ⁊ aaron dimissa multitudine ante tabernacu/lum federis corruerunt proni in terram: clamaueruntqz ad domi num: ⁊ dixerunt. Domine deus exaudi clamorem populi huius: ⁊ aperi eis thesaurum tuuz fontem aque viue: vt satiati cesset mur muratio eorũ. Et apparuit gloria domini super eos. Graduale.

In ultimo festiuitatis die dicebat iesus: qui in me credit: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autẽ dixit de spiritu

spiri tu: qué acceptu ri e rant credentes in

e um. Alle lu ia: alle lu ia.

℣. Si quis si tit ve ni at ꝛ bi bat: ꝛ de

ventre eius flu ent aque vi ue. Hoc. Alle/

lu ia. ℣. Uox

do mi nꝭ super a/

quas, de us ma iesta tis in

to nu it, do minus su/

per aquas multas. Secundum ioannem: in tono feriali.

IN illo tempore: In nouissimo autez die magne festiuitatis stabat iesus ⁊ clamabat dicens. Siquis sitit veniat ad me: ⁊ bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de spiritu: quem accepturi erant credentes in eum. Exorcismus aque in tono lectionis.

EXorcizo te creatura aque per deum viuum: per deum verū: per deum sanctum: per deum totius creature: vt te mūdā exhibeas contra omnem morbum: atque insidias inimici: atque diabolicas potestates: vt vbicunque aspersa fueris: sit propitio deo defensa domus ipsa: sicut defense fuerunt in egypto domus hebreorum per signum sanguinis agni: sic defendantur domine domus famulorum famularumque per aspersionem huius aque: in ipsius nomine te exorcizo: qui verbo suo fontem manare precepit. Et in ipsius nomine te exorcizo: qui filios israel per medium mare eduxit. In ipsius nomine te exorcizo: qui super te suis sanctis pedibus ambulauit. In ipsius nomine te exorcizo: quem ioānes in te baptizauit: vt omnis spiritus erroris: ⁊ omnes fantasie demonū per te asperse effugiāt: ⁊ separent de eodē loco. Per christum dominū nostrū: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculū p ignē. ℟. Amē. Sequitur exorcismus in tono lectionis.

EXorcizo te creatura aque in noīe ✠ dei pa ✠ tris oīpotentis: ⁊ in nomine dn̄i nr̄i Jesu ✠ christi: vt oīs īmundus spūs vel incursio satane separetur a te creatura aque. Proinde ergo efficere aqua exorcizata ad effugandum omne fantasma inimici: ⁊ ipsum inimicum effugare ⁊ eradicare valeas in nomine dei pr̄is oīpotētis: qui cuz eodem spū sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amē. Oratio. Et cantatur in tono solemni orationum.

BEne ✠ dic dn̄e hāc aquā benedictione celesti: ⁊ assistat super eam virtus spūs sancti: vt vbicunque aspersa fuerit longe recedat virtus inimicorum: vmbra fantasmatum: incursio turbinū: percussio fulminum: lesio tonitruoruz: calamitas tempestatū: oīs spūs procellarum: teipsuz oīpotentē deprecamur: qui viuis ⁊ regnas per omnia secula seculorum. ℟. Amē. Orō sup salem in eodē tono.

VIrtutis tue inuictam fortitudinez deprecor dn̄e sancte, pater omnipotens, eterne deus super hoc sal: cui non minimam gratiam conferre dignatus es: vt ex illo possint vniuersa condiri: que hominibus ad escā per tuū filiū dn̄m nostrū procreari iussisti: per quē te domine supplices exoramus: vt sal istud sancti ✠ ficare bene ✠ dicere: ⁊ cōse ✠ crare pro tua pietate digneris: vt ex vul/

tu diuine maiestatis tue: virtutem tuam contra omnes i͂mundos spiritus possit accipere: expellat de tabernaculis famulorum famularumqꝫ tuarũ qcquid potest pestiferũ esse: ⁊ exhibeat plenũ salutis effectum: deterreat prestigia: fantasiasqꝫ cõpescat: per signum sancte cru ✠ cis filij tui domini nostri: tutelam fidelissimam desiderantibus prestet per hoc tuum domine signa ✠ culum: quod nullius dolus: nullius pertinacia designauit. Per eundem dominum nostrum Jesum. Alia benedictio salis: in tono lectionis.

BEne ✠ dico te creatura salis in nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti: qui te ad tutelã humano generi procreauit: ⁊ populo venienti ad credulitatem per seruos consecrari precepit: proinde rogamus te domine deus noster: vt hec creatura salis in nomine sancte trinitatis efficiatur salutare sacramentum: sitque perfecta medicina in visceribus fidelium tuorum. Per eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Oratio super sal in tono orationis.

INtuere domine hanc creaturam salis: quam vsibus humani generis tribuisti: ⁊ petimus omnipotens eterne deus: vt signum cru ✠ cis vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi: vbi aspersa fuerit aqua hoc sale cõmista: sit efficax ad euacuandum omnem inimici aduersariam potestatem, consumet ⁊ arefaciat: nihilque ibi remaneat i͂mundum, nihil pestiferum: sed ad inuocationẽ noı̄s tui sit nobis mũdum ac benedictum. Per eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculũ per ignẽ. In tono lcõnis.

EXorcizo te creatura salis: per deum ✠ verũ: per deũ ✠ sanctum: per deum ✠ totius creature: qui te per Heliseum prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aque: qui per apostolum Paulum dicere dignatus est, sit cor vestrum sale conditum: ideoque efficere sal ad euacuandum, ⁊ expellendũ inimicum: omnemque virtutem ⁊ putredinem eius: in nomine domini nostri iesu christi. Qui viuit ⁊ regnat in vnita. In tono lectionis.

DOminus ⁊ saluator noster iesus, anteq̃ ad celos ascenderet: apostolis suis mandauit dicens, habete in vobis sal: ⁊ pacem habete inter vos. ¶ Hic ponat sal in aquam dicens.

HEc cõmistio salis ⁊ aque pariter fiat: in nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti: ⁊ in virtute dñi nostri iesu christi, cui ẽ honor ⁊ gloriosa in secula seculorum. ℟. Amẽ. In tono lcõnis.

EXorcizo te creatura salis ⁊ aque: in nomı̄e pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per deum viuum. Exor/

cizo te per crucifixum. Exorcizo te per spūm sctm̄. Per eum te exorcizo, qui per Heliseum prophetam te in aquam mitti iussit di cens. Hec dicit dn̄s. Sanabitur aqua ista, et non erit in ea mors, neqz sterilitas. Per ipsius nomen te adiuro: qui diuina voce oris sui apostolis suis locutus est dicens. Uos estis sal terre: et cor ve/ strum sale sit conditū. Ut omnes, qui ex te sumpserint: sint sancti ficati in animabus et corporibus: vt vbicunqz aspersa fueris: effu/ ges inimicum, et prestes omnibus remissionem peccatorum, expel las insidias, et excludas oēs demonum tentationes. Te aūt condi tor et restaurator omnium elementorꝝ tuorū: qui hec fluenta noīe tuo sanctificata ad purgationem locorꝝ proficere iussisti: deprecor, vt nominis tui inuocata maiestate: gratiā spiritus sancti hec aqua accipiat: valeatque ad expellendas diabolicas artes per manus seruorum tuorꝝ aspersa: per sanctificationē, quā tu domine sancti ficando sanctificas: et benedicendo benedicis, vt omnis immun/ dus spiritus aspersione huius aque repulsus et perfusus discedat, et omnis incursus satane, et omne fantasma, omnisqz immunditia, et putredo inimicorum longe recedat: nec consistendi aut resisten/ di habeat potestatem: nec in eodem loco standi aut commorandi, sed victus et destructus abscedat diabolus cum omni pompa sua. Per virtutem et gloriam domini nostri iesu christi: qui viuit et re/ gnat cum deo patre et spiritu sancto: per omnia secula seculorum. R. Amē. Exorcismus super aquā sale cōspersā in tono lcōnis.

Exorcizo te creatura aque sale conspersa per deū viuum: per deum verum: per deum totius creature: qui te in principio separauit ab arida: et in quatuor fluminibꝰ diuidere dignatus est, vt vbicunqz portata vel aspersa fueris effugetur et separetur inimi cus, et omnis putredo eius: vt ipsa domus deo sit dicata per virtu tē domini nostri iesu christi, qui venturus est iudicare viuos et mor tuos: et seculum per ignem. Item super aquam in eodē tono vsqz ad prefationem.

Te autem creatura aque adiuro per deū viuum: per deum verum: per deum sanctū: per eū te adiu/ ro qui te in principio separauit ab arida. Adiuro te per deū viuū, qui te de fonte paradisi manare fecit, et in quatuor fluminibus. Hic diuidat aquam in quatuor vm hanc figuram.

exire iussit: et totam terrā rigare precepit. Adiuro te per eū, qui te in Chana galilee sua potentia cō uertit in vinum: qui super te suis sanctis pedibus ambulauit: qui tibi nomen imposuit syloa. Adiu/

ro per eum, qui in te naaman syrum a sua lepra per manuz helisei prophete mundauit. Aqua ✠ sancta: aqua bene ✠ dicta: aqua ✠ Hic tangat aquam dicens: lauans sordes ⁊ mundans peccata adiuro te per deum viuum: vt te mundam exhibeas: nec aliquã fantasiam in te retineas, sed efficiaris exorcizata ad effugandum inimicum, ⁊ omnes actus fulguris, ⁊ vbicunqz aspersa fueris siue in domo, siue in agro: siue in vineis: siue in seminatis campis, siue in fructibus: siue in angulis cubiculorum: siue in nauibus: siue in puteis: vel siquis ex te gustauerit, fias ei defensio ⁊ remedium sanitatis: ipse quoque diabolus elongetur ⁊ separetur, quantum elongatum est celum a terra, lux a tenebris, veritas a mendacio, iustitia ab iniustitia, dulce ab amaro: tantum elongetur, ⁊ separetur ille immundus spiritus ab habitationibus famulorum famularũque dei. Per nomen domini nostri Jesu Christi: qui viuit ⁊ regnat cum deo patre ⁊ spiritu sancto. Hic dicitur in tono prefationis. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo nostro. Responsorium. Dignum ⁊ iustum est.

Vere dignum ⁊ iustum est: equum ⁊ salutare: Nos tibi semper ⁊ vbique gratias agere. Domine deus celi ⁊ terre: cuius virtuti subdita sunt vniuersa: cuius verbo creata sunt omnia: supermitte quesumus virtutem spiritus sancti tui super hanc creaturã, vt fiat aqua sanctificata in nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti. Te igitur omps deus altissima salus: ⁊ respector perpetuus: humiliter rogamus ⁊ petimus: vt nos exaudias: ⁊ miserearis precibus nostris: quatenus vbicunqz hec aqua aspersa fuerit fiat te iubente causa purificationis: habeat quoqz perpetuam gratiaz ipsa domus: fidem rectam: spem certam: charitatem perfectam: gaudium verum: honorem perpetuum: vt omnes maleuoli ⁊ inuidi spiritus ab ea expellantur: ⁊ separentur. Per chrm. In tono lectionis. Iterumqz te alloquor aqua: que habes lucis similitudinem: tu sub celo: tu super celum: tu sub terra: tu super terram. Du per te inuoco nomen sanctuz atqz mirabile dei omnipotentis, qui te sua potentia conuertit in vinum: suspendit super celos: congregauit in terra: miscuit in mari. Qui te arcanis ⁊ velocibus ventis pluere precepit: ⁊ ad vsus hominum lauacrum dedit ⁊ sitientibus potũ subministrauit. Super aquã ẽt spũs dñi nõ solũ ferebatur: sed etiaz fertur. Adiuro ergo te creatura aque: ꝑ septiformez

ſpiritum dei viui. Adiuro te per nouem ordines angelorum. Adiuro te per vocez tonitrui coruſcationis tremendi ⁊ celeſtis regis. Adiuro te per lignū myſterij: de quo aqua ꝑcuſſa: ſtatim dulcis facta eſt. Adiuro te per eum qui oīa creauit: ne cōtemnas vocez humilitatis mee: ſed expellas oēm vmbram: oēs ſatellites aduerſariorꝝ: oēs machinationes diaboli: ſiue ſpūuz imūdoruz: ſiue biothanatorꝝ: ſiue errantium: ſiue ex inuocatione magice artis: ſiue ꝑcantatorꝝ argumenta: ſiue draconū: ⁊ oīuz volucrū vel viperarꝝ: quia impat tibi dn̄s ieſus chr̄s fili⁹ dei viui: quod mox vt aſpſa fueris in noīe dei ſabaoth: ſiue in hoībus: ſiue in domibus: ſiue in vineis: ſiue in pecoribus: vel quibuſlibet animantibus: ſiue in ſeminatiſ cāpis: ſiue in qualicūqz creatura vniuerſali: ſiue quocūqz loco aſperſa fueris: ſiue ſuper infirmū: vel languentē, ſiue in potū data fueris homini in valetudine detēto: aut maligni ſpūs infeſtatione percuſſo mox expellas ⁊ excludas oē malignuz, vt poſſit homo velocius ſaluus fieri: per virtutē dn̄i noſtri ieſu chriſti: quia neqz dici, neqz ſcribi, neqz cōputari pōt: cui nomē eſt dei. In tono pfati o͞nis. Tu autem dn̄e qui per angelum tuum: fontem agar oſtendiſti: ⁊ ex eo Yſmael ſitientem potaſti. Qui pueri tui Abrahe in meſopotamia preces exaudiſti: ⁊ oīa deſideria cordis eius impleuiſti. Qui famulo tuo moyſi in deſerto eremi petram percutere: ⁊ ex ea aquaz producere: ⁊ populum rigare iuſſiſti. Ter dicatur ſequens verſus. Qui aquā amaram īmiſſo ligno dulcoraſti. In nomine pa✠tris ⁊ fi✠lij ⁊ ſpiritus✠ ſancti. Amen. Hic mergat ſacerdos crucem in aqua tribus vicibus: ſignando fontem cum cruce. Cantores autem cantent ſemel has ſequentes aīas infraſcriptas. Aīa.

Baptiza tur chri ſtus ⁊ ſancti fi catur omnis mundus: ⁊ tribuit nobis remiſſi onez peccatorꝝ aqua ⁊ ſpiritu omnes purificamur. Aīa. Bapti zat mi les regem:



re gem: seruus dominū suū: ioannes salua to/



rem: a qua iordanis stupuit: columba pro testatur: paterna

vox audita est, hic est filius meus.

Deide sacerdos cruce deposita dicat hanc orationem in tono prefationis.

B Enedicere ꝛ sanctificare digneris dn̄e hanc creaturā aque in nomine pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spūs ✠ sancti: vt vbicūqꝫ aspersa fuerit in nomine tuo, oēs iaculationes seuas inimici expellat. Illud etiaꝫ rogamus ꝛ petimus deus oṗs, vt sicut ad domū raguelis sanctuꝫ angelum tuum raphaelem mittere dignatus es: vt asmodeuꝫ demonem alligaret: simile quoqꝫ beneficiuꝫ domibus nostris donare digneris, vt vbicunqꝫ hec vnda aspersa fuerit: nūquā malignus spūs in eadeꝫ domo consistendi vel cōmorandi habeat potestatē, sed confusus protinus ꝛ destructus abscedat. Per christuꝫ dn̄m nr̄m: per quem maiestatem tuā laudant angeli: adorant dn̄ationes: tremunt ptātes. Celi celorumqꝫ virtutes, ac beata seraphin socia exultatione concelebrant. Cū quibus ꝛ nostras voces vt admitti iubeas deprecamur, supplici confessione dicentes. Et chorus cantet in tono feriali vt supra. folio.170. Sanctus, Sanctus, Sanctus dn̄s deus sabbaoth. Pleni sunt celi ꝛ terra gloria tua, osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini, osanna in excelsis. Sequitur sacerdos in tono lectionis.

E Xorcizo te spūs imunde per deum viuum: qui fecit celum ꝛ terram: mare ꝛ omnia que in eis sunt, vt omnes virtutes aduersarij: omnes exercitus diaboli, oēs incursus omne phantasma inimici eradicentur, ꝛ effugiant ab hac creatura salis ꝛ aque, sit sancta ꝛ salutifera, ꝛ ignis ardens aduersus oēs insidias inimici: ꝛ vbicunqꝫ portata vel aspersa fuerit hec creatura salis ꝛ aque: sit sanitas ꝛ synceritas ꝛ corporis medicina, vt effugiat oīs infirmitas. Fulgura quoqꝫ ꝛ grandines ab aspersione huius aque separētur, effugiant ꝛ elōgentur: ꝑ eū, qui ventur⁹ est iudicare viuos ꝛ

mortuos ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen. In tono prefationis.

Vere sanctus: vere bñdictus, terribilis, metuendus: ꝛ adorandus es dñe deus noster: ab occultis nostris munda nos ꝛ ab alienis parce seruis tuis: vt cum fiducia valeamus dicere orationem illam regalem, quam dñs ꝛ saluator noster per euangelium suũ orare docuit dicens Pr̃ nr̃. qui dicatur in cantu sicut in missa.
℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℟. Amẽ. In tono orõnis.

Libera nos q̃s domine ab omnibus malis, preteritis, presentibus, ꝛ futuris. Libera nos quesumus domine famulos ꝛ famulas tuas a gladio, a fame, a tentatione diaboli, a percussione seculi: ꝛ ab infirmitatibus malis: per liberatorem ꝛ redemptorez nostrum dominum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit.

Domine sancte, pater oῗs: eterne deus: pater domini nostri iesu christi: deus abraham: deus isaac: deus iacob: exorcizãte me istam creaturam salis ꝛ aque precor te: vt exaudire digneris in noĩe dñi nostri iesu christi nazareni filij tui: dei viui: regis ꝛ iudicis nostri: vt sit purgatio ꝛ purificatio oĩbus hoĩbus: atque in eis, quibus aspersa fuerit, habeat potestatez ad effugandos imundos fantasmaticos spiritus: ꝛ omnem nefarium diabolum, atque oẽs figuras ꝛ minas satane. Concedatur etiaz eis ptãs ad exterminandũ fulgura ꝛ grandines: ꝛ oẽs aduersitates humane nature: vt nõ possit imundus spiritus nocere his locis, in quibus aspersa fuerit: sed confusus ꝛ destructus abscedat per virtutẽ dñi nr̃i iesu christi regis nostri. Qui cum deo patre vi. In tono lectionis.

Adiuro te creatura salis ꝛ aque in noĩe pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti. Adiuro te in nomine domini nostri iesu christi: qui super te suis sanctis pedibus ambulauit. Adiuro te per eũ: qui te de fonte paradisi pduxit. Adiuro te per eũ: qui apostolis suis precepit dicens, Ite, baptizate oẽs gentes in noĩe pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spũs ✠ sancti. Per ipsius nomen te adiuro: vt vbicũqz aspersa fueris: omne fantasma de domo ipsa: ꝛ omnis incursio diaboli eradicetur ꝛ effugiat, per deũ viuum, per deũ verũ: per deum totius creature, vt neqz hoĩbus, neqz domiciliis: neque nauibus, neqz pecoribus, neqz frugibus, neqz arboribus noceat. Per dominum nostrum, qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen. In tono orationis.

Deus, qui ad salutem humani generis, maxima queqz sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris: ꝛ elemento huic multimodis purificationibus

nibus preparato: virtutez tue benedi ✠ ctionis infunde, vt creatu
ra tua mysteriis tuis tibi seruiens: ad abiiciendos demones: mor
bosqz pellendos: diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in do
mibus: vel in locis fidelium hec vnda resperserit: careat omni im/
mũditia: liberetur a noxa: nõ illic resideat spũs pestilens: nõ aura
corrũpens: discedãt oẽs insidie latentis inimici: ⁊ siquid est quod
aut incolumitati habitantiuz inuideat, aut quieti, aspersione huius
aque effugiat atqz discedat: vt salubritas per inuocationem tui no
minis expetita: ab omnibus impugnationibus sit defensa. Per
eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum. ⁊c.
B Enedictio dei pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti descẽ
dat super hãc creaturã salis ⁊ aque. Amẽ. Quo facto asper
gat sacerdos aquã super populũ: ⁊ clerici cantent in choro añam.
Asperges me dñe. cu po. Miserere. ⁊ Gloria patri. Deinde di
cat sacerdos. ℣. Ostẽde nobis dñe misericordiã tuã. ℟. Et salu
tare tuuz da nobis. ℣. Dñe exaudi orõnem meã. ℟. Et clamor
meus ad te veniat. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremꝰ. Orõ.
P Resta quesumus domine famulis tuis per hanc asperio/
nem aque benedicte sanitatem mentis, integritatem corpo/
ris: tutelam salutis: securitatem spei: corroborationem fidei: cha/
ritatis fructum: hic ⁊ in eterna secula seculorum. Per Christum
dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.
E Xaudi nos dñe sancte, pater oẽs, eterne deus: ⁊ mittere di/
gneris sctũm angelũ tuũ de celis: qui custodiat, foueat, protegat, vi
sitet, atqz defendat oẽs habitantes in hoc habitaculo. Per chrm
dñm nrm. ℟. Amẽ. Quibus finitis diaconus cantet euãgeliuz.
¶ Sequentia sancti euangelij secundum Lucam: in tono feriali.
F Actum est autem cum baptizaretur omnis populus: ⁊ iesu
baptizato ⁊ orante: apertum est celum: ⁊ descendit spiritus/
sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Et vox de celo fa
cta est: tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse ie/
sus erat incipiens quasi annorum triginta: vt putabatur filius io/
seph. Qui fuit heli: qui fuit mathan: qui fuit leui: qui fuit melchi:
qui fuit ianne: qui fuit ioseph: qui fuit mathatie: qui fuit amos.
Qui fuit naum: qui fuit heli: qui fuit nagge: qui fuit maath: qui fuit
mathatie: qui fuit semei: qui fuit ioseph: qui fuit iude: qui fuit ioan/
na: qui fuit resa: qui fuit zorobabel: qui fuit salathiel. Qui fuit ne/
ri: qui fuit melchi: qui fuit addi: qui fuit chosan. Qui fuit helmo/
dan: qui fuit her: qui fuit iesu: qui fuit eliezer. Qui fuit iorgm: qui

fuit matath: qui fuit levi: qui fuit simeon: qui fuit iuda. Qui fuit io/
seph: qui fuit iona: qui fuit eliachim: qui fuit melcha. Qui fuit
menna: qui fuit mathie: qui fuit nathan: qui fuit david: qui fuit ies/
se: qui fuit obeth: qui fuit booz. Qui fuit salmon: q fuit naason: qui
fuit aminadab, qui fuit araz, qui fuit esrom. Qui fuit phares, qui
fuit iude, qui fuit iacob, qui fuit isaac. Qui fuit abrahe, q fuit thare,
q fuit nachor, qui fuit saruch, q fuit ragau, qui fuit phalech, qui fuit
eber, qui fuit sale, qui fuit caynan. Qui fuit arphaxat, qui fuit sem,
qui fuit noe, qui fuit lamech, qui fuit matusalez. Qui fui enoch, qui
fuit iareth, qui fuit malaleel, qui fuit caynam, qui fuit enos, qui fuit
seth, qui fuit adam, qui fuit dei. Jesus autem plenus spiritu san/
cto regressus est iordane. Quo finito cantores incipiant. Te
deum laudamus, et totum decantetur. ¶ De aspersione aque be/
nedicte per domos fidelium per clericos facienda. Cap. 7.

Clerici volentes domos fidelium aspergere aqua benedicta
dicant psalmum. Miserere mei deus. cum orationibus se/
quentibus. ℣. Domine exaudi orationem meam. si fuerit sacer/
dos addat ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spū tuo. Oratio.

Exaudi nos domine scte: pater oipotens, eterne deus, et mitte
re digneris sanctum angelum tuum de celis, qui custodiat,
foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc
habitaculo. Per christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nris: et hāc domuz serenis ocu/
lis tue pietatis illustra: descendat super habitantes in ea grē
tue larga benedictio: vt in his manu factis habitaculis: cuz salubri
tate manentes ipsi tuum semper sint habitaculū. Per chrz. Orō.

Exaudi nos domine sancte, pater omnipotens: eterne deus:
vt siqua sunt adversa, siqua contraria in hac domo famuli
tui. N. authoritate maiestatis tue pellantur. Per christum etc.
Et diz psalm et orones dñr clerici aspergant aqua ꝑ totā domū.
¶ In festo epiphanie solent benedici aurum, thus, et myrrha, in
commemorationem munerum trium magorū: et taliter benedicta
super se portata cum dei timore et reverentia portanti prosunt ad
salutem. ℣. Adiutorium nostrum. etc. postea dicatur. Psalmus.

Deus in nomine tuo salvuz me fac: et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationez meam: auribus percipe verba oris
mei. Quoniam alieni insurrexerūt adversuz me: et fortes quesie/
runt animam meam: et non proposuerūt deū ante conspectū suum.
Ecce enim deus adiuvat me: et dñs susceptor est aīe mee. Aver/
te mala

te mala inimicis meis: ꝛ in veritate tua disperde illos. Volun/
tarie sacrificabo tibi, ꝛ confitebor nomini tuo domine, quoniam
bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: ꝛ super
inimicos meos despexit oculus meus. Gloria patri. Psalmus.
Deus iudicium tuũ regi da: ꝛ iustitiaꝫ tuaꝫ filio regis. Iudi
care populum tuum in iustitia: ꝛ pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo: ꝛ colles iustitiam. Iudicabit
pauperes populi ꝛ saluos faciet filios pauperum: ꝛ humiliabit ca/
lumniatorem. Et permanebit cum sole ꝛ ante lunam: in genera/
tione ꝛ generationem. Descendet sicut pluuia in vellus: ꝛ sicut
stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia ꝛ
abundãtia pacis: donec auferatur luna. Et dñabitur a mari vsqꝫ
ad mare: ꝛ flumine vsqꝫ ad terminos orbis terrarũ. Coram illo
procident ethiopes: ꝛ inimici eius terram lingent. Reges thar/
sis ꝛ insule munera offerent: reges arabum ꝛ saba dona adducẽt.
Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient
ei. Quia liberauit pauperem a potente: ꝛ pauperem cui non erat
adiutor. Parcet pauperi ꝛ inopi: ꝛ animas pauperum saluas
faciet. Ex vsuris ꝛ iniquitate redimet animas eorum: ꝛ hono/
rabile nomen eorum coram illo. Et viuet ꝛ dabitur ei de auro
arabie: ꝛ adorabunt de ipso semper tota die benedicent ei. Erit
firmamentum in terra in summis montium: super extolletur su/
per libanum fructus eius: ꝛ florebunt de ciuitate sicut fenum ter/
re. Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet
nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: om/
nes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus
israel: qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiesta/
tis eius in eternum: ꝛ replebitur maiestate eius omnis terra,
fiat fiat. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui. Psalmus.
Deus misereatur nostri ꝛ benedicat nobis: illuminet vul/
tum suum super nos ꝛ misereatur nostri. Ut cognoscamus in
terra viam tuam, omnibus gentibus salutare tuum. Confitean/
tur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Letentur ꝛ
exultent gentes, quoniam iudicas populos in equitate: ꝛ gentes
in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur ti/
bi populi omnes: terra dedit fructum suum. Benedicat nos
deus deus noster: ꝛ benedicat nos deus: ꝛ metuant eum omnes
fines terre. Gloria patri ꝛc. Añа. Apertis thesauris suis obtu/
lerunt magi domino aurum, thus, ꝛ myrrham. Kyrie eleison.

Christe eleison. kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationẽ. Sed libera nos a malo. ℣. Ostẽde nobis domine misericordiã tuã. ℟. Et salutare tuũ da nobis. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: te humiliter deprecamur: vt has creaturas auri, thuris, et myrrhe: hodierna die a tribus regibus tibi tanquam summo regi et deo vero et homini vero oblatas: bene ✠ dicere, conse ✠ crare, et sancti ✠ ficare digneris: et eis tue donum benedictionis infundere: vt quisque eas gestauerit: ab omni periculo anime et corporis saluus semper existat. Qui cum patre et spiritu sancto viuit etc. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe, qui nobis sacerdotibus non nostris meritis, sed sola dignatione clementie tue pre ceteris gratiam cõtulisti: vt quicquid a nobis in tuo nomine digne ac perfecte agitur: a te fieri credatur. Adesto quesumus nostre officio seruitutis: et bene ✠ dicere: et sancti ✠ ficare digneris has creaturas tuas auri, thuris, et myrrhe: quas nos in nomine sancto glorie tue bene ✠ dicere confidimus. Qui viuis et regnas cum patre et spiritu sancto deus per omnia secula seculorum. ℟. Amẽ. Benedictio.

BEne ✠ dico itaque in titulum omnipotentie tue: et spem salutis fidelium vtentium, has creaturas auri, thuris, et myrrhe: in nomine pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et spirit[us] ✠ sancti: vt sicut beatos tres magos Gaspar, Balthasar, et Melchior tibi eas offerentes ad mysteria tua cognoscenda illuminare: et ad te deuote adorandum accendere, atque ab insidijs et periculis custodire dignatus es: ita fideles tuos in tua misericordia sperãtes: qui eisdẽ creaturis tuis auro, thure, et myrrha, in tuo nomine vsi fuerint: lumine tuo illustrare: amore tuo inflammare, et a cunctis aduersitatibus ab omnibus insidijs et nocumentis diabolicis preseruare digneris. Qui cum eodem patre et spiritu sancto viuis et regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

¶ Quod sacerdotes ante quadragesimam debent populum ammonere circa confessionem et ieiunium quadragesime. Cap. 5.

¶ Ex dictis Augustini.

PResbyteri admonere debent plebem sibi subiectam: vt oĩs qui se sentit mortifero peccati vulnere sauciatum, feria. 4. ante quadragesimam cum omni festinatione recurrat ad viuificatricem matrem ecclesiam: vbi quod male commisit cum omni humilitate et contritione cordis simpliciter confessus suscipiat remedia

penitentie

penitentie secundum modum canonicis authoritatibus prefixum.

¶ De exhortatione ante quadragesimam ad cõfessionem.

¶ Ex penitentiali Romano.

Hebdomada priori ante initium quadragesime presbyteri plebeium conuocent ad se populum: et discordantes canonica authoritate reconcilient: et omnia iurgia sedẽt: et tũc primũ confitentibus penitentiam dent: ita vt anteꝗ̃ caput ieiunij veniat, oẽs confessi pñiam acceptã habeant, vt liberius dicere possint: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

¶ Ex epistola beati Gregorij pape.

Quadragesima summa obſuatione est obseruãda, vt ieiuniũ in ea ꝑter dies dñicos, qui de abstinẽtia subtracti sũt: nisi quẽ infirmitas ĩpedierit, nullaten⁹ soluat: qꝛ ipsi dies decime sũt anni.

¶ De benedictione cinerum in .4. feria in capite ieiunij. Cap. 6.

Feria quarta cinerum ante missam benedicuntur cineres facti de ramis benedictis preteriti anni (si habentur) in medio chori ante altare hoc modo. ¶ Primo cãtatur Antiphona.

Exaudi nos domine: quoniã benigna est miseri cordi a tua: et seculuz multitudinẽ misera ti onum tuarum respice nos domĩe. Ps. Saluum me fac deus quoniam intra uerunt a que: vsqꝫ ad animam meam. ℣. Glori a. Exaudi nos domine. Deinde dicitur.

o: ie iu nemus ⁊ plo re mus ante do mi/

num: qui a multũ miſe ri cors eſt

di mittere peccata no ſtra de us no ſter.

Aña. Juxta ve ſti bulum ⁊ al ta re plo/

ra bunt ſacer do tes ⁊ le ui te mi ni ſtri do/

mini ⁊ di cent parce domine parce populo

tu o: ⁊ ne diſ ſi pes o ra clamantium ad te

do mi ne. **℟.** Emen demus

in me li us que ignoranter pec caui/

mus: ne subi to pre oc cu pa ti di e mortis que ra/

mus spati um penitenti e: et inuenire non pos/

si mus. Attēde do mi ne et mise re re

quia pec ca uimus ti b i. ℟.

Ad iuua nos deus sa lu ta ris no ster, et propter

honorem nominis tui domine libe ra nos.

Attende. Glo ri a. Attende. Sacerdos ve/ro dum canten- tur an̄ et Responso. primo ex mini/stris stantibus genibus flexis coram altari imponit cinerē dicens. Memento homo: qr puluis es: et in puluerē reuerteris. Postea veniunt clerici bini et bini, et genibus flexis ante altare recipiunt cineres a sacerdote, vt dictum est de ministris. Cōpleta cinerum datione di. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cū spū tuo. Oremus. Oratio.

Concede nobis domine presidia militie christiane scīs inchoare ieiunijs: vt contra spūales neqtias pugnaturi continentie muniamur auxilijs. Per christum etc. Postea incipitur missa.

¶ De benedictione imaginis beate marie virginis. Cap. 7.

Adiutorium

Adiutorium nostrum. Notandū q in omnibus benedictionibus sequentibus sacerdos si in missa non faciat benedictionē: semper debet habere superpelliceū ꝛ stolā: ꝛ incipere per ℣. Adiutorium nostrum. ꝛ dicta benedictione aspergat rē aqua benedicta: postea dicitur aña. Sub tuum presidium confugimus sancta dei genitrix virgo, nr̄as deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cūctis libera nos semp virgo bn̄dicta.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Psalmus. dn̄s portas sion super omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero raab ꝛ babylonis scientium me. Ecce alienigene ꝛ tyrus ꝛ populus ethiopum: hi fuerūt illic. Nunquid sion dicet homo: ꝛ homo natus est in ea, ꝛ ipse fundauit eā altissimus? Dn̄s narrabit in scripturis populorū: ꝛ principum horū qui fuerunt in ea. Sicut letantium oium nostrū: habitatio est in te. aii. Aue maria gratia plena dn̄s tecum, bn̄dicta tu in mulieribus, ꝛ bn̄dictus fructus ventris tui. ps. Ad te leuaui. fo. 135. di totum. Interim incensatur imago: postea di. Oremus.

Deus qui virginalem aulam beate Marie in qua Oratio. habitares eligere dignatus es: da quesumus, vt sua nos defensione munitos: iocundos nos faciat sue interesse venerationi. Qui viuis ꝛ regnas. Et sequitur antiphona. O gloriosa dei genitrix virgo semper maria, que dominum omnium meruisti portare, ꝛ regem angelorum sola virgo lactare, nostri quesumus pie memorare, ꝛ pro nobis christum deprecare: vt tuis sanctis patrociniis fulti ad celestia regna mereamur peruenire. ps. Magnificat anima mea dominum. folio .164. Oremus. Oratio.

Deus qui de beate marie virginis vtero: verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis, vt qui vere eam genitricē dei credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem chr̄m. ℟. Amen. Alia oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui clementie tue dispositione cuncta ex nihilo creasti: hanc imaginem in honorem pijssime genetricis filij tui dn̄i nostri iesu christi venerabiliter adaptatam bene ✠ dicere: ꝛ sancti ✠ ficare digneris: ꝛ presta misericordissime pater: per inuocationem nominis tui: atque vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi: quem pro salute generis integritate virginis Marie seruata incarnari voluisti: quatenus precibus eiusdem sacratissime virginis, quicunqꝫ eandem misericordie reginam ꝛ gloriosissimam dominam nostram coram

hac effige suppliciter honorare studuerint: et de instantibus peri/culis eruantur: et in conspectu diuine maiestatis tue de commissis et omissis veniam impetrent, atqz mereantur in presenti gratiam quam desiderant adipisci: et in futuro perpetua saluatione cuz electis tuis valeant gratulari. Per eundem. Oremus. Oratio.

O Deus qui beatissimam virginem Mariam matrem tuam: mundi dominam, cordis illuminatricem, atqz nauigantium in fluctibus huius seculi maris stellam et ducem: secundum sacra/tissimum nomen suum constituisti: concede quesumus. vt qui hoc dulcissimum nomen recolendo veneramur: et eius imaginem ho/noramus: in cunctis actibus nostris ab ipsa gubernari: illumina/ri: atqz dirigi mereamur. Qui viuis et regnas cum deo patre etc. Postmodum imago aspergatur aqua benedicta: et thurificetur.

¶ De benedictione anchonarum, seu imaginū dei et sctōrum. cap. 5.

℣. Adiutorium nrm. ℟. Qui fe. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

O Omnipotens sempiterne deus: maiestatez tuam suppliciter exoramus: vt ichonam hanc, in qua gloriosissime imagines et filij tui domini nostri iesu christi: et gloriose virginis Marie matris eius: aliorumqz sanctoruz. N. et. N. depicte sunt bene ✠ dicere: et sancti ✠ ficare digneris: ante quā quicūque ob deuotionē ad ipsam adorandam se deuote inclinauerint, salutē mentis et corporis consequantur: et a cunctis periculis liberētur: et quicquid iuste petierint obtinere mereantur. Per eundē. Oremus. Oratio.

O Omnipotens sempiterne deus: qui sanctorum tuorum imagi/nes siue effigies sculpi: aut pingi non repudias: vt quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus: et sanctitatez, ad imitandum: memorie oculis meditemur: hanc quesumus ima/ginem: seu sculpturam in memoriam et honorem tui: vel vnigeni/ti filij tui domini nostri Jesu Christi, vel beatissime virginis ma/rie matris eius: vel beati. N. apostoli tui, vel martyris: vel confessoris: aut pontificis: aut virginis: adaptatam: bene ✠ dicere: et sancti ✠ ficare digneris. Et presta: vt quicunque coram illa, te: vel filium tuum: vel beatissimam virginem. vel gloriosum apostolum, martyrem, confessorem: aut virginem, sup/pliciter honorare studuerit, illius precibus et obtētu a te gratiam in presenti: et eternam gloriaz obtineat in futuro. Per dñm. Ulti/mo aspergantur aqua benedicta et thurificentur. ¶ Benedictio pabuli animalium. s. salis: ordei, auene, et ceterorum, que in ali/

Quibus regionibus fit in festo .s. stephani protomartyris. Ca. 14.

℣ Adiutoriũ nr̃z ĩ noĩe dñi. ℟. Qui fecit celum. Postea legatur lectio de actibus apostolorum. Lectio actuum Apostolorum.

In diebus illis: Stephanus autem plenus gratia ⁊ fortitudine, faciebat prodigia, ⁊ signa magna in populo. Surrexerunt autẽ quidam de synagoga, que appellabatur libertinoꝝ ⁊ cyrenẽsiũ, ⁊ alexandrinoꝝ, ⁊ eoꝝ, qui erant a cilicia ⁊ asia: disputantes cum stephano: ⁊ non poterant resistere sapiẽtie ⁊ spiritui, qui loquebatur. Audientes autem hec: dissecabantur cordibus suis: ⁊ stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto, intendens in celum vidit gloriã dei: ⁊ iesuz stantem a dextris virtutis dei, ⁊ ait. Ecce video celos apertos: ⁊ filium hominis stantẽ a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna: continuerunt aures suas: ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem: lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua: secus pedes adolescentis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum inuocantem ⁊ dicentem. Dñe iesu accipe spiritum meum. Positis autem genibus: clamauit voce magna dicens. Dñe ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in dño. Subsequatur euangelium. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile factum est regnum celorũ homini: qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autez dormirent hoĩes: venit inimicus eius: ⁊ superseminauit zizania in medio tritici, ⁊ abijt. Cum autez creuisset herba, ⁊ fructum fecisset: tũc apparuerũt ⁊ zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei. Dñe nõne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Uis imus: ⁊ colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligẽtes zizania: eradicetis cuz eis simul ⁊ triticũ. Sinite vtraqz crescere vsqz ad messem: ⁊ in tp̃e messis dicam messoribus. Colligite primum zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad comburendũ. Triticũ autem congregate in horreum meum. Finito euangelio dicat sacerdos.

Per istos ſmones sc̃i euangelij, ĩdulgeat nobis dñs nr̃ iesus xp̃s vniuersa nr̃a crimina ⁊ delicta. ℟. Amen. deinde dicit.

Benedicat dñs hanc creaturam pabuli, salis, hordei, auene, siliginis. ℟. Amen. ps. In conuertendo. fol. 176. Gloria patri. Kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pr̃. nr̃.

Aue maria. ℣. Saluos fac ſuos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperātes in te. ℣. Et ſi mortiferū quid biberint. ℟. Nō eis nocebit. ℣. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s. ℟. Btūs hō qui ſperat in eo. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus. Orō.

Domine deus omnipotens creator celi ⁊ terre: rex regum: ⁊ dominus dominantium: exaudi nos famulos tuos clamantes ⁊ orantes ad te: qui omnia de nihilo creaſti, ⁊ hoc pabulum cum ceteris creaturis ad vſus animalium: ⁊ ad eorum nutrimentum feciſti: que quidem animalia in adiutorium ⁊ ſuſtentationem hoīum creaſti, ⁊ qui hodierna die petitionē ſancti ſtephani protomartyris adimpleſti: te humiliter deprecamur, has creaturas auene, ſalis, ⁊ cetera: que ad vſus animalium: ⁊ ſanitatem eorum, ſiue in terra, ſiue in aqua degentium: per inuocationē ſancti nominis tui: ⁊ per interceſſionē beate Marie ſemper virginis genitricis tue: ⁊ per merita beati ſtephani protomartyris tui: cuius feſtum hodie recolimus: ⁊ per preces omnium ſanctorum tuorum: bene✠dicere: ⁊ ſancti✠ficare digneris: vt animalia: que ex eis guſtauerint, ſanitatē integraliter recipiant: per te ieſu chriſte: cuius ſolo verbo omnia reſtaurantur: ſaluator mundi rex eterne glorie. Qui in trinitate perfecta cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas: per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus qui temporibus helie prophete celum a nubibus reſtringendo clauſiſti: ⁊ rurſum aperiendo te mirabilem oſtēdiſti: exaudi preces plebis tue: per vnigenitum tuū: quem conſubſtantialem ⁊ coequalem tibi in diuinitate credimus: ⁊ per ſpiritū ſanctum paracletum: quem ab vtroqȝ procedere cōfitemur: ⁊ per merita beatiſſimi protomartyris ſtephani: cuius hodie feſtum celebramus: vt bene✠dicas: ⁊ ſancti✠fices hoc ſal: auenam: hordeum: ⁊ ſiliginem: vt quecūqȝ aīalia ex eis guſtauerint: adiutoriū ſanitatis ⁊ incolumitatis recipiant: per te dn̄e ſancte pater: qui cū filio ⁊ ſpū ſctō viuis ⁊ regnas: per oīa ſecula ſeculorū. ℟. Amen.

Et benedictio dei pa✠tris oīpotentis, ⁊ fi✠lij, ⁊ ſpūs ✠ ſcti: deſcendat ſuper hāc creaturā, auene, hordei, ſiliginis, ⁊ ſalis. ℟. Amen. Aſpergantur aqua bn̄dicta. ¶ De benedictione vini: in feſto ſancti Joānis euangeliſte cōtra venenū. Cap. 10.

In feſto ſancti Joānis apoſtoli ⁊ euangeliſte, benedicatur vinum hoc modo. ℣. Adiutorium noſtrū. Et poſtea legatur euangelium. Initium ſancti euangelij ſecundum Joannem.

In principio

IN principio erat verbum, et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil: quod factum est. In ipso vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illuz. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis: neqz ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factuz est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius gloriã quasi vnigeniti a patre: plenum gratie et veritatis.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

IN illo tempore: Nuptie facte sunt in chana gallilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est autem Jesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater iesu ad eum. Vinum non habent. Dicit ei iesus. Quid mihi: et tibi est mulier? Nonduz venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcũque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapidee hydrie sex posite: sm purificationem iudeorum: capientes singule metretas binas, vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis iesus. Haurite nunc: et ferte architriclino: et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factum: et non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant: qui hauserant aquã: vocat sponsum architriclinus: et dicit ei. Omnis homo, primũ bonũ vinũ ponit: et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsqz adhuc. Hoc fecit initiuz signoꝝ iesus in chana gallilee: et manifestauit gloriam suã. Et crediderũt in eũ discipuli ei⁹. Dicto euãgelio dicat sacerdos.

PEr istos sermones sancti euãgelij indulgeat nobis dñs noster iesus christus vniuersa nr̃a crimina et delicta. ℟. Amẽ. Benedicat dñs noster iesus christus hanc creaturã vini. Amen. ps. Dominuz regit me. fol. 159. totus. Gloria patri. Kyrie elei. Christe elei. Kyrie elei. Pater noster. Aue maria. ℣. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus me⁹ sperãtes in te. ℣.

Et si mortiferum q biberint. ℟. Nō eis nocebit. ℣. Gustate et videte qm̄ suauis ē dn̄s. ℟. Beat⁹ hō q sperat i eo. ℣. Dn̄e exaudi orone meā. ℟. Et cla. ℣. Dn̄s vo. ℟. Et cū. Orem⁹. Oro.

Deus et pater dn̄i nostri iesu christi, cuius verbo, celi firmati sunt: cui omnis creatura deseruit: et ois potestas subiecta est, et metuit, et expauescit: nos te ad auxilium nostrum inuocamus: cuius audito noie serpens conquiescit, draco fugit, vipera silet: et subdola illa, que dicitur rana inquieta, torpescit: scorpius extinguitur: regulus vincitur: sphalangus nihil noxium operatur: et omnia venenata: et adhuc ferociora animalia noxia terrentur: tu extingue omnes diaboli fraudes, et oēs humano generi aduersantes nequitias, et hunc potum per intercessionem beatissime virginis Marie: et beati Joannis apostoli et euangeliste: et omnium sanctorum tuorum meritis et intercessionibus: tua virtute bene ✠ dic. Ut omnes ex eo gustantes ab omni malo custodias: et ad regnum glorie tue perducas. Per eundem dominum. Oratio.

Deus cuius potestate beatus Joannes euangelista potum venenosum et toxicum digessit: bene ✠ dicere et consecrare ✠ digneris hanc creaturam vini: vt omnium ex eo gustantiū expulso omni gustu nociuo: infuso tue bene ✠ dictionis mysterio: sit in terris corporis et anime remissio criminū: et in celis perpetua consolatio. Per dn̄m. Domin⁹ vobiscū. Benedicamus domino.

Et benedictio dei omnipotētis, pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spūs ✠ sancti descēdat et maneat sup hanc creaturā vini. ℟. Amen. Aspergantur aqua bn̄dicta. ¶ De benedictione panis, vini, fructuum, et seminū in festo scti blasii contra malum gutturis. Cap. ii.

Postquam sacerdos in missa puenerit in canone ad locū illū. Per quē hec omnia dn̄e semp bona creas etc. versus ad populū benedicit infrascripta hoc ordine. ¶ Benedictio panis. ℣. Sit nomē dn̄i bn̄dictū. ℟. Ex hoc nūc et vsqz in seculū. ℣. Adiutoriū nostrū. ℟. Qui fe. ℣. Ora p nobis bte blasi. ℟. Ut digni. ℣. Dn̄e exau. ℟. Et cla. ℣. Dn̄s vo. ℟. Et cū. Orem⁹. Oro.

Saluator mūdi deus domine iesu christe: qui hodiernum diem beatissimi blasii martyrio consecrasti: et diuersas creaturas ad salutem hominum creasti: qui ex quinqz panibus et duobus piscibus quinqz millia hominū satiasti: ac populum iudaicū in deserto miraculose pauisti: ineffabilem misericordiam tuam suppliciter exoramus et petimus: vt hos panes, quos plebs fidelis tibi deuote hodie ad sanctificandum attulit, tua pietate bene ✠ dicere et sancti/

sancti ✠ ficare digneris: vt q ex eis comederint vel gustauerint: ab omni gutturis plaga: et totius corporis infirmitate: meritis et intercessione eiusdem beati blasii martyris tui plenam recipiant sanitatem: et nos seruos tuos ab omni corporis et anime egritudi/ne sanos cõseruet. Qui viuis et regnas. Postea aspergatur aqua benedicta. ¶ Alia benedictio panis in eodẽ festo. ℣. Adiutorium nostrum. ℟. Qui fecit. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens et mitissime deus: qui omnium mundi rerum diuersitates solo verbo creasti: et ad hominum reforma/tionem illud idem verbum: per quod facta sunt omnia: incarnari voluisti: qui magnus es et immensus terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia: pro cuius fidei confessione gloriosus martyr et pontifex blasius diuersorum tormentorum genera non pauе/scens: martyrij palmam feliciter est adeptus: quique eidem inter ceteras gratias hanc prerogatiuam contulisti: vt quoscunque gut/turis morbos tua virtute curaret: maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt non inspectu nostri reatus: sed eius placatus me/ritis et precibus: hanc creaturam panis bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare tua venerabili pietate digneris: tuam gratiam infundendo: vt omnes qui ex eo bona fide gustauerint: a quocunque gutturis morbo grauatos se senserint: ipsius passione et meritis liberen/tur: et in ecclesia sancta tua sani et hilares tibi gratiarum referant actiones: et laudent nomen tuum gloriosum, quod est benedictum in secula seculorum. Per eundem christum dominum nostrum. ℟. Amen. Aspergatur panes aqua benedicta. ¶ De benedictione vini, fructuum. et seminum in festo eiusdem sancti blasii episcopi et martyris. ℣. Adiutoriũ nrũ. ℟. Qui fecit. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spũ. Oremus. Oratio.

Domine Jesu Christe omnipotens eterne deus: qui vinum quod letificat cor hominis in sacrificio in die cene offer/ri precepisti: et in chana galilee ex aqua vinum fecisti: tu qui es vi/tis vera: intercessione beati blasii martyris tui: multiplica super nos seruos tuos pietatis tue misericordiam: quemadmodũ fecisti cum patribus nostris in tua ineffabili misericordia sperantibus pietatem: bene ✠ dicere: et sancti ✠ ficare tua clementia digneris hãc creaturam vini: quam ad seruorum tuorum subsidiũ tribuisti: quate/nus vbicunque fuerit fusum: vel a qbuslibet potatũ: diuine bene ✠ dictionis tue repleantur dulcedine cum grãrũ actione: et in eorum

visceribus sanctificetur per te saluator mundi. Qui uiuis et reg. Aspergantur aqua benedicta. ¶ Eodem die benedictio fructuū.
℣. Adiutorium nostrum. ℟. Qui fecit. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et
℣. Dominus vobiscu3. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.
Domine iesu christe deus de deo, qui famulum tuum beatu3 blasiu3 hodierna die martyrio consecrasti: bene ✠ dicere: et sancti ✠ ficare tua pietate digneris hos fructus arborum, ficus, nuces, auellanas, vuas, et alia, que indigni detulimus: per tui sctī nois inuocationem: et per intercessionē gloriosissime virginis marie: atq3 eiusdē gloriosi martyris tui atq3 pōtificis blasii: bene ✠ dicere: et ad profectum presentis familie tue: atq3 omniū fidelium presentiū, et absentium preuinire concede: vt in quocūq3 loco deprecati fuerint, salui, et maxime a dolore gutturis efficiantur: et omnes iniquitates siue illusiones ab eoꝝ habitaculis abscedāt: et quicūq3 ex eis tenuerint et gustauerint, tua grā et bene ✠ dictione repleantur. Qui uiuis. Aspergantur aqua benedicta. ¶ Eode3 die bñdictio seminu3. ℣. Adiutoriū nrm. ℟. Qui fecit. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū. Orem⁹. Orō.
Creator omnium deus: qui semina subtus terram posita fructificare et multiplicare facis: et in vsus nostros misericorditer cōcedis: intercedēte beato blasio martyre tuo supplicationes nostras placatus intende: vt hec seminu3 genera bene ✠ dicere: et sctī ✠ ficare tua benignitate digneris: vt etiā iumēta, q̄ ex eis comederint vel gustauerint a quacūq3 detineantur ifirmitate plenā recipiant curationem. Per do. Aspergantur aqua bñdicta. Quo facto sacerdos cōuersus ad altare dicit. Per quem hec omnia et c.
¶ De bñone panis in festo scē agathe contra ignis piculum. ca. 13.
Sacerdos existens in canone misse: vt supra dictum est, vertens se ad populum benedicit panē in hoc mō. Primo dicat ps3. De⁹ misereatur nostri. fol. 36. toni cū. Gloria pr̄i. Kyrie el. Chrīe el. Kyrie el. Pr̄ nr̄. Et ne nos. ℣. Adiutoriū nr̄3 in noīe dñi. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Sit nomē dñi bñdictū. ℟. Ex hoc nūc et vsq3 i scl'3. ℣. Ora ꝓ nobis btā agatha. ℟. Ut digni efficiamur. ℣. Dñe ex. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cū Orem⁹. Orō.
Domine iesu christe fili dei viui, q es panis viuus: q de celo descendisti. Bene ✠ dic et sancti ✠ fica hos panes: fructus, cereos, aquam, vinum, oleum, et cetera hic posita in honorem beate agathe virginis et martyris tue deportata, et concede per intercessionem eiusdem virginis et martyris, et vbicunque
contra

contra ignem comburentem missa vel posita fuerint, illico ignis euanescat: ꝛ penitus extinguatur. Qui viuis ꝛ regnas cũ deo ꝛc.

B Enedictio dei omnipotentis: pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spiritus ✠ sancti: per intercessionẽ beate agathe virginis ꝛ martyris tue descendat ꝛ maneat sup hos panes: ꝛ sup oẽs ex eis gustãtes. Amen. Aspergant aqua bñdicta. Per eundẽ dñm nr̃m iesũ christũ filiũ tuum. Per quẽ hec omnia dñe semper bona creas ꝛc.

¶ De benedictione agni ꝛ carniũ in die sancto pasche. Cap. 14.

S Acerdos dicta in canone commemoratione pro defunctis postq̃ peruenerit ad illam partem canonis vbi dicitur. Per quem hec omnia dñe semper bona creas ꝛc. Vertit se ad populũ ꝛ dicit ℣. Adiutoriũ nostrũ. ℟. Qui fecit. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spũ. Oremus Oratio.

I Esu christe fili dei viui, qui es verus ꝛ immaculatus agnus, quique immaculatus in ara crucis peccata mundi delesti: ꝛ nos ad ouile proprijs humeris reportasti: has carnes agni: quas ad vsus hominũ creasti bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris: vt omnes ex eis sumentes se sentiant tuis beneficijs repletos: ꝛ corporis ꝛ aĩe sanitatem te annuente se percepisse letentur: saluator mũdi. Qui viuis ꝛ regnas cum deo patre in vnitate spirit⁹ sancti deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Orem⁹. Oratio.

D Eus vniuerse carnis: qui Noe ꝛ filijs suis de mundis ꝛ immundis animalibus precepta dedisti: quique sicut olera herbarum humano generi quadrupedia munda edere permisisti qui agnum in egypto Moysi ꝛ populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti in figuram agni dñi nostri Jesu christi: cuius sanguine omnia primogenita tibi de mũdo redemisti: ꝛ angelo in nocte illa oẽ primogenitum in egypto ꝑcutere precepisti seruans populum tuũ agni sanguine prenotatũ: dignare q̃s dñe deus oṗs bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare has ouium agnoꝝ, hedoꝝ, auiũ ꝛ quorũcũq; mundorũ aĩaliũ carnes: vt qcũq; de tuis fidelib⁹ ppl'is ex eis comederint, oĩ bene ✠ dictione celesti ꝛ tua perẽni repleti gr̃a satientur. Per eundẽ christũ dñm nr̃m. ℟. Amen. Aspergantur carnes aqua benedicta. Postea cõuersus ad altare dicat. Per quẽ hec oĩa ꝛc. ¶ Bñdictio ouorum in pascha. Si fuerit oua bñdicẽda asp̃ns carnib⁹ aqua bñdicta dicat item. ℣. Adiutorium nr̃m. ℟. Qui fe. ℣. Dñe. ℟. Et. ℣. Dñs. ℟. Et cũ. Orem⁹.

S Ubueniat, q̃s dñe, tue bene ✠ dictionis gratia huic ouorũ creature, de qua pullos gallinarum pro creare dignatus es:

vt cibus salubris fiat tuis fidelibus in tuarum gratiarum actione sumentibus. Per christū dñm nr̄m. ℟. Amen. Aspergant aqua benedicta et sacerdos sequatur in missa. Per quē hec oīa. vt supra.

¶ De bn̄dictione segetū et seminū in festo scti marci euang. cap. 15.

IN festo sancti Marci sacerdos benedicturus segetes: exiens cum clericis in agrum cum cruce et cereis: paratus cum superpellicеo et stola: Incipit letaniam: sicut habetur supra. fo. 173. Qua finita dicit. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. et Aue maria. ℣. Domine exaudi orationē meaz. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū. Oremꝰ. Oro.

PIetatez tuā, quesumus op̄s deus, vt has primitias creature: quas aeris et pluuie temperamento nutrire dignatus es: bene ✠ dictionis tue imbre perfundas: tribuas populo tuo de tuis muneribꝰ tibi semp̱ grās agere: vt a sterilitate terre esuriētiū aīas bonis affluentibus repleas, vt egenus et pauper laudent nomen glorie tue. Per christum dñm nr̄m. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus arbiter throni: qui molez terre ex nihilo pendentem gubernas: et ad victum humani generis corporisque sustentationem agros operibus excolere iussisti: misericordiam tuaz supplices exoramus, vt qcqd in hos agros salubris seminis satum atque plantatum est respectu tue clemētie prospicias: et aeris temperiem moderari digneris: vt resecato atque absorto omnium tribulorum spinarumqz squallore: efficias fruges fecundas: et ad maturitatem perfectam tribuas prouenire: vt nos famuli tui vberem tuorum donorum fructum cum gratiarum actione percipientes: debitas atque acceptas nomini tuo laudes referre mereamur. Per christuz. Oremus. Oratio.

TE domine petimus ac rogamus: vt hos fructus seminū, frugū, frumēti, filiginis, hordei, auene, ac alioꝝ cuiuscūqz generis existant: tuis oculis serenis: hilarique vultu respicere digneris. Sicut enim testatus es Moysi famulo tuo in terra egypti dicens: dic filijs israel: cum ingressi fuerint terrā promissionis: quā eis daturus sum: vt primitias frugū offerant sacerdotibus: et erūt benedicte fruges: ita et nos oramus te dñe vt auxilium gr̄e tue sup̱ nos: et hos fructus ad bene ✠ dicendū proferēdū cōcedas: vt non grando surripiat, non turbo subuertat, nec vis tēpestatis detrūcet: nec aeris serenitas exurat: non inūdatio pluuialis extermінet, sed incolumes et superabūdātes p̱p̱ vsuz hoium ad plenissimam maturitatez p̱ducere digneris. Per xp̄m dñm nr̄m. ℟. Amē. Oremus.

D omine

D Omine sancte, pater oṗs, eterne deus: mitte spi- Oratio. ritum sanctum tuum cum angelis ⁊ archangelis tuis: ⁊ cum eis omnes sanctos ⁊ electos tuos: vt defendant segetes nostras a vermibus malis, siue ab auibus, vt magnificetur nomen tuum deus in omni loco. Per dominū. Tunc sacerdos circueat agrum vel partez eius aspergendo aquam benedictam. Et postea dicat.

E T benedictio dei omnipotentis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spi- ritus ✠ sci descendat ⁊ maneat sup has fruges. ℟. Amē.

¶ De bñdictione vue noue in festo transfigurationis dñi. ca. 16.

I N festo transfigurationis dñi sacerdos cuz in canone misse peruenerit ad locum illum post factaz cōmemorationem de mortuis. Per quē hec omnia. anteq̄ dicat. Per quem. dicat. ℣. Adiutoriū nostrū. Dñe exaudi. Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

B Ene ✠ dic dñe hos nouos fructus vue: quos tu dñe rore celi ⁊ inundantia pluuiarum ⁊ tpm serenitate atq̄ tranqllitate ad maturitatem perducere dignatus es: ⁊ dedisti eos ad vsus nostros cū grãrū actione pcipere. In noīe dñi nr̄i iesu christi. Per quem hec oīa ⁊c. Et aspergant vue aqua benedicta. ¶ De benedictione puerorum a parentibus ad ecclesiā adductoruz. Cap. 17.

S Olent alicubi laudabiliter ⁊ catholice pueri a parentibus ad ecclesiam adduci vt a sacerdotibus benedicantur. Cum igitur pueri fuerint in ecclesia presentati, sacerdos missam celebret pro benedictione puerorum in missali positam, vel saltim orationes dicat si magnum festum fuerit: ⁊ post missaz sic apparatus, vel si missam non dixerit: cum superpelliceo ⁊ stola stans ante altare cōuersus ad pueros coram altari genuflexos dicit. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Q Uesumus oṗs deus, pueris istis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, bene ✠ dicere digneris: ⁊ per virtutem sancti spiritus corda eorum corrobora: vitam sanctifica: castimonia decora: ⁊ sensus eorum in bonis operibus munias, ⁊ informes: prospera tribue, pacem concede, salutē confer: charitatez largire: ⁊ ab omnibus diabolicis atque humanis insidijs tua protectione ⁊ virtute semper defende: ⁊ in finē ad requiem paradisi pducere digneris. Per dñm nostrū Jesum christū filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spūs sancti deus. Per omnia secula seculorū. ℟. Amē. Postea dicat ps. Laudate pueri do. fol. 35. totū cū Gloria patri. Postea dicatur aña. Laudate pueri dominū:

laudate nomẽ dñi ꝙ est benedictũ ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculum. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Benedic dñe pueris istis ⁊ inuocetur super eos nomen dei viui. ℟. Et benefacias eis in omni tẽpore dñe deus noster. ℣. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ nolite ꝓhibere eos. ℟. Taliuz est enim regnũ celoꝝ. ℣. Uidete ne cõtemnatis vnũ ex his pusillis. ℟. Quia angeli eorum semper vident faciẽ patris mei: qui in celis est. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

R Espice q̃s domine pueroꝝ p̃ntiũ deuotionẽ: vt in tua gratia ⁊ misericordia proficiscant̃ ⁊ crescant: ⁊ ad finẽ optatum feliciter perducantur. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

C Lementissime domine suscipere digneris famulorũ famularunque tuarũ innocentiam: ⁊ parentum suorũ fidem ⁊ voces omnium salutem hanc clamantiũ, infunde super eos spiritualium dona virtutum: vt nullus inimicus humani generis eos fraude decipiat. Per christuz dominũ nostrũ. ℟. Amẽ. Oremus. Oratio.

D Omine Jesu Christe fili dei viui: qui cum patre ⁊ spiritu sancto es deus trinus ⁊ vnus: te mundi factorem, vite authorez, ⁊ gratie largitorem humiliter deprecamur: vt tu qui es terribilis, pius, ⁊ misericors, laudabilis, innocens, ⁊ innocentie amator, humilis, ⁊ humilitatis assumptor, mansuetus, ⁊ mansuetudinis habitator: qui venientibus ad te paruulis manus tue benedictionis imponens: taliũ dixisti esse regnũ celoꝝ: bene ✠ dic q̃s ⁊ hos paruulos, qui hodie in ecclesia ad benedicendum sunt presentati: tu eis domine da intellectũ pietatis ⁊ augmẽtũ, vt te sapiãt, te diligant, te amẽt, te timeãt, ⁊ mandata tua custodiãt, ⁊ te cõcedẽte vsq; ad vltimam perueniãt senectutẽ: per te saluator mundi deus. Qui viuis. Sacerdos finita oratione ponit manus super caput puerorum dicens Complexans pueros Jesus: ⁊ imponens eis manus benedicebat eis. ⁊ faciens signum crucis super eos dicit.

E T benedictio dei oĩpotentis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sancti descẽdat sup vos: ⁊ custodiat ⁊ dirigat vos: ⁊ maneat semper sup vos. ℟. Amẽ. Postea aspergat eos aqua benedicta.

¶ Benedictio puerorum quando capilli sibi primum inciduntur.

I N primis dicit. ℣. Adiutoriũ nostrũ. ps. Ecce quã bonũ. fol. 177. Postea ponatur crux facta ex cera in capite eorum ⁊ presbyter dicit. Dominus vobiscum ⁊c. Orem⁹. Oratio.

O Mnipotens sempiterne deus: qui venientibus ad te innocentibus

nocentibus sacratissimas manus impositionis tue imposuisti: et quesumus bene ✠ dic hunc famulum tuum, cuius capillos hodie incidimus: da ei etatem perfectam ut te diligat, te sapiat, et te auxiliante tua mereatur implere mandata. Per christum dñm nostrum. ℟. Amen. Qua oratione finita incidantur capilli: et dũ inciduntur presbyter dicat hanc orationem. Oremus. Oratio.

G Ratias tibi agimus dñe deus omnipotens: in cuius noĩe famuli tui. N. capillos incidimus: precamurque maiestatem tuam: ut te auxiliante usqz ad summaz senectutẽ perueniat: vitã qz percipere mereatur eternam. Per christũ dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Et cũ fuerint incisi capilli dicat chorus. Ecce sic benedicetur hõ: qui timet dominũ. Benedicat tibi dñs ex sion: q fecit celũ et terrã. Gloria patri. Sicut erat. Deinde sequitur. Oremus. Oratio.

D Omine Jesu Christe, qui es caput nostrum, et corona omnium sanctorum: respice quesumus super infantiam famuli tui: qui in tuo nomine sua celebrat vota: ut capillis capitis sui tonsuratus, per huius bene ✠ dictionis copiam ad senilem venire mereatur etatem: et congaudeat ad futuram gloriã: dum salutem consequetur eternam. Per dñm. Postmodum aspergantur aqua benedicta.

¶ De benedictione candelarum. Cap. ix.

℣. Adiutoriuz nrm ĩ noie dñi. ℟. Qui fecit celũ et terraz. Oro.

B Enedic domine iesu christe hãc creaturã cerei: vel candelarum supplicationibus nostris: et infunde p virtutẽ sãcte cru ✠ cis bene ✠ dictionem celestem: ut qui eum vel eas ad repellẽdas tenebras humano generi tribuisti: talem signaculo sancte crucis fortitudinem et bene ✠ dictionem accipiat: ut in quibuscunqz locis accense siue posite fuerint, discedat et contremiscat diabolus: fugiat pauidus cum omnibus ministris suis de habitationibus illis: nec presumat amplius inquietare vel illudere seruienti bus deo, proinde supplices quesimus te domine: ut emittas angelum tuum Raphaelem: qui effugauit et repulit a Sara et Thobia demonem mortiferum eos infestantem: qui conterat illum et perdat de cunctis habitationibus colentium deum, de basilicis, de domibus, de angulis, de lectulis, de refectorijs, de uniuersis locis, in quibuscunque deo famulantes habitant, et requiescunt, dormiunt, vigilant, ambulant, et consistunt: nec valeat ille malignus amplius inquietare: vel pauores immitere super illos quos sancti chrismatis tui unctione fecisti esse munitos. Benedico te ceram in nomine pa ✠ tris omnipotentis, et fi ✠ lij eius unigeniti, et spi/

ritus ✠ sancti paracleti: vt sis vbique diaboli effugatio: atque omnium contubernalium suorum exterminatio: adiuuante eadem sancta et indiuidua trinitate: que in vnitatis essentia viuit et regnat in secula seculorũ. ℟. Amẽ. Postmodum aspergantur aqua benedicta. ¶ Alia benedictio ad idem. Cap. 19. ℣. Adiutorium nostrum. ℟. Qui fe. ℣. Dominus vo. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

Domine Jesu christe: lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: effunde bene ✠ dictionem tuam super hos cereos et super has candelas: et sancti ✠ fica eas lumine gratie tue: et concede propitius: vt sicut hec luminaria igne visibili accensa nocturnas depellunt tenebras: ita corda nostra inuisibili igne: id est spũs sancti splendore illustrata: oĩum peccatorum et vitiorum cecitate careant: vt puro mentis oculo cernere semper possimus que tibi sint placita et nostre saluti vtilia, quatenus post huius seculi caliginosa discrimina ad lucem indeficientem peruenire mereamur. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate eiusdem spũs sancti deus per oĩa secula seclorum. ℟. Amen. Postea aspergant aqua benedicta. ¶ Bndictio incẽsi. ℣. Adiutoriũ nr̃m. ℟. Qui fe. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ. Oremus. Oratio.

Tua quesimus oĩps sempiterne deus: immẽse maiestatis dextera hãc creaturam incensi bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris vt in virtute sancti noĩs tui oẽs immũdorũ spirituum fantasticos incursus effugare: omnesque morbos reddita sanitate expellere: vbicunque fumus eius afflauerit, mirabiliter possit atque tibi oĩpotẽti dõ odorẽ fragrãtissimũ perpetua suauitate reddere. Per christum dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Aspergãtur aqua benedicta.

¶ De benedictione vidue castitatem profitentis. Cap. 20.

In benedictione vidue sacerdos se preparat missam celebraturus: et ipsam prosequitur: et dicto Glorio in excelsis. Si fuerit dicendum, dicat orationem misse: quam dicit et hanc cum eadem oratione sub vno Per dominum. concludat.

Da q̃s dñe huic famule tue, quam viduitatis honore dignatus es decorare: inchoati opis consummatum effectũ: vt pfectã tibi offerat plenitudinem: et initia sua pducere mereat̃ ad finẽ. Per dñm. Et prosequitur missam vsq3 ad euangelium exclusiue.

Tunc vidua accedens ad altare cum cereo accenso in manibus genuflectit. Tunc sacerdos interrogat eam dicẽs. Uis in sancto viduitatis proposito perseuerare, et dominum iesum christum sponsum accipere? Et illa respondet. Uolo. Tūc manib' iu

ctis

tuis positis inter manus sacerdotis ipse interrogat eam dicens. Promittis te perpetuo viduitatez servaturā? Et illa respondet. Promitto. Et ipse. Deo grās. Deinde eam interrogat dicens. Uis benedici ꝛ dño Jesu christo summi regis filio desponsari? Illa respondet. Uolo. Quo facto prosternit se ante dexteram partem altaris: ꝛ sacerdos dicit super illam. Oremus. Oratio.

Consolare domine hanc famulam tuam laboribus viduitatis constrictam, sicut consolari dignatus es sareptanam viduam per Heliam prophetam: concede ergo ei pudicitie fructū: vt antiquarum non meminerit voluptatum: nesciat etiam incentiua desideria vitiorum: sed tibi soli subdat proprium collum quo possit pro tantis laboribus sexagesimum percipere gradum: munusqꝫ delectabile sanctitatis. Per do. Postea benedicit vestes ꝛ velum eius dicens. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus eternorum bonorū fidelissime promissor ꝛ certissime persolutor: qui vestimentum salutis ꝛ indumentum iocunditatis eterne fidelibus tuis promisisti, clementiam tuam suppliciter exoramus: vt hec indumenta humilitatem cordis ꝛ contemptum mundi significantia: quibus famula tua est visibiliter informanda: proposito propitius bene✠dicas, ꝛ beate castitatis habitum, quem te inspirante suscipit: te protegente custodiat: ꝛ quam vestimentis venerande promissionis induis temporaliter: beata facias īmortalitate vestiri. Per Chrm. Et aspergat vestes aqua benedicta. Tunc sacerdos benedicit velum. Oremus. Oratio.

Suppliciter te dñe rogamus: vt super hoc velum capiti ancille tue imponendum bene✠dictio tua benigna descendat: ꝛ sit hoc velum benedictum, ꝛ consecratum: īmaculatum, ꝛ sanctū presentis ancille tue. Per christum dominū nostrum. ℟. Amē.

Aspergatur aqua benedicta. Quo facto, legatur euangelium. Interim illa in aliquo loco secreto vestes benedictas induit: ꝛ dicto euangelio ꝛ offertorio, reuertitur: ꝛ stanti genibus flexis corā altari sacerdos dicit. Uis persistere in scā viduitate, quā ꝓfessa es? Et illa rñdet. Uolo. Et tunc ponit velū super caput eius dicēs.

Accipe velamen viduitatis ꝛ continentie signum: per quod spiritus scūs superueniet in te: ꝛ virtus altissimi sit tibi vmbraculum contra estum malarū tentationū: In noīe pa✠tris: ꝛ fi✠lij: ꝛ spirit⁹ ✠ sancti. Amē. Deinde dicit. Oremus. Orō.

Incorrupte eternitatis ꝛ inuiolabilis nature deus: te suppliciter exoramus pro hac famula tua, que corpore ꝛ men/

te perfecte continentiam tibi seruaturam se deuouit: vt ei spiritus sancti donum largiter infundas, ac perfectaz constantiaz tribuas ꝛ continentie perseuerantiam. Per dominum no. Oratio.

R Espice domine famule tue tibi debitam seruitutem, vt inter humane fragilitatis incerta nullis aduersitatibus opprimatur, que de tua protectione confidit. Per dominum nostrum, ꝛc. Quo facto ipsa offerat candelam accensam sacerdoti. Secreta dicenda sub vno. Per dominum. cum secreta proprie misse.

R Espice dñe propitius ad hostiam nostre seruitutis tuo conspectui imolandam: vt hec famula tua viduitatis sancte propositū, quod te inspirante suscepit, te gubernante custodiat. Per. Postq̃ sacerdos communicauerit, communicet eam. Oratio. dicenda post cōmunionem misse sub vno. Per dominum.

P Urificent nos, quesumus domine, sacramenta que sumpsimus: ꝛ famulam tuam ab omni culpa liberam esse concede, vt que conscientie sue reatu constringitur, celestis remedij plenitudine glorietur. Per dominum. ¶ Benedictio super peregrinos exeuntes. Sacerdos superpelliceo ꝛ stola indutus dicat. ℣. Adiutorium nostrū in nomine domini. ℟. Qui fecit. Psalmus.

D Eus in adiutorium meum intende: dñe ad adiuuanduz me festina. C onfundantur ꝛ reuereantur: qui querunt animā meam. A uertantur retrorsum ꝛ erubescant: qui volunt mihi mala. A uertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge. E xultent ꝛ letentur in te omnes qui querunt te, ꝛ dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. E go vero egenus ꝛ pauper sum: deus adiuua me. A diutor meus ꝛ liberator meus es tu: domine ne moreris. G loria patri. ps. Dominus regit me ꝛ nihil mihi deerit. folio. 159. Psalmus.

D Omine refugium factus es nobis: a generatione in generationem. P riusquā montes fierent aut formaretur terra ꝛ orbis: a seculo ꝛ in seculū tu es deꝰ. N e auertas hoiez in humilitaté: ꝛ dixisti cōuertimini filij hoīum. Q m̄ mille anni añ oculos tuos: tā q̃z dies hesterna que preteriit. E t custodia in nocte, q̃ pro nihilo hn̄r: eoꝝ anni erūt. M ane sicut herba trāseat: mane floreat ꝛ trāseat: vespere decidat induret ꝛ arescat. Q uia defecimus in ira tua: ꝛ in furore tuo turbati sumꝰ. P osuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nr̄m in illuminatione vultus tui. Q m̄ oēs dies nostri defecerunt, ꝛ in ira tua defecimus. A nni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nr̄orum in ipsis septuaginta

ginta annis. Si autez in potentatibus octoginta anni: ⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor. Quoniam superuenit mansuetudo: ⁊ corripiemur. Quia nouit potestatem ire tue: ⁊ pre timore tuo iram tuam dinumerare. Dexteram tuam sic notam fac: ⁊ eruditos corde in sapientia. Conuertere domine vsquequo: ⁊ deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: exultauim⁹ ⁊ delectati sumus in omnibus diebus nostris. Letati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. Respice in seruos tuos ⁊ in opera tua: ⁊ dirige filios eorū. Et sit splendor domini dei nostri super nos: ⁊ opera manuum nostrarum dirige super nos ⁊ opus manuuz nostrarum dirige. Gloria patri. Sicut erat. ps. Qui habitat ī adiutorio altissimi. fol. 57. Añ. In viam pacis ⁊ salutis dirige eos domine. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Perfice gressus meos in semitis tuis. ℟. Ut non moueantur vestigia mea. ℣. Mirifica misericordias tuas. ℟. Qui saluos facis sperantes in te. ℣. Conuertere domine vsquequo. ℟. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. ℣. O domine saluos eos fac. ℟. O domine bene prosperare. benedictus qui venturus es in nomine domini. ℣. Adaperiat dñs cor vestrū in lege sua. ℟. Et ī preceptis suis: ⁊ faciat pacem in diebus nostris. ℣. Exaudiat dñs orationes vestras. ℟. Et reconcilietur vobis. ℣. Nec vos deserat in tēpore malo. ℟. Dominus deus noster. ℣. Exurge dñe adiuua nos. ℟. Et redime nos propter nomē tuū. ℣. Domine exaudi oratīonē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oratio sup baculos ⁊ capsellas. Oremus.

Domine Jesu christe mundi redemptor ⁊ conditor: qui per os beati Pauli apostoli tui innotuisti, nō habere nos hic manentem ciuitatem, sed futuram hic debere inquirire semp: quique beatis apostolis precepisti, vt euntes ad predicandum verbum dei virgas tantum sumerent, te suppliciter deprecamur: vt digneris has scarsellas siue peras pro tui nominis amore ad instar humilis armature lateri applicandas: ⁊ hos sustentationis baculos bene ✠ dicere: quatenus portātes eos in peregrinationis signū: ⁊ suorū corporum sustentationē: celestis gratie plenitudinē in eis, ⁊ munimen valeant tue benedictionis percipere: quemadmoduz

virga Aaron ad rebelliuꝫ iudeoꝝ perfidiã repellendaꝫ bene ✠ dixisti: ita ⁊ hos famulos tuos per hec insignia, que ad honorem ⁊ reuerentiam apostolorum tuorum Petri ⁊ Pauli: vel Jacobi: vel sancti vel sancte assumere cupiunt: de manibus nostris: ⁊ ad eorum limina veneranda portare: bene ✠ dicas: ⁊ ab omnibus peccatis absoluas: vt in die iudicij in parte mereantur dextera collocari. Qui viuis. ℭ Benedictio super baculos ⁊ capsellas.

S Ignaculum dei pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti descendat celitus super hos baculos has peras: vt qui eas portauerint ab omnium inimicorum insidijs sint defensi. Per christum dñm nostruꝫ. ℟. Amen. Tunc sacerdos baculos ⁊ peras aspergat aqua benedicta. ⁊ eas peregrinis tradens dicat.

A Ccipite hos baculos ⁊ has peras: ⁊ pergite ad limina beatorum apostolorum Petri ⁊ Pauli: vel sancte Marie de Loreto: vel ad limina sancti Jacobi in Compostella: vel sancti Antonij de Viẽna. Jn nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũ. ✠ sancti. Amen. Simili modo dicatur de alijs locis, ad que peregrini profecturi sunt: vt per eas mereamini in hoc seculo remissionem omnium peccatorum accipere: ⁊ in futuro consortium beatorum: atqꝫ ad limina sanctoruꝫ quo pergere cupitis feliciter peruenire: ⁊ peracto itinere ad nos incolumes remeare. Postea dicant añã.

Euntes ibant ⁊ flebãt mittẽtes semina sua. Psalmus.

Jn conuertendo. fol. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sctõ. Antiphona reiteratur. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleisõ. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis dñe auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Esto eis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. ℣. Domine exaudi orationẽ meaꝫ. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

D Eus infinite misericordie ⁊ maiestatis immense: quem nec spatia locorum, nec interualla temporum ab his, quos

ueris abiungunt: adesto presentibus famulis tuis in te vbique fidentibus: ⁊ per omnem, per quam ituri sunt viam, dux eis ⁊ comes esse digneris: nihil eis aduersitatis noceat: nihil difficultatis obsistat: cũcta eis salubria, cuncta prospera sint: vt sub ope dextere tue quicquid iuste expetierint: desiderio celeri consequantur effectu. Per dominum nostrum ⁊c. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, humani generis reformator ⁊ author: qui Abrahe puero tuo, vt exiret de terra natiuitatis sue: ⁊ iret in terram promissionis: quam ei te daturum promiseras, precepisti: necnõ ⁊ populum Israeliticum in desertum ad te adorandum multis prodigiis venire fecisti: hos quesumus peregrinos ad beatorum apostolorum Petri ⁊ Pauli: vel N. vt supra: limina te adorare pergentes: a periculis omnibus erue: ⁊ a peccatorum nexibus absolue. Et tu qui es via vera in te cõfidentibus: eorũ iter bene dispone: vt inter oẽs huius vie perturbationes, tuo protegãtur auxilio: mitte eis dñe angelũ tuũ, quẽ Thobie famulo tuo comitẽ dedisti: vt vbicunqȝ manserint, sit illis defensor contra insidias oĩuȝ inimicorũ visibiliuȝ ⁊ inuisibiliuȝ: quatenus leti ⁊ incolumes ad nos redire valeant. Per do. Deinde aspergat eos sacerdos aqua bñdicta: dicẽs. Per aque asp̃sionẽ det vobis oĩpotẽs deus ad eunduȝ ⁊ redeundũ suam gratiam ⁊ bñdictioneȝ. Amẽ.

Et benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti descendat super vos ⁊ maneat semper. Amẽ.

Sacerdos curatus semper dare debet licentiam peregrinantibus, vt cuicunqȝ sacerdoti ⁊ vbique possint confiteri peccata sua.

¶ Ordo benedictionis ad peregrinos nauigare volentes ad terram sanctam. Sacerdos dicat. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ps. Te decet hymnus ⁊c. fol. 176. kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos. ℣ Saluos fac fideles tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. versus. Nihil proficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniquitatis non nocebit eis. versus. Esto eis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Deus qui transtulisti patres nostros per mare rubrum ad laudem tui nominis decantãdam: supplices et deprecamur

domine, vt famulis tuis, qui ad visitanda loca sancta: in quibus vnigenitus filius tuus salutem nostram operari dignatus est: proficiscuntur: depulsis cunctis aduersitatibus: portũ semꝑ optabilẽ: cursumq̃ tranquillum largiaris. Per christuꝫ dñm. Oremus. Oratio.

P Ropitiare, quesumus domine, supplicationibus nostris: ⁊ mitte angelum tuum de summitate celorum: qui custodiat famulos tuos nauigantes in profundo maris: perduc eos ad loca dilectissimi filij tui domini nostri Jesu Christi pretiosissimo sanguine consecrata: ⁊ visitatis eisdem cum salute mentis ⁊ corporis: ad propria eos perducere cum letitia gaudio ⁊ profectu digneris. Per christum dominum nostrum. ℞. Amen. Deinde benedicantur signacula crucis chlamidibus peregrinantium affigenda aña. Adoramus te christe ⁊ benedicimus tibi. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio.

B Enedic, q̃s dñe: hec signacula sancte crucis: ⁊ presta per inuocationem sanctissimi noĩs tui: vt qui ea susceperint vel gustauerint: corporis ⁊ anime salutẽ ꝑcipiãt. Per christuꝫ dñm nr̃m. ℞. Amen. Tunc presbyter det eis signacula scẽ crucis sic dicẽs.

A Ccipe signum crucis christi tam in corde quam in corpore, in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt sis defensus ab omnibus insidijs inimicoruꝫ visibiliuꝫ ⁊ inuisibiliuꝫ. Per christum dominum nostrum. ℞. Amen. Tunc dicatur hec aña. O crux gloriosa: o crux adoranda o lignum pretiosum ⁊ admirabile signum per quod diabolus est victus, ⁊ mundus christi sanguine redemptus. ℣. Omnis terra adoret te ⁊ psallat tibi. ℞. Psalmum dicat nomini tuo domine. Oremus. Oratio.

A Desto familie tue, quesumus omnipotens deus: vt in aduersis ⁊ prosperis preces eorum exaudias, ⁊ insidias omnium aduersariorum eorum per sancte crucis auxilium digneris conterere: vt portum salutis ac tranquillitatis valeant apprehendere. Per dominum nostrum Jesuꝫ christum filium tuuꝫ qui tecuꝫ. ⁊c.

¶ Ordo benedictionis peregrinorum domum redeuntium.

P Eregrini veniẽt ante fores ecclesie: ⁊ sacerdos indutus superpellicio ⁊ stola dicat. ℣. Adiutoriũ nr̃m in nomine dñi. ℞. Quife. Et deĩde sacerdos cũ clericis cãtet vel legat Antiphonã.



Aña. Ecce quam bonum et quam iocundum, habi ta re fratres in vnũ. ps. Ecce q̃ bonum. fol. 176.

Aña. Bene fac domie bonis et rectis corde. Psalmus.

Kyrie eleison. Christe eleisõ. kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Qui confidunt in dño. fo. 176. ℣. Bñdicti qui veniunt in nõie domini. ℟. Benedicti vos a dño, qui fecit celũ et terrã. ℣. Respice dñe in seruos tuos et in opera tua. ℟. Et dirige filios eorũ. ℣. Dñe exaudi orõnem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Quesumus omnipotens deus, vt his famulis tuis, quos incolumes de sancto itinere venire fecisti: quicquid tibi per carnis fragilitatem: siue per visum, vel auditum impudicum: aut per colloquia otiosa: siue aliis quibuscunqȝ modis contra tuam iustitiam commiserunt: tu sanctissime pater misericorditer indulgeas et dimittas eis: et illesos ab omni impugnatione diabolica custodias: et tuis semper deuote inherere mandatis concedas. Per christum dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Da domine quesumus, vt fideles tui, quos post longas peregrinationes et moras itineris sue patrie reddidisti incolumes: in tua voluntate permaneant, et nihil vltra hostilitatis metuant: sed te protegente secura mente tibi deseruiant. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus, qui iustificas impium, et non vis mortem peccatoris maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt hos famulos tuos de tua misericordia confidentes: celesti protegas benignus auxilio: et assidua protectione conserues: vt ibi iugiter famulentur et nullis temtationibus a te separentur. Per dominum no. etc. ℟.

⁊ nullis tentationibus a te separentur. Per do. ⁊c. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Benedicat vos oṗs deus: pa ✠ ter: ⁊ fi ✠ lius: ⁊ spiritus ✠ scũs. ℟. Amen. Tunc peregrini ecclesiaꝫ ingrediantur ⁊ deuotione sua peracta ad domũ cũ dei bñdictione reuertant.

¶ De benedictione muneris quod offertur in ecclesia. Cap. xi.

℣. Adiutoriũ no. ℟. Qui f. ℣. Dñs. ℟. Et cũ. Oremꝰ. Oro.

Deus, cuius verbo ⁊ potentia facta sunt omnia: cuius dono percipimus que ad vite remedium possidemus: te supplices obnixis precibus rogamus: vt de sede maiestatis tue huic oblationi fidelium sanctificator accedas: suscipe de manu famulorum tuorum munus oblatum: quod a tua clementia benedictum in vsus huius sanctuarij maneat consecratum: sint hec in conspectu tuo libenter accepta sicut quondam Abel alumni tui: vel Melchisedech tibi munera placuerunt oblata. Et quia ad honorẽ tui amoris ecclesiam tuam summis nituntur decorare obsequiis: tu eis domine magna pro paruis recompensa, ⁊ deuotionem eorum accipias: peccata dimittas: fide eos repleas: indulgentia foueas: misericordia protegas: aduersa destruas: prospera concedas: habeant in hoc seculo actionis bone documentum: charitatis studium, sancti amoris affectum: ⁊ in futuro cum sanctis angelis adipiscantur perpetuum regnum. Per dominum nostrum iesum ⁊c. Postea aspergantur aqua benedicta. ¶ Ordo ad ponderandam personam per votum obligatam dare de aliqua re quantum ponderat corpus eius sicut triticum, oleum: ceram: vinum, vel alia.

Sacerdos dicit: ℣. Adiutoriuꝫ nostrũ. Quo dicto ponit personam ponderandaꝫ super lancem vel tabulam more solito ⁊ dicat antiphonam. Benedicimus deum celi: ⁊ coram omnibus viuentibus ei: quia fecit nobiscum misericordiaꝫ suã. Et intonet.

Te deum laudamus: te dñm confitemur. Te eternum patrem: omnis terra veneratur. Tibi omnes angeli: tibi celi ⁊ vniuerse potestates. Tibi cherubin ⁊ seraphin: incessabili voce proclamant. Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi ⁊ terra: maiestatis glorie tue. Te gloriosus apostolorum chorus. Te prophetarum laudabilis numerus. Te martyrum candidatus: laudat exercitus. Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia. Patrem immense maiestatis: Venerandum tuum verum, ⁊ vnicum filium. Sanctum quoque paracletum spiritum. Tu rex glorie christe. Tu patris sempiternus

nus es filius. Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis vterum. Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum. Tu ad dexteraꝫ dei sedes in gloria patris. Iudex crederis esse venturus. Te ergo quesumus tuis famulis subueni, quos pretioso sanguine redemisti. Eterna fac cum sanctis tuis: in gloria numerari. Saluum fac populum tuum domine: ⁊ benedic hereditati tue. Et rege eos ⁊ extolle illos, vsq̃ in eternum. Per singulos dies benedicimus te. Et laudamus nomen tuum in seculum: ⁊ in seculum seculi. Dignare domine die isto, sine peccato nos custodire. Miserere nostri domine: miserere nostri. Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum sperauimus in te. In te domine speraui, non cõfundar in eternum. Quo finito dicat. ℣. Saluum fac seruũ tuuꝫ vel ancillã tuã. ℟. De⁹ me⁹ sperãtẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de sctõ. ℟. Et de sion tuere eũ. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. Deide sequitur ps. Laudate pueri. fol.35. tot⁹ cũ Gloria pri. ⁊ Sicut erat. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cuꝫ spũ tuo. Oremus. Oratio.

Suscipe sancte pater, omnipotens, eterne deus: tuorum preces ⁊ supplicum vota, ⁊ per sanctissimi filij tui domini nostri Jesu christi: ⁊ genitricis Marie, ⁊ sancti tui. N. intercessionem presta nobis ita beneficia tua cognoscere: vt in gratiaruꝫ semper actione maneamus. Ut dum fideles tui pro quacunqꝫ petitionẽ ad te vota emittunt, protinus tua largiente clementia eius postulata concedens: te miserationum domium fateri ⁊ laudare mereamur. Per eundem christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Et aspergantur omnes aqua benedicta. ¶ De benedictione solemni panis in diebus dominicis ⁊ magnis festiuitatibus. Capitu. 23

Sacerdos cũ processione ⁊ cruce ante missam indutus oĩbus paramentis excepta planeta accedit ad locum vbi panis est benedicendus ⁊ dicit. ℣. Adiutorium nostruꝫ. Postea legit euãgelium. Sequentia sancti Euangelij secundum Joannez.

In illo tempore: Abiit Jesus trans mare galileeꝫ quod est tyberiadis: ⁊ sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa que faciebat super his, qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Jesus: ⁊ ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autẽ proximum pascha dies festus iudeorum. Cũ sublevasset ergo oculos Jesus: ⁊ vidisset: q2 multitudo magna venit ad eũ, dicit ad Philip

pū. Unde ememus panes vt mādu cent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorū panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq3 modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius: Andreas frater simonis Petri. Est puer vnus hic: qui habet quinq3 panes hordeaceos: 7 duos pisces. Sed hec quid sunt inter tātos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discūbere. Erat autem fenum multum in loco: Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo Jesus panes: 7 cum gratias egisset: distribuit discumbentibus. Similiter 7 ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerūt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo 7 impleuerūt duodecī cophinos fragmētoꝝ ex quīq3 panibus hordeaceis, que superfuerūt his, qui manducauerāt. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat Jesus signum dicebant. Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. Antiphona.



De quinq3 pānibus 7 duobus piscibus satiauit dominus quin/

que millia hominuz.

℣. Dispersit dedit pauperibus. ℟. Iustitia eius manet in seculum seculi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum 7 pauperē. ℟. In die mala liberauit eum dn̄s. ℣. Nunquid panem poterit dare. ℟. Aut parare mensam in deserto. ℣. Pluit illis manna ad manducandum. ℟. Et panem celi dedit eis. ℣. Cibauit eos ex adipe frumenti. ℟. Et de petra melle saturauit eos. ℣. Manducauerūt 7 saturati sunt nimis. ℟. Et desideriū eoꝝ attulit eis. ℣. Panē angelorū manducauit homo. ℟. Misit eis cibaria in abundantia. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Oratio. Domine iesu christe panis angeloꝝ: panis viuus eterne vite: bene ✠ dicere dignare panē istuz sicut benedixisti quinque panes in deserto, vt oēs ex eo digne gustantes inde corporis 7 aīe percipiant sanitatez. Qui vi. ℟. Amē. Oremus.

Oratio. Domine sancte, pater oīps, eterne deus: bene ✠ dicere digneris hunc panem tua sancta bene ✠ dictione: vt sit omnibus sumentibus salus mentis 7 corporis: atq3 contra oēs mor

bos

bos ⁊ vniuersas inimicorum insidias tutamen. Per dñm nostruz iesum christum filiũ tuũ panẽ vite: qui de celo descendit: ⁊ dat vitã ⁊ salutem mũdo ⁊ tecum ⁊ cum spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Cibuino aspergantur aqua benedicta. ¶ Benedictio panis pro infirmantibus. ℣. Adiutoriũ nostrũ. ℟. Qui fecit. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ. Orem⁹.

Domine deus oĩps descẽdat bene ✠ dictio pa ✠ tris: Oro. ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spũs ✠ sancti super hanc creaturam panis: vt quicunqz ex ea sumpserit accipiat sanitatem mentis: protectionez corporis: tutelam salutis, integritatem charitatis: consolationem spei: roborationem fidei: virtutem constantie: ⁊ visitationem spiritus sancti. Per eundem. in vnitate eiusdem. ℟. Amen. Aspergantur aqua benedicta. ¶ De benedictione aque pro infirmis. ℣. Adiutoriũ nostrũ. ℟. Qui fe. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ. Orem⁹.

Domine iesu christe, qui benedixisti quinqz panes ⁊ Oratio. duos pisces in deserto, vnde satiata sunt quiqz millia hoĩuz: te supplices exoramus: vt benedicere digneris hanc aquam: vt quicunqz infirmus ex ea gustauerit accipiat sanctitaẽ mẽtis: protectionem corporis: tutelaz salutis: securitatẽ spei: corroboratiõnẽ fidei ⁊ charitatem spiritus sancti. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate eiusdem spiritus sancti deus ⁊c. Aspergatur aqua benedicta. ¶ Ad benedicendum prandium charitatis.

Primo omnes cibi ⁊ potus aspergantur aqua benedicta ⁊ dicat. ℣. Adiutoriũ nostrũ in noĩe dñi. ℟. Qui fecit ce. ⁊ postea incipiatur. Ana. Asperges me dñe hyssopo. cu. ℣. ⁊ Gloria patri. ℣. Dñe exa. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ. Oremus.

Domine iesu christe, qui in deserto corã discipulis tuis Oro. quinqz panes ⁊ pisciculos paucos tuis sanctissimis manibus multiplicando bene ✠ dixisti, ⁊ bene ✠ dicendo multiplicasti: te humiliter deprecamur, vt hec charitatis dona ad vsum pauperum eroganda multiplicando multiplices, ⁊ bene ✠ dicendo bene ✠ dicas: vt inde famuli tui refecti laudes ⁊ preces tuo nomini competentes persoluant: ⁊ illi, pro quibus hec deuote ⁊ fideliter erogantur, remissionem cunctorum percipiant delictorum: ⁊ famulos ⁊ famulas tuas nobis hec dona prestantes ab omni aduersitate custodi. Qui cum deo patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas per oĩa sc̃la seculorũ. ℟. Amẽ. Orem⁹. Oro.

Omnipotens sempiterne deus respice super famulos ⁊ famulas tuas: qui in pauperes tuos misericorditer operan-

tur: ⁊ eoȝ tua virtute custodit: potestate tuearis: vt per multa an/
norum curricula leti tibi in pauperes tuos misericorditer operen/
tur. Per christum dn̄m nostruȝ. Aspergantur omnia aqua bene/
dicta dicendo. In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ s piritus ✠ san/
cti. ℟. Amen. ¶ Benedictio contra aereas tempestates.

Cum primo videtur aura seu ventus ⁊ tempus nebulosum seu tempestuosum leuari moderate, sacerdos cum suppelliceo ⁊ stola benedicat aquaȝ ⁊ sal ī hunc modū. ✠ In nomine dn̄i nostri iesu ✠ christi. ℣. Adiutorium nostrum. Exorcismus aque.

Exorcizo te creatura salis ⁊ aque ī noīe domini nostri Je ✠ su christi nazareni filij dei viui: vt sis purgatio ⁊ purificatio in his locis, in quibus aspersa fueris, ad effugandos immundos ⁊ erraticos spiritus: omnemque nefariam vim diaboli pellendaȝ: ⁊ omnes figuras ⁊ minas fantasmatis satane exterminandas: ⁊ fulgura ⁊ sydera, que mitti videntur in hanc domum, arborem, agrum, possesionem, turrim, vel quancunqȝ habitationem, non hominibus aut pecoribus, aut frugibus noceant: sed abscedant ⁊ fugiant p̄ inuocationeȝ noīs dn̄i nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum p̄ ignē. ℟. Amen. Et mox aspergat contra tēpestatē aquā bn̄dictā. Postea cum clero ⁊ pplo ante altare procumbit dicens septē psalmos sequentes, videlicet.

Beatus vir qui non abijt in consilio impioꝝ: ⁊ in via peccatoruȝ non stetit, ⁊ in cathedra pestilentie non sedit. Sed in lege domini voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabit̄ die ac nocte. Et erit tanquam lignū quod plantatū est secus decursus aquarū: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet: ⁊ omnia quecunque faciet prosperabuntur. Non sic impij non sic: sed tanquam puluis quē proijcit vētus a facie terre. Ideo non resurgunt impij in iudicio: neqȝ peccatores in consilio iustoꝝ. Quoniam nouit dominus viam iustorum: ⁊ iter impioꝝ peribit.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula: ⁊ operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum: ⁊ opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo suo ⁊ non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: ⁊ munera super innocenteȝ non accepit. Qui facit hec: non commouebitur in eternuȝ. Psalmus.

Deus

Deus in nomine tuo. fol. 188. Deus in aiutorium meum. fol.
Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit &c. folio 191.
Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est domi/nus fortitudinem & precinxit se. Etenim firmauit orbem terre: qui non commouebitur. Parata sedes tua ex tunc a secu/lo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: do/mum tuam decet sanctitudo in longitudine dierum. Psalmus.
Beati omnes qui timent dominum. fol. 176. Canticum. Bene/dicite. fol. 89. & ad singulos. ℣. fiat crucis signum cum cruce cōtra tempestatem: & si videbitur addantur psalmi graduales. supra fol. 176. Quo facto stans dicit. ℣. Adiutorium nostrum. ℟. Qui fe.
℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriam nōis tui libera nos. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniqtatis nō apponat nocere nobis. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Queadmodū speraui/mus in te. ℣. Saluum fac populū tuum domine. ℟. Et benedic hereditati tue. ℣. Vox dñi super aquas multas. ℟. Deus maie/statis intonuit. ℣. viderunt te aque deus. ℟. Viderunt te aque & timuerunt. ℣. Quid est tibi mare q fugisti. ℟. Et tu iordanis qr cōuersus es retrorsum. ℣. Nō priuabis bonis eos qui ambulāt īnocentia. ℟. Dñe deus virtutum btūs hō q sperat in te. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū. Oremus. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus, parce metuētibus & pro/pitiare supplicibus: vt post noxios ignes nubium & vim procellarum in misericordiam transeat laudis comminatio tem/pestatis. Per christum dñm nostrū. ℟. Amen. Oremus. Oratio.
Rex eterni imperij ops deus, qui das escā oī carni: qui opis celum nubibus: & paras terre pluuiā: q mādas nubibus desup: & ianuas celi aperis: qui transfers austrū de celo: & inducis in vir/tute tua africum: qui rigas montes de superioribus suis: & de fructu operum tuorum satiatur terra, qui angelo pcepisti ne terre, mari, neqz arboribus noceret: parce dñe metuentibus: & ppitiare supplicā/tibus: te enim dñe supplices exoramus, vt procul abscedat incursio turbinum: calamitas tēpestatū: fragor grandinū: pcussio fulminū, & qlibet insidie inimici: temperētur infesta tonitrua: noxie pluuie

ventoꝝ flāma fiat moderate suspensa: oīs quoqꝫ spūs procellaꝝ ⁊ aeree ptātes dextera tue prosternant virtutis: descendat: q̄s dñe, desuper spūs sctūs, ⁊ sicut samueli cornigero agnū in holocaustuꝫ tuuꝫ mactanti fragor aurarū turbā repulit aduersantē: ita fugatis oībus contrarie ptātis virtutibus fruges mentes ⁊ corpora fidelium manus seruet angelica protectione superna: ⁊ post sopitos nubiuꝫ impetus in laudis ⁊ deuotionis ac spiritualis amoris augmentum transeat comminatio potestatis. Per domi. ℟. Amen. Postea dicatur. Pr̄ noster. Aue maria. Credo in deum. fol 23. Symbolū. Quicūqꝫ vult supra.fo. 121. Kyrie elei. Christe elei. Kyrie ele. Pr̄ noster. ℣. Dn̄s vo. ℟. Et cum. Oremus. Orō.

Domine iesu christe, qui fecisti celum ⁊ terraꝫ, mare ⁊ omnia que in eis sunt: quiqꝫ flumini iordani benedixisti, atqꝫ in eo baptizari voluisti: ⁊ tuas sanctissimas manus ⁊ brachia sacratissima in cruce extendisti: quibus aerem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis ⁊ bonitatis tue abundantiaꝫ, quatenus digneris has nubes, quas ante me ⁊ post me ⁊ supra ⁊ a dextris ⁊ a sinistris video aereꝫ perturbare: dissoluere ⁊ annihilare digneris, vt alligata potestas demonum in ipsis seuiens deficiat: ⁊ turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, ⁊ omnipotentissime maiestatis tue. Qui viuis ⁊ regnas. Postea si expediens visum fuerit sacerdos accipiat reuerenter corpus domini in vase debito ⁊ ecclesiam exiens nubes in modum crucis cū dicto vase signet dicens.

Christus ✠ vincit, christ⁹ ✠ regnat, chr̄s ✠ imperat vobis nubes ⁊ tempestates, vt dissoluamini sine alicuius hoīs vel aialis aut fructus terre arboris, loci, vel domus dāno vel lesione. Circūdet te nubes deus pa ✠ ter, circūdet te de⁹ fi ✠ lius: circūdet te de⁹ spūs ✠ sctūs, destruat te deus pa ✠ ter, destruat te de⁹ fi ✠ lius: destruat te deus spūs ✠ sanctus. Amen. Adiuratio.

Sanctus mattheus ✠ sanctus marcus ✠ sanctus lucas ✠ sanctus ioannes ✠ euangeliste: qui christi euangelium per quatuor mundi partes diuulgauerunt: ipsi suis meritis ⁊ precib⁹ hanc tēpestatem ab oībus christianoruꝫ finibus: ab eodē dño nr̄o iesu christo obtineant effugari ⁊ depelli. Et ego peccator ⁊ christi sacerdos, licet indignus, authoritate ⁊ virtute eiusdē dei ⁊ dñi nostri iesu christi summi imperatoris non mea potentia innixus ⁊ cōfisus vobis precipio immundissimi spiritus, qui has nebulas concitatis in virtute eiusdem dei ⁊ domini nostri iesu ✠ christi: ⁊ per tremendū eius iudiciuꝫ: ⁊ per sanctissimā crucē suā. ✠ quā cōtra

vos facio: ⁊ per merita intemerate semperq; virginis beatissime Marie dei genitricis, ⁊ per merita omniū sctōꝝ: vt exeatis ab eis ⁊ eas dispergatis in locis syluestribus, quatenus nocere non possint homini, vel iuméto, aut volucri, fructibus, aut quibuscūq; rebus humano vsui deputatis. Per eundem dñm nostrum iesum christum, qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. Amen. ✠ Ipse vobis imperat demones: qui has nubes cōmouetis, qui de nube lucida dixit. ✠ Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ✠ Ipse vobis imperat, qui principem vestrum deuicit ⁊ ligauit. ✠ Ipse vobis imperat qui sua sacratissima cruce ⁊ corporis sui sanctissimi in ea extensione aerem purgauit. ✠ Ipse vobis imperat, qui in inferno spoliato resurgens a mortuis post quadraginta dies a nube susceptus ascendit in celum, ✠ Ipse vobis imperat, qui vos eterne gehēne mancipauit ignibus. Qui vēturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculū p ignē. Postea ostēdat crucē i aere a quatuor lateribus dicēs.

Ecce ✠ signū sanctissime crucis, fugite partes aduerse: ✠ vicit enim vos ⁊ mundum dominus noster iesus ✠ christus filius dei summus imperator, qui est leo de tribu iuda, radix dauid. Postea aspergat aquam benedictam in modum crucis per quatuor latera. Et si adhuc perseuerauerit tempus tempestuosū dicende sunt letanie. Postea sacerdos benedicat nubes dicens.

Benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spūs ✠ sancti descendat super has nubes, ⁊ oēm vim inimici ab eis repellere dignet. ℟. Amē. ¶ De bñdictione loci vel dom⁹. ca. 25. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Oremus. Oratio.

Benedic dñe deus omnipotens locum istum vel domū istā, vt sit in eo vel in ea sanitas. castitas: victoria, virtus, pax, charitas, humilitas, bonitas: mansuetudo, plenitudo legis, ⁊ gratiarum actio patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto: ⁊ hec benedictio maneat super hunc locum vel domum ista: ⁊ super habitantes in eo vel in ea. Per christum do. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus noue, vel a demonio vexate. Cap. 26. ℣. Adiutorium. Dñe exaudi Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui sacerdotibus tuis pre ceteris tantā gratiam contulisti, vt quicquid in tuo noīe digne perfecteq; ab eis agitur, a te fieri credatur: quesumus immensam clementiam tuam, vt quod modo visitaturi sumus, visites: ⁊ quicquid benedicturi, bene ✠ dicas: ⁊ ad ea, que acturi sumus, dexte

murmurabant dicentes: q ad hominem peccatorem diuertisset. Stans aũt zacheus dixit ad dñm. Ecce dimidium bonoꝝ meorũ dñe do pauperib⁹, ꝛ siquid aliquẽ defraudaui: reddo quadruplũ. Ait iesus ad eum: quia hodie domui huic salus a deo facta est, eo ꝗ ꝛ ipse sit filius abrahe. Uenit enim filius hoĩs querere ꝛ saluuz facere quod perierat. Deinde benedicitur incensum isto modo.

Per intercessionem beati michaelis archangeli stantis a dextris altaris incensi: ꝛ omnium sanctoꝛuz angeloꝛuz incẽsuz illud digneris domine bene ✠ dicere: ꝛ in odoꝛez suauitatis accipere. Per christum. ℟. Amen. Postea sacerdos ponat incensum super ignem in turibulo ꝛ incenset domum dicendo.

Incensũ a te bñdictũ ascendat ad te dñe. ℟. Et descẽdat sup nos misericoꝛdia tua. ℣. Dñe exaudi. Oꝛem⁹. Oratio.

Te deum patrem omnipotentem suppliciter exoꝛamus, pro hac domo ꝛ pro habitatoꝛibus eius: ꝛ eam bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris, vt sint prõptuaria eoꝛum plena eructãtia ex hoc in illud: tribue etiam eis de rore celi abundantiam: ꝛ de pinguedine terre vite subsidium: ꝛ desideria eoꝛum ad effectum tue miserationis perducas: ꝛ ad introitum nostrum hanc domum bene ✠ dicere sancti ✠ ficare digneris: sicut benedicere dignatus es abraham, isaac, ꝛ iacob, vt intra parietes domus huius ꝛ angulos eius inhabites. Per chꝛistuz dominũ. Oremus. Oratio.

Uisita, ꝗs domine, habitationem istã, ꝛ oẽs insidias inimici ab ea longe repelle: ꝛ angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: ꝛ bñdictio tua sit super eã semper. In noĩe pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spũs ✠ sci. ℟. Amen. Postea domũ ꝛ oẽs habitantes in ea benedicat dicens. Et benedictio dei omnipotẽtis pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spũs ✠ sancti descendat super hanc domum ꝛ omnes habitantes in ea: ꝛ maneat semper. ℟. Amen.

¶ Bñio thalami vel camere. ℣. Adiuto. Dñe ex: Oꝛem⁹. Oĩo.

Bene ✠ dic dñe thalamum hunc, ꝛ oẽs habitantes in eo: vt in tua pace consistant, ꝛ in tua voluntate ꝑmaneant ꝛ senescant: ꝛ multiplicentur in longitudinem dieꝝ: ꝛ ad regna celoꝛuz perueniant. Per chꝛistuz. Aspergat postea illud aqua benedicta.

¶ De benedictione nauis noue. Cap. 27.

Sacerdos nauem benedicturus accepto superpelliceo ꝛ stola nauem ingreditur: ꝛ stans in puppi eius dicit versum.

Adiutoꝛium nostrum in nomine domini. Psalmus.

Sacrificent sacrificium laudis, ꝛ annuncient opera eius in

exultatione. Qui descendunt mare in nauibus: facientes opera tionem in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit & stetit spiritus procelle: & exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsque ad celos: descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur domino misericordie eius: & mirabilia eius filijs hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum. Gloria patri. ℣. Dñe exaudi orationem meã. ℣. Dñs vobiscũ. Oremus. Oro.

Respice in nos omnipotẽs deus de celo sancto tuo, & dignare bene ✠ dictione celesti huic bene ✠ dicere naui: in qua sancto comitante angelo tuo ambulantes itinere recto & prospero dirigere, ab oĩ tristitia & infortunio eripere digneris, vt ad patriam & ad portum salutis reuersi, te cũ alacritate mẽtis exultãtes laudent creatorem vniuersorum. Qui cũ filio tuo benedicto dño nostro iesu christo: & cum spiritu sancto viuis & regnas deus: in secula seculorum. Amen. Sequentia sancti euangelii secundum Marcum.

In illo tempore. Una die cum sero esset factum, dixit iesus discipulis suis. Transeamus cõtra. Et dimittentes turbam: assumunt eum ita vt erat in nauim: & alie naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti: & fluctus mittebant in naui: ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Et excitant eum: & dicunt illi. Magister non ad te pertinet quia perimus? Et exurgens cõminatus est vento: & dixit mari. Tace: obmutesce. Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna. Et ait illis: quid timidi estis? Nec dum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: & dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste? Quia mare & uenti obediunt ei? Oremus. Oratio.

Benedic domine hanc nauim sicut bene ✠ dixisti filijs israel de egypto per manum moysi exeuntibus, & per mare rubrum transeuntibus: sic nauim istam & famulos tuos in ea nauigantes bene ✠ dicere: & ad destinatum locũ perducere digneris. Per dominum nostrum. ps. Afferte domino. fol. 182. Dum sacerdos dicit psalmum hunc, aspergit totam puppim aqua benedicta: & postea procedit ad mediã nauis & dicit. Dominus vobiscũ.

Sequentia sancti euangelij secundum Matheum.

IN illo tempore. Iussit iesus discipulos suos ascendere in
nauiculam: et precedere eum transfretū: donec dimitteret turbas.
Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere au/
tem facto solus erat ibi, nauicula vero in medio mari iactabatur
fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia no/
ctis venit ad eos ambulans supra mare. Videntes autem eum
ambulantem supra mare turbati sunt dicentes. Quia fantasma
est. Et pre timore clamauerunt. Statimque iesus locutus est eis
dicens. Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens
autem petrus dixit. Domine si tu es, iube me venire ad te super
aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens petrus de nauicula am/
bulabat super aquam, vt veniret ad iesum. Videns vero ventū va
lidum timuit. Et cum cepisset mergi, clamauit dicens. Domine
saluum me fac. Et continuo iesus extendēs manum apprehendit
eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cū ascēdisset in
nauicu lam cessauit ventus: Qui aūt in nauicula erant venerunt et
adorauerunt eum dicentes Vere filius dei es. Oremus. Oratio.

DOmine deus noster, qui gubernasti noe super vndas di/
luuij: et manum petro extendisti, porrige dexteram tuam su/
per hanc nauim: et super nauclerum et nautas eius: et dona ipsis
famulis tuis sanitatem anime et corporis, et ad portum salutis eos
perducere digneris illesos. Qui viuis et regnas. Psalmus.

VOce mea ad dominū clamaui: voce mea ad deum et intendit
mihi. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus
meis nocte contra eū, et non sū deceptus. Renuit consolari ani
ma mea: memor fui dei et delectatus sum, et exercitatus sum: et de/
fecit spūs meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sū
et non sum locutus. Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in
mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercita
bar et scopebam spūm meū. Nunquid in eternum proiiciet deus:
aut non apponet vt cōplacitior sit adhuc? Aut in finem mesericor
diam suam abscidet: in generatione et generationem. Aut obliui
scetur misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas?
Et dixi: nunc cepi, hec mutatio dextere excelsi. Memor fui operū
dñi: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor
in oībus operibus tuis: et in adinuētionibus tuis exercebor. Deus
in scō via tua: quis deus magnus sicut deus nr̄? tu es deus qui fa/
cis mirabilia. Notā fecisti in populis virtutē tuā, redemisti in bra

chio tuo populū tuū, filios iacob ⁊ ioseph. Uiderūt te aque deus, viderunt te aque ⁊ timuerunt: ⁊ turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum: vocē dederunt nubes. Etenim sagitte tue transeunt, vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt corruscationes tue orbi terre: cōmota est ⁊ contremuit terra.. In mari via tua: ⁊ semite tue in aquis multis: ⁊ vestigia tua nō cognoscentur. Deduxisti sicut oues populum tuuz: in manu moysi ⁊ aaron. Dum dicit hic ps sacerdos aspergit nauiz in medio ex oī pte: ⁊ postea pcedit ad prorā nauis ⁊ dicit Dñs vobiscū. Sequētia sancti euāgelij fm Lucam.

In illo tpe. Cum turbe irruerent in iesum, vt audirent verbum dei: ⁊ ipse stabat secus stagnum genesareth. Et vidit, duas naues stantes secus stagnum: piscatores autez descenderāt ⁊ lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim: que erat simonis: rogauit eum vt a terra reduceret pusillū. Et sedens docebat de nauicula turbas. Ut cessauit aūt loqui dixit ad simonem. Duc in altum: ⁊ laxate retia vestra in capturam. Et respondens simō dixit illi. Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo aūt tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinez copiosaz. Rumpebatur aūt rete eoꝝ. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui: vt venirent ⁊ adiuuarēt eos. Et venerunt ⁊ impleuerunt ambas nauiculas. Oremus. Oratio.

Domine iesu christe, qui in similitudinem nauis ecclie noe arcā fieri voluisti: vt inundante diluuio soli q in ea inuenti essent saluarent, suppliciter exoramus clemētiā tuā, vt huic naui saluberrimū pfectionis cursum passim iugiterqz cōcedas. Qui vi. Psal.

Deus noster refugium ⁊ virtus, adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra: ⁊ transferentur montes in cor maris. Sonuerunt ⁊ turbate sunt aque eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificat tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non cōmouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbate sunt gentes, ⁊ inclinata sunt regna: dedit vocem suam ⁊ mota est terra. Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob. Uenite ⁊ videte opera dñi qui posuit prodigia super terram: auferēs bella vsqz ad finem terre. Arcum cōteret ⁊ cōfringet arma: ⁊ scuta cōburet igni. Uacate ⁊ videte qm̄ ego sum deus: exaltabor in gentibus ⁊ exaltabor in terra. Dñs virtutuz nobiscū: susceptor noster deus iacob. Dum hic ps dī sacerdos aspergit totam prorā

ab oī parte aqua benedicta: ⁊ poſtea reuertitur ad mediū nauis ⁊ dicit. Dñs vobiſcū. Sequentia ſancti euangelij ſm Joannem.

IN illo tpe. Cum cognouiſſet ieſus, quia venturi eſſent vt raperent eū, ⁊ facerēt eū regē: fugit iterū in mōtē ipſe ſolus. Ut aūt ſero factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare. Et cum aſcendiſſent nauim, venerunt trans mare in capharnaū. Et tenebre iam facte erant: ⁊ non venerat ad eos ieſus. Mare autē vento magno flante exurgebat. Cum remigaſſent ergo ſtadia quaſi vigintiquinque aut triginta, vident ieſum ambulantem ſupra mare ⁊ proximū naui fieri ⁊ timuerūt. Ille aūt dicit eis. Ego ſuꝫ, nolite timere. Uoluerūt ergo eū accipe in nauiꝫ: ⁊ ſtatim nauis fuit ad terrā, ad quā ibant. Dñs vobiſcum. Oremus. Oratio.

DEus, cuius in mari vie ⁊ ſemite in aquis multis: intende ſupplicantiū preces: ⁊ famulos tuos in hac naui cōſtitutos maris ſemitas peragrantes: quos ſacramentoꝝ tuoꝝ pfudit grā: potentie tue dextera ꝓtectos regas, ⁊ in fluctibꝰ gubernes aduerſus oēs formidines atqꝫ infortunia: oībuſqꝫ in hac naui cōtentis ſubſtantijs atqꝫ īpoſitis bñdicas: ✠ eorūqꝫ lucra multiplices, ac contra cuncta terraꝝ ⁊ maris diſcrimina eos ꝓpitiꝰ defenſare digneris. Per dñꝫ. Kyrie el. Chri. Kyrie el. Pr noſter. Aue maria. Credo in deum. fol. 23. Cū dr̄ Pr̄ nr̄. ⁊ reliqua ſacerdos aſpergat aquaꝫ benedictaꝫ per totā nauiꝫ. Poſtea cōpleto. Credo dicat ℣. Jn mari vie tue ⁊ ſemite tue ī aqs multis: ⁊ veſtigia tua nō cognoſcētur. ℟ Deduxiſti ſicut oues populū tuū in manu moyſi ⁊ aarō. Dñe exaudi orōnē meā. Dñs vobiſcū. Oremus. Orō.

EXaudi nos domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus, ⁊ mittere digneris ſanctum angelum tuuꝫ de celis: qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat oēs habitantes in hoc habitaculo. Per chriſtum. ℟ Amen. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui beatum petrum apoſtolum tuum ſuper mare ambulantem ad te venire iuſſiſti: ⁊ coapoſtolum eius paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberaſti: bene ✠ dicere digneris hanc nauim: ⁊ famulis tuis in ea nauigantibus in tua miſericordia confidentibus adeſſe digneris, vt ope miſericordie tue adiuti, ad loca deſtinata: ⁊ ad portum ſalutis ſine impedimento ſani ⁊ incolumes valeant peruenire. Qui viuis ⁊ regnas in vnitate ſpiritus ſancti ⁊c.

BEnedictio dei oīpotentis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſcī deſcēdat ſupꝫ hāc nauim, ⁊ nauigātes in ea: ⁊ maneat ſempꝫ.

Amen. Dñs vobiscum. Initium sancti euangelij secundum Joannem. In principio erat verbum. supra. i fo. 176. Añа. Salue regina. cũ orone. Concede. ¶ De benedictione seu aspersione aque benedicte per officinas canonice vel domus proprie. Capit. 28.

Cum clerici volunt aspergere aquã benedictã per officinas canonice, vel domus, vadat aliquis sacerdos cum socio vel sociis ⁊ aspergens aquam benedictaʒ incipiat in sacristia psalmũ. Memento dñe dauid. supra. fol. 175. Añа. Domum istaʒ protege dñe, ⁊ angeli tui sctĩ custodiant muros eius. ℣. Dñe dilexi decorẽ dom⁹ tue. ℟. Et locũ habitationis glie tue. Orem⁹. Orõ.

Omnipotẽs ⁊ misericors deus, qui sacerdotũ ministerio ad tibi seruiendum ⁊ supplicanduʒ dignaris: q̃s imensam clementiaʒ tuã, quicquid mõ visitamus visites, quicquid bene ✠ dicimus, bñ ✠ dicas, sitqʒ ad nr̃e humilitatis introitũ, sctõruʒ tuoꝝ meritis, fuga demonũ angeli pacis ingressus. Per chr̃ʒ. Postea procedat ad dormitoriũ, ⁊ ibi dicat psal. Leuaui oculos. fo. 183. Añ. Salua nos dñe vigilãtes, custodi nos dormiẽtes: vt vigelim⁹ cuʒ xp̃o, ⁊ requiescam⁹. ℣. in pace i idipsũ. ℟. dormiã ⁊ requie. Orem⁹.

Bene ✠ dic dñe hoc dormitorium famulorum tuoꝝ: qui nõ dormis neqʒ dormitas custodiens israel, ⁊ famulos tuos in hac domo quiescentes post laboreʒ custodi ab illusionibus fantasmaticis satane, vt vigilantes in preceptis tuis meditentur: ⁊ dormientes te ꝑ soporẽ sentiant, ⁊ hic ⁊ vbiqʒ defensionis tue muniantur auxilio. Per chr̃m. In infirmaria dicat psalmũ. Dñe ne in furo. i. fol. 55. Añа. Aspice dñe de sede sancta tua: ⁊ cogita de nobis, inclina deus meus aurẽ tuã ⁊ audi: aperi oculos tuos: ⁊ vide tribulationeʒ nr̃am. ℣. Miserere mei dñe qm̃ infirmus sum. ℟. Sana me dñe qm̃ conturbata sunt ossa mea. Oremus. Oratio.

Omnipotens ⁊ misericors deus, q̃s imensam pietatem tuã: vt ad intuitum humilitatis nostre hunc locum infirmitorij: ⁊ hunc famulum tuum: vel famulos tuos in eo fessum, vel fessos iacentem, vel iacẽtes salutifere visitare digneris: ⁊ sicut visitasti dominc thobiam, socrum petri, puerumqʒ centurionis: ita ⁊ iste, vel isti pristina sanitate anime corporisqʒ recepta gratiarum tibi in ecclesia tua referat, vel referant actionem. Per christum dominum nostrum. In refectorio dicat psalmum. Beati omnes qui timent dominum. folio 176. Añа. Oculi omnium in te sperant domine, ⁊ tu das illis escas in tempore opportuno: aperis tu manum tuam ⁊ imples omne animal bñdictione. ℣. Edent pauperes ⁊ saturabuntur.

buntur. ℟. Et laudabunt dominũ qui requirunt euz. Oremus.
Omnipotens ⁊ misericors deus, qui famulos tuos Oratio. in hac domo alis refectione carnali, vt cibum vel potum te bene✠dicente cum gratiarum actione percipiant: presta quesumus, vt hic ⁊ in eternum per te salui esse mereantur. Per christuz dominum nostruz. ℟. Amen. In coquina dicat psalmum. Dominus regit me. foljo. 159. Antiphona. In loco pascue ibi me collocauit. ℣. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. ℟. Qui habitare facis vnanimes in domo. Oremus. Oratio.
DEus eterne, ante cuius conspectum assistunt angeli, ⁊ cuius nutu reguntur vniuersa, qui etiam necessariis humane fragilitatis tua pietate consulere non desinis, te humiliter imploramus, vt habitaculum istius officine illa bene✠dictione perfundas, qua per manus helisei prophete in olla eremitica gustus amarissimos dulcorasti: ⁊ semper hic tue benedictionis copia redundante laudes tibi referant serui tui, qui das escaz omni carni: ⁊ imples omne animal bene✠dictione saluator noster. Qui viuis ⁊ regnas. per omnia. ℟. Amen. In cellario dicat psalmum.
BEnedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prelium: ⁊ digitos meos ad bellum. Misericordia mea ⁊ refugium meum, susceptor meus ⁊ liberator meus. Protector meus: ⁊ in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me. Domine quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis qꝛ reputas eum? Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra pretereunt. Domine inclina celos tuos ⁊ descende, tange montes ⁊ fumigabunt. Fulgura coruscationem ⁊ dissipabis eos, emitte sagittas tuas ⁊ conturbabis eos. Emitte manum tuã de alto, eripe me ⁊ libera me de aquis multis, ⁊ de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitatem, ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis. Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi. Qui das salutem regibus: qui redemisti dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorum: quorum os locutum est vanitatem, ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouelle plantationes in iuuentute sua. Filie eorum composite, circumornate vt similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fetose abundantes in egressibus suis: boues eorum crasse. Non est ruina macerie: neque transitus, neque clamor, in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui hec ſunt: beatus populus cuius dominus deus eius. Aña. Ecce ego mittam vobis frumentum ⁊ vinum ⁊ oleum: ⁊ replebimini in eis, dicit dominus: ideoque exultate ⁊ letamini in domino deo veſtro. ℣. Emittet dominus benedictioñ ſup cellaria tua. ℟. Et ſup opera manuũ tuarũ. Oremꝰ.

Oratio.

Omnipotens ⁊ miſericors deus: qui vbiq; preſens es, maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus: vt huic promptuario gratia tua adeſſe dignetur, que cuncta aduerſa ab eo repellat: ⁊ abundantiam bene ✠ dictionis tue largiter infundat. Per chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen. In clauſtro dicat pſalmum.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit ⁊ deficit anima mea in atria domini. Cor meum ⁊ caro mea: exultauerunt in deum viuum. Etenim paſſer inuenit ſibi domu;: ⁊ turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua dñe virtutu;: rex meus ⁊ deus meus. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Beatus vir cuius eſt auxiliu; abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymaru;: in loco quem poſuit. Etenim benedictione; dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in ſion. Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob. Protector noſter aſpice deus: ⁊ reſpice in faciem chriſti tui. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper millia. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia miſericordiam ⁊ veritatem diligit deus: gratiam ⁊ gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum beatus homo qui ſperat in te. Aña. Congregauit nos in vnum chriſti amor: timeamus ⁊ amemus Chriſtum deum: vbi charitas ⁊ amor ibi deus. ℣. Ecce quam bonum ⁊ quam iocundum. ℟. habitare fratres in vnum. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui nos ſingulari prerogatiua gratie in hoc religionis clauſtro miſericorditer congregaſti: da nobis famulis tuis, ita in eodem laudabiliter tibi ſeruire: ⁊ in fraternitatis amore ⁊ ſyncera dilectione ac mutua pace conuiuere: vt tande; ad illa; patriã, in qua oĩa ſecura firma trãquilla ⁊ ſtabilia ſunt te largiente puenire valeamus. Per chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen. Ad portam principalem dicat pſalmum.

Lauda Hieruſalem dominum: lauda deum tuum ſion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit

xit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe fru/
menti satiat te. Qui emittit eloquium suum terre: velociter cur/
rit sermo eius. Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cine/
rem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem
frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbum suum et liquefa/
ciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque. Qui annunciat verbuz
suum iacob: iustitias et iudicia sua israel. Non fecit taliter omni
nationi: et iudicia sua nõ manifestauit eis. Antiphona. Conforta/
uit dominus seras portarũ nostraruz: et benedixit nobis. ℣. Hec
est porta domini. ℟. Et iusti intrabunt in eam. Orem⁹. Oratio.
D Omine Jesu christe: qui in introitu portarum hierusalem
valuas sanctificasti, dum splendore gemmarum duodecim:
totidem apostolorum nomina presignasti: et qui per organum pro/
pheticum predixisti. Lauda hierusalẽ dominũ: q2 cõfortauit seras
portarũ tuarũ: et benedixit filijs tuis in te: te q̃s, vt ponas omnes fi
nes domus istius pacem, vt velociter currẽs interius sermo tuus
adipe frumenti satiet eos: spiritus sanctus defendat illos: vt nũq̃
nocere eis preualeat inimicus: sed omnes habitãtes in ea interius
voce corde et opere decantent dicentes. Magn⁹ dñs deus noster
iesus christus, et magna virtus ei⁹: et sapiẽtie eius nõ est numerus.
Qui cuz deo patre i vnitate eiusdez spũs sancti in trinitate pfecta
viuis et regnas deus. Per oĩa secula sclo℞. Amẽ. Dñs vobiscum.
Sequẽtia scti euãgelij s̃m Lucam. In illo tpe. Ingressus iesus
perãbulabat hiericho. fol. 106. Añ. Beata gẽs cuius est dñs de⁹
eo℞ populus elect⁹ i hereditatẽ sibi kyrie. Christe. kyrie. Pater
nr̃. Et ne nos. Sed libera. ℣. Custodi nos dñe vt pupillã oculi.
℟. Sub vmbra ala℞ tua℞ ptege nos. Dñs vobiscum. Oremus.
D Eus, q i oĩ loco dñationis tue dedicator semp assistis, Orõ.
exaudi nos q̃s, vt inuiolabilis huius domus pmaneat bñdi/
ctio: et beneficia tui muneris vniuersitas q̃ supplicat mereat. Orõ.
V Jsita, quesumus domine, habitationem istam: et omnes insi/
dias inimici ab ea longe repelle: et angeli tui sancti habitent
in ea, qui nos in pace custodiant: et benedictio tua sit super nos
semper. Per christum dñm nostrum. ℟. Amen. Postea addat
orationes de beata virgine et alijs sanctis ad libitum. In reditu
ad ecclesiam dicere poterit psalmum. Qui habitat in adiutorio.
fol. 57. Kyrie eleison. Pater nr̃. Et ne nos. ℣. Memor esto cõ/
gregationis tue. ℟. Quã possedisti ab initio. Orem⁹. Orõ
O Mnipotẽs sempiterne deus dirige act⁹ nr̃os in benepl aci/

to tuo, vt in nomine dei et domini nostri iesu christi filij tui dilectissimi mereamur semper bonis operibus abundare. Per eundem.

¶ Benedictio ad initium alicuius operis boni. Capit. 29.

℣. Adiutorium nostrum. ps. Ad te dñe leuaui animam. fol. 159.

℣. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

D Eus, a quo omne bonum sumit initium, et semper ad potiora progrediens percipit incrementū, concede quesumus supplicantibus nobis, vt quod ad laudē nōis tui incohoare aggredimur, eterno tue paterne sapientie munere perducatur ad terminum. Per christum dñm. ¶ De benedictione ignis. Capit. 30.

℣. Adiutoriū nr̄m. Dñe exau. Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

D Omine deus noster pī oṗs, lumē indeficiens, cōditor oīum luminū, exaudi nos famulos tuos: et bene ✠ dic hūc ignem qui tua sctificatione atq; bñ ✠ dictione cōsecrat̄, tu qui illuminas oēm hoīem venientē in hūc mundū, illumina tenebras cordis nr̄i et cōscientias nr̄as igne tue charitatis: vt tuo lumine igniti, tuo lumine illuminati, expulsis a cordib⁹ nr̄is pctō℞ tenebris: ad vitā te illustrante peruenire mereamur. Per chr̄m. Oremus. Oratio.

D Omine sancte, pī oṗs, eterne deus in noīe tuo et filij tui dñi nostri iesu chr̄i et spūs scti bñ ✠ dicimus ignē: et scti ✠ ficamus creaturā hanc ignis, tu quoq; eā tua virtute corrobora, et ad nostrā salutē prouenire concede. Per chr̄m. Postea aspergatur aqua bñdicta ¶ De bñone dom⁹ ne ꝯburatur ab igne. Cap. 31.

℣. Adiutorium nostrū in n omine dñi. Oremus. Oratio.

D Efende, q̄s dñe, locum istum vel domum istam: a maioribus vsq; ad minimos, cum pecoribus et rebus suis ab igne, ab infirmitate: a tempestate: ab ira ventura: ab oībus tribulationibus diaboli: et ab insidiis inimici: vt sit deus habitator et custos: et eā ab omni igne custodiat. Per christum do. ℟ Amen. Aspergatur aqua benedicta. ¶ De benedictione noui putei. Capit. 32.

℣ Adiutoriū. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

S Upplices deprecamur dñe clementiā pietatis tue, vt aquā putei huius celesti bene ✠ dictione sancti ✠ fices, et ad cōmunem vite vsum concedas esse salubrem: et ita ex ea fugare digneris omnem diabolice tentationis incursum, vt quicunq; ex eo hauserint, vel biberint, vel in quibuscunq; necessariis vsibus hausta aqua vsi fuerint: totius virtutis ac sanitatis dulcedine perfruātur, vt tibi sanctificatori et saluatori oīum dño gratias agere mereātur. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

D omine

D Omine deus oþs qui in huius putei altitudinem: per crepidinem fistularum: copiã aquarum manare iussisti: presta vt te iubente atqz bene ✠ dicẽte: per nostre officium functionis repulsis hinc fantasmatibus calliditatibus atque insidijs diabolicis purificatus atque emundatus semper hic puteus perseueret. Per christum dominum nostrum. Postea aspergatur aqua benedicta.

¶ De benedictione noue aree. Cap. 33.

P Rimo sacerdos totam aream aspergat aqua benedicta dicens añaz. Asperges me dñe hyssopo. ⁊ totũ. ℣. psal. Miserere mei. fol. 56. quot fuerint necessarij semper interserendo añ. Asperges me domine. post singulos. ℣. psal. Post. Gloria pri. repetatur añã Asperges me domine. ℣. Adiutoriũ nostrũ i nomine domini. dñe exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

M Ultiplica, q̃s dñe, i hac area frumenti dona: ⁊ sicut fidelibus tuis tricenarium atqz sexagenariuz vel centesimũ fructũ donare ↄsueuisti: ita ⁊ famulis tuis p̄senti tp̄e vberius tue liberalitatis dona largire: ⁊ sup eã virtutẽ tue benedictionis infunde. Per chrm. ℟. Amen. ¶ De benedictione ad vasa noua. Ca. 34.

℣. Adiutoriũ nostrũ. Dñe exaudi. dñs vobiscũ. Orem⁹. Oratio.

P Rotector fidelium deus ⁊ subditorum pectoruz habitator: quesumus vt serenis oculis tue pietatis hec vascula ita illustrare digneris: vt super ea descendat gratie tue large benedictio: vt cum salubritate vtentes eis, per gratiam tuam mereãtur vasa effici munda. Per christum. Aspergantur aqua benedicta.

¶ De benedictione noui panis. Cap. 35.

℣. Adiutoriuz nostruz. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

B Enedic dñe creaturam istam panis, sicut benedixisti quiqz panes in deserto: vt sit donum eiusdem in annuũ alimentũ, gustantesqz ex eo accipiant tam corporis q̃z anime salutem. Per christum. ℟. Amen. ¶ De benedictione vini noui. Cap. 36.

℣. Adiutoriũ nostrum. Dñe exau. dñs vobiscũ. Orem⁹. Oratio.

D Omine scẽ, pr̃ oþs, eterne deus bonoꝝ oĩum dator ⁊ conseruator: qui inter reliquas creaturas tuas vinũ in hominũ sustentationẽ ⁊ letitiam ex fructu vuarũ pdire iussisti, quiqz p vnigenitum filiũ tuũ dñm nostrum iesum christum in nuptijs in chana galilee aquam in vinum mirabiliter permutasti, ⁊ sacramentum pretiosissimi sanguinis eiusdem filij tui in vini materiam sanctificari iussisti: te supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam vini bene ✠ dicere ⁊ sanctificare digneris: vt famuli tui ⁊

Bñones auiũ, lardi, casei, butyri, lactis, mellis: ꝛ leguminũ famule ex eo gustantes anime ꝛ corporis recipiant sospitatez: ꝛ te omnium gratiarum largitorem sine fine collaudent. Per eundẽ christum dominum nostrum. ℞. Amen. Aspergatur aqua benedicta. ℭ De benedictione auium. Capitul. 37.

℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus vniuerse creature, qui inter ceteras diuersarum creaturarum species pro humani generis vsu etiam volatilium genus ex aqua producere dignatus es: ex quibus noe de arca egrediens holocausta tibi offerens placuit: ꝛ qui populum tuuz ex egypto eductum per moysen seruum tuum munda ab imundis segregans edendi preceptum dedisti: te supplices rogamus: vt has mundarum auium carnes bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris: vt quicunqz ex eis comederint benedictionis tue abundãtia repleantur, ꝛ ad eterne vite gaudia peruenire mereantur. Per. Aspergatur aqua benedicta. ℭ De benedictione lardi. Cap. 38.

℣. Adiutorium nr̃m. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic domine creaturam istam lardi: vt sit remedium salutare generi humano: ꝛ presta per inuocationez tui sancti nominis: vt quicunqz ex eo sumpserint: corporis sanitatem ꝛ anime tutelam percipiant. Per christum. ℞. Amen. Asperganũ aqua benedicta. ℭ Benedictio casei vel butyri. Cap. 39.

DIgnare, q̃s op̃s deus: sanctificare hanc creaturam casei vel butyri, quam ex adipe animalium producere dignatus es: ꝛ concede propitius, vt quicunqz ex populis tuis fidelibus ex eis comederint vel gustauerint, omni benedictione celesti ꝛ gratia saturati repleantur in bonis. Per chr̃m. ℞. Amen. Asperganũ aqua benedicta. ℭ Benedictio lactis ꝛ mellis. Cap. [illegible]

℣. Adiutorium nostruz. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic dñe has creaturas lactis ꝛ mellis: ꝛ pota famulos tuos fonte perenni: qui est spiritus veritatis: ꝛ enutri eos de hoc melle ꝛ lacte. Tu.n. dñe promisisti p̃ribus nr̃is abrahã isaac ꝛ iacob dicẽs: introducã vos in terrã ꝓmissionis terrã fluentẽ lac ꝛ mel. Coniunge dñe hos famulos tuos spũ charitatis ꝛ pacis sicut coniunctũ ẽ lac ꝛ mel in chr̃o iesu dñó nr̃o. Qui. Asperganũ aqua bñdicta. ℭ De bñdictione seminũ olerũ ꝛ leguminum. Cap. [illegible]

℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

TE domine petimus ꝛ rogamus: vt hec segetum, fructuum, olerum, leguminũ ꝛ herbarum semina oculis tuis serenis aspicias: sicut enim testatus es moysi famulo tuo in terra egypti dicens,

cens: dic filiis israel cum ingressi fuerint terram promissionis: quam eis dominus deus daturus est: initium frugum suarum offerant sacerdotibus: ⁊ erit benedicta: ita ⁊ nos oramus dñe auxiliũ misericordie tue super hec semina: ex quibus fructus de terra suscipere speramus: vt non grãdo illa succidat, non turbo tempestatis detruncet: non aquarum inundantia abducat: non aeris inundatio extermin(e)t: sed tua sancta bene ✠ dictione munita fructifera ⁊ superabundantia propter animarum ⁊ corporum humanorũ vtilitatem ⁊ vsum ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per christum dominum nr̃m. Aspergantur aqua benedicta.

¶ Benedictio contra aues, vermes, mures, vel locustas: vel alia animalia terram vel fructus vastantia vel aquas inficientia. ℣. Adiutorium. Domine exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

PReces nostras: q̃s dñe, clemẽter exaudi: vt qui iuste pro peccatis nr̃is affligimur: ⁊ hãc auiũ: vermiũ: seu muriũ: aut locustarũ vel aliorũ aĩalium persecutionẽ patimur, ꝑ tui nois glĩa, ab ea misericorditer liberemur: vt procul a tua potentia expulsi nulli noceãt, ⁊ hos cãpos agros vel vineas aut aquas in trãquillitate ⁊ quiete dimittãt: quatenꝰ ex eis surgẽtia ⁊ orta tue maiestati deseruiant, ⁊ nr̃e necessitati subueniãt. Per. ℟. Amẽ. Oremus. Orõ.

OMnipotens sempiterne deus oĩum bonorũ remunerator, ⁊ pctõrũ maximꝰ miserator: in cuius noĩe oĩa genua flectũtur celestia, terrestria: ⁊ infernalia: tua potentia nobis pctõribus omnipotẽter cõcede: vt q̃d de tua misericordia cõfisi agimus: per tuã grãz efficacẽ cõsequamur effectũ: quatenꝰ hos pestiferos vermes vl' mures: aues: vl' locustas: aut alia aĩalia ꝑ nos seruos tuos maledicendos maledicas: segregandos segreges: exterminandos extermines: vt per tuam clementiaz ab hac peste liberati gratiarum actiones maiestati tue libere referamus. Per christũ dñm nostrum. ℟. Amen. Postea sequens exorcismus sequitur.

EXorcizo vos pestiferos vermes: mures: aues: seu locustas aut alia aĩalia per deũ prẽm oĩpotentem, ⁊ iesuz chr̃m filiuz eius: ⁊ spũm sanctũ ab vtroq; procedentẽ: vt confestim recedatis ab his campis: seu vineis: vel aquis: nec amplius in eis habitetis: sed ad ea loca transeatis: in quibus nemini nocere possitis: pro parte omnipotentis dei ⁊ totius curie celestis: ⁊ ecclesie sancte dei vos maledicens: q̃ quocunque ieritis sitis maledicti deficientes de die in diem in vos ipsos ⁊ decrescentes: quatenus reliquie de vobis nullo in loco inueniantur nisi necessarie ad salutẽ ⁊ vsuz

BEne ✠ dic dñe hunc nouum fructum arborum, ꝛ presta, vt qui ex eo in tuo nomine vescentur, corporis ꝛ anime sanitatem potiantur. Per dñm. ℟. Amē. Aspergatur aqua benedicta.

¶ De benedictione nouorum pomorum. Capitul. 46.

℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

TE deprecamur oṗs eterne deus, vt benedicas hunc fructū nouum pomorum, vt qui per esum interdicte arboris, letali in protoparente funere multati sumus, propitius postulationibus nostris placatus intende, ꝛ per virtutem tuam, ꝛ dilectissimi filij tui dñi nostri iesu christi, ꝛ spũs sancti hos fructus tua bñ ✠ dictione sancti ✠ fica, atqꝫ tua dignatione ✠ purifica: vt expulsa vetusti hoīs ac primi facinoris incentoris prauitate, salubriter ex hac die de vniuersis terre edendis germinibus ad tui laudē cū alacritate ꝛ sospitate sumamus. Per. ℟. Amē. Aspergatur aqua bñdicta.

¶ De benedictione vinee. Capitul. 47.

℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus, qui vineam tuam ex egypto eductam mirabiliter plā tasti, preces nr̃as benignus exaudi, vt in hac vinea famulorū tuoꝝ bñ ✠ dictio celestis copiosa descendat: ꝛ quod in ea ad vsū humani gñis tribuere dignatus es, multiplicetur redundando: ꝛ rorē tue bñ ✠ dictionis infunde. Per chꝛ. ℟. Amē. Aspergatur aqua bñdicta. ¶ De bñone cōi sup fruges ꝛ vineas. ca. 48.

℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus Oratio.

TE domine sancte: pater omnipotēs: eterne deus: supplices deprecamur: vt misericordia tua iugiter nobis cōcedas sufficientem messium copiam: ꝛ fructuum omnium largitatē tribuas: vinearum quoqꝫ substantiam abundanter arborum fetus prouentusqꝫ omnium rerum: atqꝫ ab ipsis omnibus pestiferum sydus: tempestatis procellam: ꝛ grandinis fragorem: ꝛ vniuersa mala amouere digneris. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus multiplica super nos misericordiā tuā: ꝛ preces nostras benignus exaudi: vt in has fruges famulorum tuorum veniat sperate bene ✠ dictionis vbertas: vt repleti de frugibus tuis in tuo nomine de tua gratia semper exultent. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus maiestatē tuā supplices exoramus: vt has terre nostre segetes ad maturitatem fertilitatis perducere digneris: vt esurientium animas bonis affluentibus repleas: ꝛ egeni ꝛ pauperes laudent nomen tuum. Per chri/

stum dominum nrm. ℟. Amen. Aspergantur aqua benedicta.
¶ De bñone vue vel ficuũ, vel quorũcũqz aliorũ fructuum. ca. 49.
℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.
BEne ✠ dic domine hos fructus nouos vue, vel ficuũ pomorũ, castanearum, peponum, amygdalarũ et cetera, que tu per rorem celi et inundantiam pluuiarum et tempora serena atqz tranquilla ad maturitatem perducere dignatus es, ad percipiendum nobis cum gratiarũ actione. Per chrm. ℟. Amen. Aspergatur aqua bñdicta. ¶ De benedictione ad fructus nouos. Cap. 50.
℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscuz. Oremus. Oratio.
DOmine sancte, pater omnipotens, eterne deus: qui celum et terram mare et omnia creasti: te supplices q̃s vt hunc fructũ nouum. N. bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris et multiplicare abundater offerentibus tibi: vt repleas eorum cellaria cum abundantia frumenti et vini: vt letantes in eis referant tibi deo oĩpotenti laudes et gratias. Per chrm. ℟. Amen. Oremus. Oro.
ORamus pietatem tuã oĩpotens deus vt has primitias creature tue quas aeris et pluuie temperamento nutrire dignatus es bene ✠ dictionis tue imbre perfundas: et fructus terre tue vsqz ad maturitatem perducas: tribuas quoqz populo tuo de tuis munerib9 tibi semper gratias agere: vt a fertilitate terre esurientium animas bonis affluentibus repleas: et egenus et pauper laudent nomen glorie tue. Per chrm. ℟. Amẽ. Aspergatur aqua benedicta. ¶ De benedictione communi ad omnia. Cap. 51.
℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.
BEne ✠ dic dñe creaturã istam. N. vel. N. vt sit remediuz salutare generi humano, et presta per inuocationẽ tui sanctissimi nois: vt quicũqz ex ea sumpserint vel gustauerint corporis sanitatẽ et aĩe tutelã accipiant. Per chrm. ℟. Amen. Aspergatur aqua bñdicta. ¶ De benedictione in peste animelium. Cap. 52.
PRimo animalia aspergantur aqua benedicta. Postea sacerdos dicit ℣. Adiutoriuz nostrũ in nomine dñi. Dñe exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.
MIsericordiam tuam dñe supplices exoramus, vt hec aĩalia, que graui infirmitate vexãtur in nomine tuo atqz tue bene ✠ dictionis virtute sanentur. Extinguatur, in eis oĩs diabolica ptãs, ne vlterius egrotent, tu eis dñe sis defensaculũ vite et remedium sanitatis. Per dñm. ℟. Amen. Aspergantur aqua benedicta.
¶ De benedictione salis, quod datur animalibus. Cap. 53.
℣.

℣. Adiutorium. Domine exaudi. Dñs vobiscũ. Oremus. Oĩo.

DEus inuisibilis ꝛ inestimabilis pietatem tuam per sanctum ac tremendum filij tui nomen suppliciter deprecamur, vt in hanc creaturam salis bene ✠ dictione ꝛ potẽtiã inuisibilis operationis infundas: vt animalia, q̃ necessitatibus humanis tribuere dignatus es, cum ex eo acceperint vel gustauerint, bene ✠ dictio ꝛ sancti ✠ ficatio tua ab omni egritudinis ꝛ lesionis incursu te protegente custodiat. Per eundem. ℟. Amẽ. Oremus. Oratio.

DOmine scẽ, pr̃ oĩps, eterne deus: defende q̃s oĩa aĩalia nr̃a p hanc creaturam salis ꝛ aque: defende pijssime a rapacibus, a latronibus, a bestijs: a scabie, a morbo, a morsibus, a laqueis, a diabolo, ab infirmitate: ab inuidia, ꝛ malitia prauorũ, a malis hoĩb⁹: a malis oculis: a veneficijs: ab aruspicibus: ꝛ ab oĩbus malis saluare, ꝛ pecudes ꝛ alia animalia, que morbis ꝛ infirmitatib⁹ vexãtur: per hanc creaturã salis, ꝛ p inuocationẽ sancti noĩs tui sanare digneris. Per dñm. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio crucis. Cap. 54.

℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

ROgamus te dñe sancte, pater omnipotens, eterne deus, vt digneris bene ✠ dicere hoc lignum crucis, vt sit remediuꝫ salutare generi humano, sit soliditas fidei: profectus bonorum operum, redemptio animarum. sit solamen ꝛ ptectio ac tutela contra seua iacula inimicorum. Per do. Alia oratio ad idẽ. Orem⁹.

BEne ✠ dic domine hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum a demonum potestate, ꝛ superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in puaricatione primi hominis per lignum vetitũ, bene ✠ dic etiã dñe ꝛ sancti ✠ fica illud signaculum sacre passionis tue, vt sit inimicis tuis obstaculum, ꝛ credẽtibus perpetuum perfice auxiliuꝫ. Hic aspergat aqua benedicta.

SAnctificetur istud lignũ in nomine pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti: vt orãtes inclinantesqꝫ ppter dñm ante istaꝫ cruceꝫ inueniant sanitatẽ corporis ꝛ anime. Per dñm. ℟. Amẽ.

¶ Benedictio olei. Cap. 55.

℣. Adiutoriuꝫ nostrum in nomine domini. Exorcismus.

EXorcizo te creatura olei per deum patrem ✠ omnipotẽtẽ, qui fecit celum ꝛ terram: mare ꝛ oĩa, que in eis sunt. Omnis virtus aduersarij omnis exercitus diaboli, ꝛ omnis incursus: oĩs fantasma satane eradicare ꝛ effugare ab hac creatura olei, vt fiat omnibus, qui eo vsuri sunt salus mentis ꝛ corporis. In noĩe

dei ✠ patris omnipotētis ꝛ iesu ✠ christi filij eius domini nostri. ꝛ spūs ✠ sancti paracleti. Et in charitate eiusdem dn̄i nostri iesu christi: qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℟. Am̄. ℣. Dn̄e exaudi. Dn̄s vobiscū. Oremus. Oratio.

D Omine deus omnipotens: cui astat exercitus angelorum cum tremore: quorum seruitium spirituale cognoscitur: dignare respicere ꝛ bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare hanc creaturam olei: quam ex oliuarum succo eduxisti: ꝛ ex eo infirmos inungi mandasti: quatenus sanitate percepta tibi deo viuo ꝛ vero gratias agerent: presta quesumus: vt hi: qui hoc oleo: quod in tuo nomine bene ✠ dicimus vsi fuerint: ab omni languore, omnique infirmitate atque cunctis insidiis inimici liberentur: ꝛ cuncte aduersitates separentur a plasmate tuo: quod pretioso sanguine filij tui redemisti: vt nunquam ledatur a morsu serpentis antiqui. Per eundem dominum nostrum Jesum christum filium tuū ꝛc. Aspergatur aqua benedicta. ¶ Benedictio cilitij ex penitentia induendi. Capit. 56. ℣. Adiutorium no. Domine exaudi orationem. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

O Mnipotens ꝛ misericors deus: qui peccatoribus ꝛ penitentibus hoc indumento vestitis misericordiā ꝛ veniā tribuisti: oramus clementiam tuam: vt indumentum hoc, quod vocatur cilitium bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris: vt quicūq; eo pro peccatis indutus fuerit ꝛ misericordiam tuam implorauerit: veniam ꝛ indulgentiam tue sancte misericordie consequatur. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum Qui tecū viuit ꝛ regnat in vni. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

¶ Partis secunde libri sacerdotalis de officio Sacerdotis curati: ꝛ variis benedictionibus finis.

¶ Libri sacerdotalis de officio sacerdotis curati pars tertia ꝛ vltima in qua tractatus quatuor continentur.

¶ Tertia pars libri Sacerdotalis in quatuor Tractatus diuisa: in quorum Primo agitur De processionibus ordinariis ꝛ extraordinariis faciendis.

¶ In secundo: de computo ecclesiastico.

¶ In tertio: de summaria musice ecclesiastice instructione.

¶ In quarto: de exorcismis demoniacorum.

¶ Tractatus primus tertie partis libri sacerdotalis de processionibus faciendis. Proemium.

Processiones

Processiones faciendas ob diuersas causas ⁊ necessitates sctā mr̄ ecclesia catholica ab antiquo instituit. De quibus in hac vltima pte huius codicis tractaturi quatuor principaliter videbimus. Primo vnde ortū habuit processionum celebratio. Secundo quot processiones fiant per anni circulū. Tertio quibus ex causis fiant processiones. Quarto quis modus ⁊ ritus obseruandus est in processionum celebratione.

¶ Unde ortum habuerit processionum celebratio. Cap. 1.

Processionum celebratio: secundum Clarissimum doctorem dominum Gullelmum durantis in suo diuinorum officiorum rationali: ortū habuit a sanctis patribus: quādo egressi de terra ⁊ seruitute egyptiaca processerunt per desertum annis. 40. ⁊ tandem ad terram promissionis peruenerūt: vt habetur in Exodi: Leuitici: ⁊ Numerorum libris: per totum vsqȝ ad librum Josue inclusiue. ¶ Rursus Dauid rex ⁊ propheta vir deo acceptissimus: ⁊ Salomon filius eius diuersis temporibus arcaȝ federis domini portantes fecerunt solemnissimas processiones: vt habetur. 2. Regum. 6. ⁊. 3. Regum. 8. capitulis. Nam cum hymnis ⁊ canticis ⁊ multarum victimarum oblationibus deportauerunt arcam ipsam ad loca ei deputata. ¶ Insuper in processionibus memoramus qualiter dn̄s noster iesus christus de celo processit in vteruȝ virginis marie sacratissime: ⁊ ex vtero eiusdem virginis matris processit in mundum: tanq̄ȝ sponsus procedens de thalamo suo. ps. 18. ¶ Ista ergo considerantes sancti patres processiones instituerunt: que sunt ad memoriam rerum antiquarum: ⁊ ad gratiarum actiones deo agendas. ¶ Rursus legimus. 2. Machabeorum 3. q̄ tempore, quo Eliodorus volebat templi thesaurum expoliare: qua de re ingens detrimentum īminebat ciuitati hierusalem: sacerdotes induti stolis iactauerunt se coram altari: ⁊ inuocabant

dñi: et alij cõgregati de domib⁹ suis cõsuebāt, publica supplica/
tione dominū obsecrantes. ¶ Romani etiā antiq(licet essent sine
vera fide et cognitione veri dei)diuersis tamē calamitatib⁹ oppssi,
decernebāt publicas fieri supplicationes. Hac igit ratiōe et causa
ecclesia instituit letanias maiores et minores: et ceteras supplicatio
nes seu pcessiones ppter diuersos casus et necessitates occurren/
tes fieri. Ab his igit et similib⁹ ortū habuit pcessionū celebratio.

¶ Quot sint processiones, que ordinarie fiunt per anni circuitum: et que sint processiones extra ordinarie. Cap. 2.

PRocessionum autem, quas ecclesia celebrat, quedam sunt
ordinarie: et quedam extra ordinarie, ex diuersis necessitati
bus occurentibus institute, vbi predictum est. Et ordinarie qui/
dem ſm eundē dñi Guillelmū, vt supra, sunt quatuor solēniores,
vz. Purificationis beate virginis marie. In ramis palmar. In
festo pasche: et in festo ascensionis: quia in eis recensentur gloriosa
opera dei: et salutis nostre veneranda et rememoranda beneficia.
Alie autem, vt in die cinerum, quando penitentes excludunt ad
tempus ab ecclesia, de qua in libro pontificali habetur: et in festo
sancti Marci: et in rogationibus: non sunt ita solēnes: sed potius
lugubres: quia institute fuerunt ob varias calamitates populos
opprimentes. ¶ Extraordinarie autem sunt, vt in festo penteco/
stes: corporis christi, dedicationis ecclesiarum: seu earum anniuer
sarij: et patronorum ecclesiaru: que debent solēnissime celebrari.
Relique vero extraordinarie processiones pro diuersis necessi/
tatibus indicte, que multe sunt, vt inferius patebit, cu magna de/
uotione et humilitate peragēde sunt: ſm exemplum niniuitarum.
Jone. 3. c. vt de⁹ omnipotens sua solita pietate cōuertat ab ira sua.

¶ Quibus ex causis fiant processiones. Cap. 3.

CAuse vero, quare fiant processiones (licet in genere supra
tactum sit) hic specialius exprimentur. ¶ In purifi/
catione beate virginis fit processio ad representandum proces/
sionem beate marie virginis: quando. 40. die post partum suum
virgineum et sacratissimum, dei et suum filium hierosolymam pro
cedendo presentauit in templo. ¶ In dominica in ramis pal/
marum fit processio, que representat, qualiter dominus noster ie/
sus christus sedens super asinam et pullum eius, ascendit hieroso
lymam, et pueri hebreorum cum ramis arborum: et turbe proster/
nentes vestimenta sua in via processerunt ei obuiam, et claman/
tes osana filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine domini.

¶ In die parasceues fit lugubris processio: qua representatur mestissima ⁊ dolorosa associatio sacratissimi corporis dñi nostri iesu christi pro peccatis nostris mortui, per pijssimā matreꝫ virginem: Joānem euāgelistam, mariam magdalenam, ⁊ reliquas marias: ⁊ alias deuotas ꝑsonas ad sepulturā. ¶ In festo pasche, ſm quasdā ecclesias, fit triplex ꝓcessio. Prima fit ante matutinas: in qua representat᷑ gloriosa christi resurrectio, ⁊ ꝓcessio eiusdem cū comitiua sanctoꝝ patruꝫ ex limbo ad visitandam matrem suam dilectissimam Magdalenam, ⁊ reliquas marias. ¶ Hora tertiarum fit secunda ꝓcessio, q̄ representat processionem marie Magdalene ad apostolos, eis resurrectionem christi nūciando, ⁊ apostolorum ad monumentum processionem ⁊ apparitionem multipliceꝫ: quā eadem die Petro, Jacobo, duobus eūtibus in Emaus: ⁊ nouissime decem apostolis fecit. ¶ Fit ⁊ tertia processio post vesperas eadem die ad sacros fontes, propter deuotionem nouiter baptizatorum: qui cuꝫ christo commortui ⁊ cōsepulti fuerunt peccato: ⁊ cū eodeꝫ ad vitā gratie resurrexerunt ꝑ baptismi sacri susceptioneꝫ. ¶ In festo ascensionis in quibusdam ecclesiis fit processio ad representandū processionem, quaꝫ christus fecit cum discipulis ad montem oliueti, ex quo in celum ascendit. ¶ In festo pentecostes fit processio in cōmemorationem spiritus sancti, qui in apostolos venit: ⁊ in memoriam iudeorum recurrentiuꝫ ad audiendū nouū genus, immo noua genera linguarū data apostolis per spiritum sanctum. ¶ In festo sacratissimi corporis Christi facimus solennissimam processionem ad honorem eiusdem dei ⁊ domini nostri Jesu christi, sue maiestati gratias referentes quod dignatus est nobis taꝫ suauissimū sacramētū in sue memoriā passionis recēsendā relinquere. ¶ In letanijs maioribus, ⁊ in rogationibus, que sunt letanie minores, fiunt processiones ad placandā irā dei, ne nos tribulationibus premat, sicut alias fecit, ⁊ etiam vt conseruet agros ⁊ vineas a grandine, ⁊ vt det populo suo cibum ⁊ potū sufficientem. ¶ Fit etiam processio pro impetranda pluuia, tempore siccitatis. ¶ Item pro impetranda serenitate: tempore imbrium ⁊ tpe tempestatū. ¶ Fit etiā processio pro ꝓpulsanda peste ⁊ mortalitate. ¶ Item tpe belloꝝ ⁊ obsidionuꝫ. ¶ Item tpe diuersaꝝ tribulationum īgruētiū. ¶ Fit etiaꝫ tpe victorie ꝯsecute ꝑ grāꝝ actiōe. ¶ Fit ēt pro diuersis alijs causis ad arbitrium ep̄oꝝ vel dn̄oꝝ tpaliū: sicut pro filijs regū vel principū de nouo natis, pro ligis ⁊ federibus initis, ⁊ ēt pro alijs casibus occurrentibus

¶ De ritu et modo processionum faciendarum. Cap. [illegible]

In oibus processionibus ordinarie prius incipiēda sunt ea, que in eis cātāda sunt in ecclesia, ſm q in singulis pcessionibus notatū est. Et dum egredit pcessio ſm dnm Gulielmum predictum, primo pcedat cleric⁹ cū aqua bndicta, quam aspergat p viam: qua processio transitura est hinc et inde, et sup oēs obuiātes. Postea sequuntur vexilla, si portāda sunt: deinde portent serpentes et dracones super perticaz: et maxime in rogationibus: dehinc accoliti cū cereis duobus vel quatuor: postea crux: deinde clerici, minoribus precedentibus: inter quos sint aliqui apparati sacris vestibus cū reliquijs et vasis sacris. Ultimo aliqua imago domini iesu christi vel beatissime virginis, vel alicuius sācti, vel aliqua insignis reliquia, vt portio crucis christi, vel sacramētuz eucharistie: que oia sunt portāda a quatuor clericis sacris vestibus indutis sup spatulas: et super dicta figura, vel reliqa, vel sacramento, portandū est baldachinū a quatuor de principalioribus illius terre. Deinde sequitur principalis sacerdos apparatus cum pluuiali, medius inter diaconum et subdiaconum. Postea sequantur viri, dignioribus precedentibus, deinde mulieres eodem ordine. Qui omnes tam clerici q̄ laici in dictis processionibus mature et deuote oculisqz ad terram demissis procedere debent, cogitantes quoniam misericordiā dei requirunt, que humiliter est petenda, sicut dicit psalmus. Humiliatus sum et liberauit me. ¶ Aduertendum tamen est, q in festo corporis christi nulla alia reliquia portanda est, sed solum corpus christi sacratissimum. Et omnes, qui possunt debent habere candelam accensam in manibus per totam processionem. Et dum fiunt processiones, pulsande sunt campane omnes loci vel terre illius, ad deuotionem excitandam. In processionibus autem cantentur ea, que in singulis processionibus assignabuntur. ¶ Solent etiam fieri altaria per vias, vnde transit processio: et ibidem cantanda sunt aliqua deuota, oibus coram altari genuflexis. Completa processione, cum omnes redierint ad ecclesiam, expetent sacerdotē, nec aliquis recedat ante eius aduentū. Qui faciat sicut inferius in processionibus singulis est notatum.

¶ De processione in festo purificationis beate marie. Capitul. [illegible]

In festo purificationis beate marie: finita tertia sacerdos indutus sine casula cum pluuiali: cum ministris indutis: procedit ad benedicendum Candelas: in medio ante altare dicēdo. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine

Domine sancte, pater omnipotens: eterne deus: qui omnia ex nihilo creasti, et iussu tuo per opera apum, hunc liquorem ad perfectionem cerei venire fecisti: et qui hodierna die petitionē iusti symeonis implesti, te humiliter deprecamur: vt has candelas in vsus hominum: et sanitatem corporum et animarum: siue in terra, siue in aquis per inuocationem tui sanctissimi nominis: et per intercessionem beate Marie semper virginis: cuius hodie festa deuote celebrantur: et per preces omnium sanctorum tuorum: bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris, huius plebis tue: que illas honorifice in manibus portare desiderat: teque cantando laudare: exaudias voces de celo sancto tuo: et de sede maiestatis tue: et propitius sis omnibus clamantibus ad te, quos redemisti precioso sanguine filij tui. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spūs sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amē. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: qui hodierna die vnigenitū tuum: in vlnis sancti symeonis in tēplo sancto tuo suscipiendum presentasti: tuam supplices deprecamur clementiam: vt has candelas: quas nos tui famuli in tui nominis magnificentia suscipientes gestare cupimus luce accēsas: bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare: atq; lumine superne benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi domino deo nostro offerendo, digni, et sancto igne tue dulcissime charitatis succensi: in templo sancto glorie tue representari mereamur. Per eundem. ℟. Amen. Oremus.

Domine Jesu Christe lux vera: que illuminas omnem hominem venientem in hunc mundū: effunde bene ✠ dictionem tuā super hos cereos: et sancti ✠ fica eos lumine gratie tue: et concede propitius, vt sicut hec luminaria igne visibili accēsa, nocturnas depellunt tenebras: ita corda nostra inuisibili igni, id est sancti spiritus splendore illustrata: omnium vitiorum cecitate careant, vt purgato mentis oculo, ea semper cernere possimus que tibi sunt placita, et nostre saluti sunt vtilia: quatenus post huius seculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficientem peruenire mereamur, per te iesu christe saluator mundi: q in trinitate pfecta viuis et regnas deus p oīa secula seculorum. ℟. Amē. Oremus

Omnipotens sempiterne deus, qui per moysen famulum tuum, purissimum olei liquorem ad luminaria ante conspectum tuū iugiter concremanda, preparari iussisti: bene ✠ dictionis tue gratiam super hos cereos benignus infunde, quatenus sic administrent lumen exterius, vt te donāte lumen spūs tui, no/

stris nõ desit mentibus interius. Per do. ℟. Amen. Oremus.

Domine iesu Christe, qui hodierna die in nostre carnis substantia inter homines apparens, a parentibus, in templo es presentatus: quem symeon venerabilis senex lumine spiritus tui irradiatus agnouit, suscepit, ꝛ benedixit: presta propitius, vt eiusdē spūs sancti gratia illuminati atqꝫ edocti, te veraciter agnoscamus, ꝛ fideliter diligamus. Qui cum deo patre in vnitate eiusdē spūs sctī deus viuis. ℟. Amen. Benedictione cõpleta aspergantur candele aqua benedicta, ꝛ adoleãtur incenso. Deinde duo clerici eas accensas sacerdotibus in suis locis manentibus distribuunt. Et cum inceperint distribuere: a choro cantatur aña Lumen ad reuelationem. ita qꝫ post quẽlibet versum psalmi: Nunc dimittis. ꝛ post Gloria. ꝛ post Sicut erat. reiteratur tota Aña.

Lumẽ ad reuelati onem gentiuꝫ, ꝛ gloriaꝫ plebis tu e israel. Ps. Nũc dimittis seruũ tuũ dñe: secũdũ verbũ tuuꝫ in pace. Aña. Lumẽ. Qꝛ viderũt oculi mei salutare tuũ. Aña. Lumẽ. Qđ parasti ante faciem oĩum populoꝝ. Aña. Lumen. Gloria patri ꝛ fi. Aña. Lumẽ. Sicut erat in principio: ꝛ nũc ꝛ semp. Aña. Lumen.

His expletis cantatur sequẽs Antiphona.

Exurge domine adiu ua nos. ꝛ li be ra nos ꝑpter nomen tu um. Ps. Deus auribus nostris audi uimus, pr̃es nostri an nun tia ue runt nobis.

gloria



Repetita aña. dicit sacerdos. Oremus. et diaconus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Exaudi quesumus domine plebem tuam: et que extrinsecus annua tribuis deuotione venerari interius assequi gratie tue luce concede. Per christum dñm. R. Amen. Deinde fit processio more solito. Et cantatur hec añe sequentes per ordinē Añ.

Ue grati a ple na de i ge nitrix vir go: ex te enim ortus est sol iu sti ti e: illu mi nans que in tenebris sunt: letare tu seni or iuste: suscipiens in vl nis libera to rem animarum no strarum donantem no bis et resurre cti o nem. Añ.

Dorna thalamū tuum si on: et su

scipe regez chri stuz, amplectere mari am, que est cele stis porta: ipsa enim por tat regem glo ri/e, no uo lu mi ne subsistit virgo, addu cēs manibus fi li uz ante lu ci fe rum, quē accipiens simeō in vlnis su is, predicauit popu lis do minuz e um es/se vite & mor tis, & saluatorez mun di. Aña.

Esponsum accepit symeon a spiri tu sancto non visurū se mortē ni si vide ret christū domini, & cum indu/

cerent

cerent pueruz in templo accepit eum in vlnas

suas, ⁊ benedi xit de um ⁊ dixit, Nunc dimit tis

do mine seruum tuum in pace.

In introitu ecclesie cantatur sequēs Rūsorium.

Obtule runt pro e o domi no par tur/

tu rum aut du os pul los co lum/

ba rum. Sicut scriptum est in

le ge domi ni. ℣. Postq̄ au tem impleti sunt dies

purga ti onis mari e secunduz legē moy si tulerunt

illū in hierusalē vt sisterent e um do mi no.

Sicut. ℣. Glo ri a pa tri ꝛ fi li o, ꝛ spi/ ri tui san cto. Sicut scriptum est.

¶ In die palmarum cōpleta tertia: ꝛ aspersione aque more solito facta, sacerdos procedit indutus cuz pluuiali: cū ministris indutis: ꝛ ramis in medio ante altare positis: a choro cantatur aña.

Osanna fi li o dauid benedi ctus qui ve nit in no mine domini, rex i sra el o san na in excelsis.

Deinde dicit sacerdos Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo In tono orationis misse. Oratio.

Deus quē diligere ꝛ amare iustitia est, ineffabilis gratie tue in nobis dona multiplica: ꝛ qui fecisti nos in morte filij tui sperare que credimus, fac nos eodem resurgente, peruenire quo tendimus. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spūs. Subscripta lectio cantatur in tono epistole ferialis. Lectio libri exodi.

In diebus illis. Uenerunt filij israel in helim, vbi erāt duodecim fontes aquarū, ꝛ septuaginta palme. Et castrametati sunt iuxta aquas. Profectiq3 sunt de helim, ꝛ venit omnis multitudo filiorum israel in desertum sina, quod est inter helim, ꝛ synai, quintodecimo die mensis secundi, postquaz egressi sunt de terra egypti. Et murmurauit omnis cougregatio filiorū israel contra moysen ꝛ aaron in solitudine. Dixerūtq3 ad eos filij israel. Utinam mortui essemus per manum domini in terra egypti: quando

sedebamus

sedebamus super ollas carniuz: ⁊ comedebamus panē in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud: vt occideretis oēm multitudinem fame? Dixit aūt dn̄s ad moysen. Ecce ego pluam vobis panez de celo. Egrediatur populus: ⁊ colligat que sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non. Die aūt sexto parent quod inferant, ⁊ sit dupluz quā colligere solebant per singulos dies: Dixerunt moyses ⁊ aaron ad oēs filios Israel. Vespere scietis, q' dn̄s eduxerit vos de terra egypti, ⁊ mane videbitis gl'iaz ei°. Deīde cātatur p graduali. Rn̄z.

Col le ge runt ponti fices ⁊ phari se i con filiuz ⁊ di ce bant, quid fa ci mus, qui a hic ho mo mul ta signa fa cit, si dimittimus e um sic, om nes cre dent in e um. Ne forte ve niant ro ma ni ⁊ tol lant nostrū lo cum: ⁊ gen

tem. ℟. Unus autem ex il lis cay/

phas nomi ne cũ esset põtifex anni il li us propheta uit

di cens: expedit vo bis vt vnus moria tur ho/

mo pro po pu lo: ⁊ non tota gens pe re at:

ab il lo ergo di e

cogi ta uerunt interfice re e um dicẽtes. ℣. Ne forte

Postea cantatur euangelium in tono feriali. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tempore. Cum appropinquasset Jesus hierosoly/mis ⁊ venisset bethphage ad montem oliueti: tunc misit duos di/scipulos suos dicens eis. Ite in castellum: quod contra vos est: ⁊ statim inuenietis asinam alligatam: ⁊ pullum cum ea. Soluite ⁊ adducite mihi. Et siquis vobis aliquid dixerit, dicite, quia domi nus his opus habet: ⁊ confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est: vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicẽ tem. Dicite filie sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam; ⁊ pullum filium subiugalis. Euntes autem discipu li fecerunt sicut preceperat illis iesus: ⁊ adduxerunt asinam ⁊ pul lum: ⁊ imposuerunt super eos vestimenta sua: ⁊ eum desuper se/

dere

dere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cedebant ramos de arboribus: et sternebant in via. Turbe autem: que precedebant: et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Post hec benedicuntur rami: et tunc dicit sacerdos. ℣. Dominus vobiscum. Responsorium. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Auge fidem in te sperantium deus: et supplicum preces clementer exaudi: et veniat super nos multiplex misericordia tua: benedicantur et hi palmites oliuarum: et sicut in figura ecclesie multiplicasti Noe egredientem de arca: Moysen exeuntem de egypto cum filiis israel: ita nos portantes palmas et ramos oliuarum bonis actibus occurramus obuiam Christo: et per ipsum in gaudium introeamus eternum. Qui tecum viuit et regnat etc.

Per om nia se cu la se cu lo rum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominū. ℣. Gratias agamus domino deo nostro. ℟. Dignum et iustum est

Prefatio.

Vere dignum et iustum est: equum et sa lu tare. Nos tibi semper et vbi que gra tias agere: domine sancte

pater omnipotens: eterne deus. Qui glori a ris

in con si li o sanctoꝝ tuorum, tibi enim seruiunt crea/

ture tu e, qui a te soluz authorē ꝛ deū cognoscūt, ꝛ

omnis factura tua te colla u dat, ꝛ bene dicunt te san/

cti tu i. Quia illud magnū vni ge ni ti tu i nomen

coram regibus ꝛ po te sta tibus hu ius secu li libe ra

voce con fi ten tur. Cu i assi stunt ange li ꝛ archan/

geli: throni ꝛ domi na ti ones: cumqz omni mi li/

ti a ce le stis exer ci tus: hymnum glorie tue concinunt

sine







Sequitur. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spũ tuo. Oro.

PEtimus domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: vt hanc creaturam oliue, quam ex ligni materia prodire iussisti: quamque columba rediens ad arcam proprio pertulit ore, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris, vt quicunque ex ea acceperint, accipiant sibi ad protectionem anime et corporis, fiatque domine nostre salutis remedium, tueque gratie sacramentum. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

DEus, qui dispersa congregas, et congregata conseruas, qui populis obuiam iesu ramos portantibus benedixisti, bene ✠ dic etiam et hos ramos palme et oliue: quos tui famuli ad honorez nominis tui fideliter suscipiunt, vt in quemcunqz locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius consequantur: et omni aduersitate effugata dextera tua protegat: quos redemit iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

DEus qui miro dispositionis ordine ex rebus etiam insensibilibus dispensationem nostre salutis ostendere voluisti: da quesumus, vt deuota tuorum turma fidelium salubriter intelligat quicquid mystice designatur in facto: que hodie celesti lumine afflata redemptori obuiam procedens, palmarum atque oli/

narum ramos vestigiis eius substrauit. Palmarum igitur rami de mortis principe triumphos expectant, surculi vero oliuarum spiritualem vnctionem aduenisse quodammodo clamant. Intellexit enim iam tunc illa beata hominum multitudo prefigurari, quia redemptor noster humanis condolens miseriis pro totius mundi vita cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus. Et ideo talia obsequens administrauit, que in illo, ⁊ triumphos victorie, ⁊ misericordie pinguedinem declarent. Quod nos quoqꝫ plena fide, ⁊ factum, ⁊ significatum retinentes, te domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, per eundem dominum nostrum iesum christum suppliciter exoramus, vt in ipso, atqꝫ per ipsum, cuius nos membra fieri voluisti: de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius gloriose resurrectionis participes esse mereamur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculo. ℟. Amen. Oremus.

Deus qui per oliue ramum pacem terris columbam nunciare iussisti, presta quesumus, vt hos oliue, ceterarumqꝫ arborum ramos celesti bene ✠ dictione sanctifices, vt cuncto populo tuo proficiant ad salutem. Per christuꝫ do. ℟. Amen. Oremus.

Bene ✠ dic quesumus domine hos palmarum, seu oliuarū ramos: ⁊ presta vt quod populus tuus veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa deuotione perficiat, de hoste victoriam reportando: ⁊ opus misericordie summopere diligendo. Per dominum nostrum. ℟. Amen. Hic rami asperguntur aqua benedicta dicēdo Antiphonā. Asperges me. sine cantu ⁊ sine psalmo, ⁊ incensantur oliue. Deinde dicat sacerdos. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui filium tuum dominum nostrum Jesum Oratio. christum, pro salute nostra in hunc mundum misisti: vt se humiliaret ad nos, ⁊ nos reuocaret ad te: cui etiam dum hierusalem veniret, vt adimpleret scripturas, credentium populorum turba fidelissima deuotione, vestimenta sua cum ramis palmarum in via sternebant, presta quesumus: vt illi fidei viam preparemus, de qua remoto lapide offensionis, ⁊ petra scandali, frondeant apud te opera nostra iustitie ramis, vt eius vestigia sequi mereamur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Postea duo clerici ramos distribuunt, clericis in locis suis manentibus. Et interim a choro cantantur sequentes antiphone. Antiphona.

Pueri

Ueri hebre orum portā tes ra/ mos o li uaruz: ob uia ue runt domi/ no clamantes ꝛ dicētes: o san na in excelsis. Aña.

Ueri hebre o rum vestimēta prosternebāt in vi a: ꝛ clamabāt dicētes: o sanna fi li o dauid: be/ nedictus qui venit in nomine domini. Que si nō sufficiāt, repetātur quousqꝫ ramorū distributio finiatur. Et dein/ de dicit sacerdos ℣. Dn̄s vobiscuz. ℟. Et cū spū tuo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dominum nostrum ie/ sum christum die azymorum super pullum asine sedere fe/ cisti: ꝛ a pueris rex appellari: ꝛ turbas populoruz vestimenta: vel ramos arborum in via sternere: ꝛ osanna decantare in laude zip/ sius docuisti: da quesumus vt illorum innocentiam imitari possi/ mus: ꝛ eorum meritum consequi mereamur. Per christum domi num nostrum. ℟. Amen. Postea fit processio: ꝛ cantantur aīe subscripte: vel omnes vel alique pro dispositione cantoris. Aña.

Um ap pro pinquaret do minus

bi e ro so lymam: mi sit du/

os ex discipulis suis dicens, i te in castel/

'ū quod est contra vos, ꝛ inueni e tis pullum

a si ne al li ga tum, sup quē nullus ho minum

sedit, solui te ꝛ addu cite mihi, si quis vos

interroga ue rit di ci te, opus do mi/

ni est: sol uen tes ad duxerunt ad iesuz: ꝛ

imposuerunt il li vestiméta: ꝛ sedit su per eum.

Alii i expādebant vestimenta sua in vi a: a/

Ii i ramos de arboribus sternebãt: ꝛ qui sequeban/tur clamabãt: osanna benedictus qui venit in nomine domi/ni: benedictũ regnũ pr̃is nostri da uid: osan na in excel sis misereř nobis fi li da uid. Alia.

Cum audisset po pu lus quia iesus ve nit hieroso lymam: acceperunt ramos palmarum ꝛ exierunt e i ob/ui am: ꝛ clamabãt pue ri dicẽtes: Hic est qui venturus est in sa lu tem popu li:

ꝛ in manibus portabant ramos palmarum: ꝛ clamabant

voce magna di centes o san na

in excelsis: bene dicẽs qui veni sti in mul ti tu di ne

mi seri cor di e tu e: o san na

in ex cel sis. Antiphona.

Ccurrũt tur be cum flo ri bus ꝛ palmis

re demptori ob uiam ꝛ victo ri triumphanti digna

dãt obse quia: filium de i ore gẽtes predicant, ꝛ in

lau de christi voces tonãt per nubila osanna. Alia.

Cum ange lis ⁊ pu e ris fi de/les in ue ni â mur, tri umphato ri morti clamâtes, oſan na in ex cel ſis. Aña.

Turba multa que cõuenerat ad diem feſtum cla ma bat domi no be ne di ctus qui venit in no mi ne domini, o ſan na in excel ſis.

¶ In reuerſione proceſſionis ad eccleſiam, aliqui clerici intrant duo ad minus, vel quatuor ad plus: ⁊ clauſo oſtio ſtantes verſa facie ad proceſſionem incipiunt verſum. Gloria laus. ⁊ cantant totum vſque ad. Iſrael es tu rex. Sacerdos vero cum reliquis ſtantibus extra, repetit illud idem. Deinde ſtantes intus cantant verſus ſequentes, vel omnes, vel partem pro diſpoſitione cantoris. Et ſtantes extra reſpondent ad quoſlibet duos verſus; Gloria laus ⁊ honor. ſicut a principio.

Lo ri a laus ⁊ bo nor ti bi ſit rex Chri/ſte re

ste re demptor. Cu i pu e ri le de cus

prompsit osan na piu. ℣. I sra el es tu rex dauidis & in

clita proles. ℣. N omine qui in domi ni rex benedicite

ve nis. G lori a laus & ho nor. ℣. C etus in excelsis

te laudat ce li cus omnis. ℣. E t mor ta lis ho mo cun-

cta cre a ta simul. G lo ri a laus & honor. ℣. P leba

hebre a ti bi cu palmis obuiam venit. ℣. C um pre-

ce vo to hymnis ad summa ecce ti bi. G lo ri a laus &

honor. ℣. H i ti bi pasu ro soluebant munia laudis.

℣. N os ti bi re gnan ti pāgimus ecce melos. G lo/

ri a laus et honor. ℣. H ic placu e re ti bi placeat de/

uo ti o nostra. ℣. R ex bo ne rex cle mens cui bona

cuncta placent. G lori a laus et honor. ℣. H ec erat

hebre os hos glo ri a sanguinis almi. ℣. N os fa cit

hebreos transitus ecce pius. G lo ri a laus et honor.

℣. S is pi us ascen sor tu, et nos si mus a sel lus.

℣. M e cum nos ca pi at vrbs venerāda dei. G lo ria

laus et honor. ℣. C e stis apo sto li ce ru ti lo fulgore

fulgo re tegamur. ℣. Me bene do cta vt e a nostra

ca terua vehat. Glori a laus ⁊ ho nor. ℣. Reg mi ne

si ue a ni me sternamus corpora nostra. ℣. Quo per

nos sez per sit vi a tu ta ti bi. Glo ri a laus ⁊ honor.

℣. Sis pi a pro pal me no bis vi cto ri a ra mis.

℣. Et t ti bi vi ctrici sor te ca namus ita. Glo ri a

laus ⁊ ho nor ti bi sit rex christe redemptor.

Postea intrat pcessio in ecclesiam: cantando Responsoriuz.

Ingre di en te do mi no. in sanctā

ci ui ta tem, hebreo/

rū pue ri resurrectionē vite pro nunti an/

tes. Cū ramis palma rum osanna clama bant

in ex cel sis. ℣. Cumq3 audisset populus quia

iesus venit hiero so lymam. exi erunt ob ui am

e i. Cuz ramis. Et nō dicitur Glo ria patri. Adoratio crucis in parasceue, cum officio suo.

Feria sexta in parasceue, completis orationibus, que dicuntur post lectam passionem: sacerdos deposita tantum casula, procedit ad posterius cornu altaris dextrum: et ibi accipit crucem a ministris sibi paratam: quam versa facie ad chorum, a summitate parum discooperit: incipiens solus antiphonam. Ecce lignum crucis. Et ab illo loco in antea: iuuatur in cantu a ministris vsq3 ad Venite adoremus. Choro vero cantante. Venite adoremus. omnes se prosternunt. Antiphona.

Ecce li gnū cru cis: in quo sa/

lus mun di pepen dit.

Chorus cantat.



Post cap. procedit sacerdos ad reliquum dextrum cornu altaris et discooperiens amplius crucem: elevans eam paulisper altius quam primo, incipit. Ecce. aliis cantantibus et adorantibus ut sup. Deinde sacerdos procedit ad medium altaris: et discooperiens crucem totaliter, ac elevando eam, tertio altius incipit. Ecce. cantantibus aliis et adorantibus, ut supra, postea sacerdos deponit crucem in loco ad hoc preparato ante altare. Deinde deponit calciamenta: et accedit ad adorandum: unum genua flectens ante deosculationem crucis: hoc facto revertitur ad sedem suam: et ibi recipit deposita calciamenta et casulam: et postmodum ministri altaris: deinde alii ter flexis genibus, ut dictum est crucem adorant: et interim cantantur improperia: et alia que sequuntur totaliter, vel in parte: put multitudo adorantium vel paucitas requirit hoc modo. Duo clerici ex parte hebdomadarii in medio chori cantant ℣. Popule meus. usque. Agyos.







Cantet chorus ex parte hebdomadarii.



Alius chorus respondet.



Item primus chorus cātat.



Secūdus chorus respondet.

Agyos ischyros. Sanctus

Item primus chorus cātat

fortis. Agyos athanatos



Secūdus chorus respondet.



e le i son i mas. Sanctus et immor



De secūdo choro cantent postea duo clerici.

ta lis mi sere re no bis.

Qui a e duxi te per deser tum quadraginta annis



et manna ci baui te: et introduxi in terrā sa tis optimā.

Deinde chori alternatiz rñdent Agios. ita tñ q̄ pm⁹ chor⁹ semp reincipit. Postea duo clerici de pmo choro cātāt vsus sequētes.

Agy os o the os.

Quid vltra de bu i fa ce re ti bi et

non feci, e go quidem plan ta ui te

vineam

vineaꝫ meam speci o sis sima, ꝛ tu facta es mihi ni mis a/

ma ra, a ce to nãqꝫ sitim meam po ta sti, ꝛ lance a



perforasti latus sal ua to ri tu o. A gy os o the os.

Iterum chori alternatim respondent. Agyos ꝛc. Sanctus ꝛc. vt dictuꝫ est. ℣.sequentis improperij.s. Ego pp te flagellaui ꝛc.

cum ceteris a binis alternatim cantantur: vtroque choro simul repetente post quemlibet versum. Popule meus vsqꝫ Quia eduxi te per desertum quadraginta annis, ꝛc. Incipiunt improperia. Duo de secundo choro cantant versum.

Go pp te flagellaui egyptũ cũ primoge

nitis su. is, ꝛ tu me flagellatũ tradidisti. Chorus repetit.



Popule meus. Duo de primo choro. Ego te eduxi de egypto de

mer so pharaone in mare ru brum, ꝛ tu me tradidisti prin/

cipibus sacerdotum.

Chorus repetit. Populé meus quid feci.

Duo de secūdo choro.

Ergo ante te aperui mare, et tu aperuisti lanceam latus meum.

Chorus repetit. Popule meus.

Duo de primo choro.

Ergo ante te preiui in colūna nubis, et tu me duxisti ad pretoriū pilati.

Chorus repetit. Popule meus.

Duo de secūdo choro.

Ergo te paui manna per desertum, et tu me cecidisti alapis et flagellis.

Chorus repetit. Popule meus.

Duo de primo choro.

Ergo te potaui aqua salutis de petra, et tu me potasti felle et aceto.

Chorus repetit. Popule.

Duo de secūdo choro.

Ego propter te cananeorum reges percussi, et tu percussisti arundine caput meum.

Chorus repetit. Popule.

Duo de primo choro.

Ego dedi tibi sceptrū regale, et tu meo capiti spineam coronam.

Chorus repetit. Popule.

Duo de secūdo choro.

Ego te exaltaui magna virtute, et tu me suspendisti in patibulo crucis.

Chorus repetit. Popule meus.

Hec antiphona. Crucem tuam. cum psalmo. Deus misereatur. cantatur communiter: et repetitur immediate antiphona post versus.

Crucē tuā adoramus domine: et sanctā resurrectionē tuam laudamus et

glo ri fi camus: ecce enim propter lignū ve nit gau/

di um in vniuer ſo mūdo. Ps. Deus mi ſe rea tur noſtri:

⁊ benedicat nobis: illu minet vultū ſuum ſu per nos: ⁊

mi ſe re a tur no ſtri.

Deinde hymnus. Crux fidelis. cum verſibus hymnorum ſe/quentium: ſcilicet. Pange lingua: ⁊ Luſtris ſex. ⁊ cum repetitionibus vt inferius determinatum eſt: communiter cantantur: vel ſicut cantor diſpoſuerit. Hymnus.

Rux fide lis inter omnes arbor

vna no bi lis: nul la ſil ua talem

profert: fron de flo re ger mi ne. Dulce li/

gnuz dulces clauos: dulce pon dus ſuſtinet. Hymnus.

Pange

Ange ligua glori o si prelium cer/taminis: et su per crucis tropheum dic triumphum nobilē: quali ter redēptor orbis immo/la tus vicerit. Crux fidelis.

Repetitur. Crux fidelis vsqz. Dulce lignū. Et sic fit quoties repetitur. Crux fidelis.

℣. De paren tis pro tho plausti fraude fa cta condo/lens: quando po mi no xi a lis morte mor su corru it: i pse lignum tunc no ta uit dam na li/giu vt sol ue ret. Repetitur. Dul ce lig num. ℣. Hoc o pus nostre sa lu tis ordo de po po scerat,

mul ti formis pro di to ris ars vt ar tem fal le/ret, & me de lam fer ret in de, hostis vn de le ferat. Repetitur.

Crux fi de lis. ℣. Quando venit ergo sacri plenitu do temporis, missus est ab arce patris natus or bis conditor, at que ventre vir gi na li ca ro fa ctus prodit. Repetitur. Dulce li gnum. ℣. Va/git in fans inter ar cta conditus pre se pi a, mem/bra pan nis in uolu ta virgo ma ter alli gat: & ma nus pe des q; crura stricta cingit fascia. Repe/titur.

Crux

Crux fidelis. ℣. Pu ultris sex qui iam per a ctis tem/
pus inplēs corporis: se vo len te na tus ad hoc
pas si o ni deditus: agnus in cru ce le ua tur im/
molandus stipite. Et re. petitur Dulce lignum. ℣. Hic acce/
tum fel arun do sputa cla ui lance a: mi te cor pus
per fo ra tur sanguis vnda pro fluit, terra pon tus
a stra mūdus quo lauantur flumine. Repe. titur. Crux fidelis.
℣. Flecte ra mos arbor al ta tensa la xa visce ra:
& ri gor len te scatil le quem dedit na ti uitas: vt

su per ni mēb.. re gis miti ten das stipite. Repetitur.

Dulce li gnum. ℣. Que sumus salua damna tos regni/

na lu gentium: te pro phe te ce ci nerunt redempto/

rem omni um: tro phe umque mo .. gu stans dans

vexillū frontibus. Repetitur. Crux fidelis. ℣. Quem totus

mūdus non ca pit vno sa xo clauditur: atqz mor te

iaz perempta: in fer ni claustra ambigit: sic de us ve/

rus & ho mo di e sur git ter tia. Repetitur. Crux fidelis.

℣. Glo riam de o ca na mus hymnicis con cen ti bus:

quam



¶ De processione in feria sexta in parasceue ad ponendum corpus domini in sepulchro.

Feria sexta in parasceue post officium misse, vel etiam post prandiuz ordinatur solēnis, sed lugubris processio. Paratur.n.sacerdos oībus paramētis ⁊ pluuiali desup cū diacono ⁊ subdiacono, cū dalmaticis nigri coloris. Parātur ēt quatuor sacerdotes, vel duo ad minus induti camisiis nigris: cū amictu: ⁊ cingulo eiusdē coloris: si haberi pñt: alias in albis. Parātur etiā duo alij sacerdotes: vel vnus tm̄: vbi pauci fuerint. Sacerdotes cū amictu; alba: cīgulo, manipulo, ⁊ stola ⁊ duo thuriferarij ī albis. Preparetur ēt feretrum a quatuor portandū: cū superiori coopertura in modū semicirculi: ⁊ cooperiatur aliquo pāno nigro de serico, si haberi poterit in quo sacramentū deportetur. Parantur ēt luminaria.s.intortitia ⁊ cerei ad illuminādū corpus christi. Et cōgregato populo, sacerdos accipit reuerenter sacramentū de altari: ⁊ tenens illud in manibus versus ad populum, oībus aliis genuflexis, ipse stans incipit. R̸. Plange. ceteris prosequentibus.



te pa sto res in cine re ꝛ ci li ci-

o. Quia venit di es do mi ni ma gna ꝛ

ama ra val de.

Duo clerici cantent versum sequentem. ℣.

Accingi te vos sacerdotes ꝛ plan gite mini-

stri al ta ris aspergi te vos ci ne-

re. Quia venit dies do mi ni ma-

gna: ꝛ ama ra val de.

Completo responsorio cum versu, ꝛ replica, duo sacerdotes apparati cum stolis vt supra stantes ante sacramentum versis vultibus ad populum cantent ℣. Popule meus. omnibus aliis, preter eũ, qui facit officiũ: genuflexis ꝛ versis vultibus ad sacramentum.

Popule meus quid fe ci ti bi: aut in quo contristaui

contrista ui te, respon de mihi: qui a

e du xi te de terra e gy pti, para/

sti cru cem saluato ri tu o.

Dicto versu predicto, chorus genuflexus vt supra cantet.

SAnctus de us, Sanctus for tis, San/

ctus & immorta lis, mise re re no bis.

Hoc dicto sacerdos ponat corpus domini reuerenter in feretro: quod portabunt quatuor sacerdotes predicti, vel duo vbi pauci/tas sacerdotum est: in albis parati: capitibus amicto coopertis: & incepto ℟. **Recessit pastor.** procedit processio isto ordine: primo accoliti cum cereis accensis, & cruce: postea clerici iunioribus pre/cedentibus: vltimo duo sacerdotes parati: qui cantauerunt. **Po/pule meus.** post ipsos sequitur feretrum cum corpore domini: por/tatum a quatuor, vel duobus vt supra: & super sacramentum balda/chinum nigrum portetur ab aliquibus personis magnis dignis. Ex latere sint duo accoliti cum thuribulis, qui continue sacra/mentum incensabunt, circum circa sint luminaria, & intortitia. Post feretrum, sequitur sacerdos cum pluuiali & diaconus & sub/diaconus. Et vltimo seculares maioribus precedentibus. Pro/cessione isto modo ordinata procedunt cum deuotione, quousque dicta fuerit replica post ℣. responsorij. Quem versum dicent duo clerici. Et idem seruetur in aliis responsoriis sequentibus. ℟.

Ecessit pa stor no ster fons

a que vi ue ad cu ius transitum

sol obscu ra tus est. Nam et ille

captus est qui captiuū tene bat

primum homi nem ho di e por tas

mor tus et se ras pa ri ter saluator

no ster di ru pit. ℣. Destru/

xit quidez clau stra in fer ni:

et subuertit po tenti as di a bo/

li. Nam

li. Nam ꝛ il le captus est qui captiuum tene bat primum homi nem, ho di e por tas mor tis, ꝛ ser ras pa ri/ter saluator no ster di ru pit.

Finita replica post. ℣. firmetur processio, ꝛ oēs flectāt genua: excep tis illis qui portāt feretrū, ꝛ duobus sacerdotibus qui cātauerūt Pople meus. qui stātes versis vultibus ad populū, oibus alijs genu flexis, habētibus vultus suos ad feretrū ꝯuersos cātent. ℣. Quia eduxi. Et hoc quidē seruet in oībus sequentibus stationibus. ℣.

Ui a e du xi te per deser tum qua/draginta annis ꝛ manna ci baui te, ꝛ introduxi in terram sa tis optimam, pa ra sti crucem salua to/



vt supra. Quo dicto omnes surgant et incipiatur Responsorium. Ecce vidimus eum. et procedatur ad secundam stationem cantando responsorium totum vsque in finem cum versu, et replica.

Responsorium.

Ecce vidimus eum nō habentē speciem neque decorem aspectus eius in eo non est, hic peccata nostra portauit. et pro nobis dolens, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras

stras. Cu ius li uo re sa na

ti su mus. ℣. Uere

langores nostros ip se tu lit, ⁊ do lo res

nostros ip se porta uit. Cuius li

uo re sana ti.

Omnibus ut prius genuflexis: dũo tamen sacerdotes stantes dicãt versum sequentem ℣.

Quid vltra de bu i fa ce re ti bi ⁊ non fe

ci: e go quidem plan ta ui vi ne am meam spe

ci o sissimam, ⁊ tu fa cta es mihi nimis a ma ra.

Aceto nanq3 sitim meã potasti, ⁊ lancea perforasti, la





Totum dicitur vt supra. Surgentibus omnibus incipiatur. ℟. Hierusalem luge ꝛ procedatur ad tertiam stationem vt supra. ℟.









Omnibus vt prius genuflexis: duo tamen sacerdotes stantes dicant versum sequentem. versus.

Ego

go propter te flagellaui egyptū cuz omnibus primogenitis su is, ⁊ tu me flagellatū ad cruci/figendum cuz la tro ni bus tra di di sti. Cho/rus. Sanctus de us.

Totū vt supra. Quo dicto omnes surgant: ⁊ incipiatur responso/riū. Caligauerunt oculi mei. ⁊ procedat pcessio ad quartam stati/onē: que fiat circa ingressum ecclesie redeundo ante sepulchrum.

Responsorium.

Aliga uerunt ocu li me i a fle/tu me o, qui a elongatus est a me, qui conso la ba tur me vide te omnes po/pu li. Si est dolor si mi lis sicut do/



1 ℟. Cum vero venissent ad locum, vbi sepeliendus erat filius meus, statuerunt eum in medio mulierum, ⁊ sindone inuol/uentes sepultum dimiserunt corpus sanctissimum.

2 ℟. O vos omnes, qui transitis per viam, venite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meus, desolata sum nimis, non est qui ꝯsole tur me, laus mea infirmata est, vita occiditur, ⁊ a me tollitur.

3 ℟. O nimis triste spectaculum, o crudele suppliciuz impensum filio o felix rex tā indecenti morte coronatus: pōtifices iniqui tatis tantum ne in vestrum exardescitis deum.

4 ℟. Attendite vos o populi ⁊ vniuerse plebes dolorem maxi/mum: morte turpissima mactauerunt filiuz meum: vos opti me sorores flete vna mecum: de filio conqueramur.

5 ℟. Cum vero deposuissent corpus Iesu de cruce: statuerunt illud in gremio matris sue: in medio mulierum amarissime flentium, mestissima matre filium nimis deplorante.



e rat filius me us: statuerunt eum in medio omnis populi ꝛ ve sti bus expo li a tis nuduz di/mi serunt corpus sanctis simum.

℟. O dulcissime fi li e si on o dulcissime vi de te dolo/rez me um Inspicite nu dum in medio omnis populi filiuz meũ dulcissimũ, vulneratus est in medio e o rum.

¶ Cantatis pdictis versibus: vel eorũ pte: sacerdos eleuatis ma/nibus cum corpe chri in modũ crucis bndicat pplm: ꝛ cũ reuerẽtia illud ponat in sepulchro: ꝛ ipsum claudat: ꝛ sigillo suo signet. ℟.

Cantus

Sepulto domino signa tum est monumentum voluentes la pidem ad o stium monumẽti ponentes milites

mi lites qui custodirent il lum.

Ne forte veniant discipuli eius ꝛ furétur e um:

ꝛ dicant plebi sur re xit a mor tu is.

¶ Finito responsorio predicto, duo clerici dicant ℣. In pace factus est locus e ius. ℟. Et in sion habitatio eius. Et sacerdos sine Dominus vobiscum. vel Oremus. dicat absolute orationem sequentem.

Respice quesumus domine super hanc familiam tuam: pro qua dominus noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium: ꝛ crucis subire tormentum. Et non dicat. Qui tecum viuit. nec respondeat. Amen. ꝛ sic terminetur processio. Si processio debet fieri prolixior: ꝛ in ea plures mansiones: seu stationes fieri oporteat: finito. ℟. Caligauerunt. cum versu: ꝛ aliis que sequuntur repetatur aliquod ℟. de predictis cum suo versu: ꝛ aliis que sequuntur: ita ꝙ ℟. Sepulto. vltimo loco reseruetur: quando corpus domini ponitur in sepulchro.

Tenor.

Sepulto domino signatum est monumentū: voluentes la pidem ad hostium monumenti: ponentes

mi li tes qui custodirent il lum: ne forte

veniant di sci pu li e ius ꝛ furẽtur e um, ꝛ dicant

plebi surrexit a mor tuis.

Supra posita processio more veneto fit infra scripto ordine.

Paratis omnibus vt supra in precedenti processione notatũ est, lo co. ℟. Plange. incipitur a duobus clericis genuflexis antipho. Venite ꝛ ploremus. in cantu: vt inferius notatum est. Postmodum totus chorus surgens dicat ℣. Popule. vt supra. Quo finito illi duo clerici qui cantauerunt. Venite ꝛ plo. cãtant ℣. Quia edu. ꝛ chorus repetit ℣. Popule. Item duo clerici dicant ℣. Et propter te ꝛ chorus repetit ℣. Popule. Et sic alternatim dicantur improperia prout supra signatum est in adoratione crucis. fo. 228. Vel ipsa improperia cantantur in sexto tono psalmorum. Et cũ in dicta processione fieri debet aliqua statio seu mãsio: oẽs genuflectant: ꝛ illi duo cantent antiphona. Venite. vt supra qua dicta surgant omnes ꝛ sequantur processionem cantando ℣. Popule meus. ꝛ improperia vt supra. Cum autem peruenerit ad sepulcbrum faciant omnia vt supra in precedenti processione.

Can. 118.

Venite ꝛ ploremus an te dominũ, qui passus est pro no bis di cens. Di cens. Venite

Tenor

Ue ni te ꝛ plo remus ante dominũ, qui paſ/

ſus eſt pro nobis di cens. Di ce ns.

Sabbato sancto cantatis lectionibus ante miſſam: ꝛ dicta ora/tione. Omnipotens ſempiterne deus ſpes vnica. fit proceſſio ad benedicendum fontes, precedentibus accolitis cum cereis: ꝛ cru ce: ꝛ alio qui defert cereum paſchalem benedictum, ſubſequenti/bus clericis, iunioribus precedẽtibus: vltimo ſacerdos cũ pluuia/li, ꝛ diaconus ꝛ ſubdiaconus ſacris veſtibus induti, qui vadũt ad fontem cantando ſubſequentem tractum.

Tractus.

Sicut cer uus deſi de rat ad fontes

aqua rum i ta de/

ſiderat anima mea ad te de us. ℣. Sitiuit ani/

ma me a ad de um vi uum,

quando veni am, ꝛ appa re bo

Deinde dicat ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oro.

Omnipotens sempiterne deus, respice propitius ad deuo/tionem populi renascentis: qui sicut ceruus aquarum expe/tit fontem, ⁊ concede propitius, vt fidei ipsius sitis baptismatis mysterio animam, corpusq; sanctificet. Per dominum nostrum Jesum Christum filium. Deinde sacerdos dicat media voce.

Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen tuum. Ad/ueniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in celo ⁊ in ter/ra. Panem nostrum quotidianuз da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.

Credo in deum patrem omnipo/ Deinde dicat symbolum. tentem: creatorem celi ⁊ terre: Et in Jesum christum filium eius vnicum dominum nostrum. qui conceptus est de spiritu san/cto: natus ex maria virgine. Passus sub pontio pila to, crucifixus, mortuus, ⁊ sepultus, descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos: sedet ad dexteram dei patris omni/

potentis

potentis: inde venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos. Credo in spiritum sanctum; ꝛ sanctam ecclesiam catholicam; sanctorum communionem: remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam eternam. Amen. Postea dicat ℣. Quoniam apud te est fons vite. ℟. Et in lumine tuo videbimus lumen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Omnipotens sempiterne deus, adesto magne pietatis tue mysteriis: adesto sacramentis: ꝛ ad creandum nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte, vt quod nostre humilitatis gerendum est mysterio: tue virtutis impleatur effectu. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

¶ In vigilia pentecostes dicitur hec sequens oratio.

Concede quesumus omnipotens deus, vt qui solemnitatem doni spiritus sancti colimus, celestibus desideriis accensi fontem vite sitiamus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus per oia. Hic exaltet vocem in modum prefationis.

Per oia secula seculorũ. ℟. Am̃. ℣. Dñs vobiscum.

℟. Et cũ spũ tuo. ℣. Sursũ corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣.

Gratias agam⁹ dño deo nostro. ℟. Dignũ ꝛ iustũ est.

Sequens prefatio cum suo cantu dicitur ad benedictionem fontium die sabbati sancti, ꝛ in vigilia pentecostes.

Vere dignũ ꝛ iustũ est equũ ꝛ salutare: nos tibi semp



ꝛ vbiqꝫ gratias agere: domine scte͂: pater oīpotens: eterne:

deus. Qui inuisibili potentia sacramentorū tuorū mirabi/



li ter ope ra ri s effectū. Et licet nos tantis mysteriis exe/

que͂dis sim⁹ īdigni: tu tamen gratie tue dona non deserens:

etiā ad preces nr̄as aures tue pietatis inclina. Deus cuius

spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur:



vt iam tunc virtute͂ sanctificationis aquarū natura cōciperet.

Deus qui noce͂tis mūdi crimina per aquas ablue͂s regenera/



tionis specie͂ in ipsa diluuii i effusio ne signasti: vt vnius

eiusdemqꝫ

eiusdẽqȝ elemẽti mysterio: ⁊ finis esset vitio: ⁊ origo virtutibꝰ

Respice domine in faciem ecclesie tue: ⁊ mul ti plica in e a

regenerationes tuas: qui gratie tue affluẽtis impetu letificas

ciuitatem tuaȝ: fontẽqȝ baptismatis a peris to to orbe terra

rũ gẽtibus ĩnouandis: vt tue ma iesta tis imperio: sumat

v nige ni ti tui gra ia n de spiritu sancto.

Hic manu tangat aquam ⁊ diuidat eaȝ in modum crucis.

Qui hanc a quam regenerandis hominibus preparatam,

ar chana sui numinis admistione fecũdet, vt sanctificati one E

cõcepta, ab ĩmaculato diuini fontis vtero, in nouã renatã qȝ

creaturam pgenies celestis emergat. Et quos aut sex⁹ in cor

pore, aut etas discernit in tēpore, omnes in vnam pariat

grati a mater in fantiam. Procul ergo hinc iubente te

domine, oīs spūs īmundus abscedat, procul tota nequitia

di a bo li ce fraudis absistat. Nihil loci habeat contra

ri e virtutis ad mistio, nō in si di ando circumuolet, nō

la tendo surrepat, non in fi ci endo corrumpat. Hic a-quam manu tāgat.

Sit hec ✠ sancta ꝛ innocens creatura, liberaq3 ab omni im

pugnatoris īgressu, ꝛ toti⁹ neqtie purgata discessu. Proiice de aqua in moduz istius signi.

Sit

Sit fons ✠ viuus, aqua ✠ regenerās, vnda ✠ purificans,

vt omnes hoc lauacro salutifero di lu endi, ope rante in

eis spū sancto, perfecte purgationis indulgentiā cōsequā ur.

Hic faciat crucem sup͂ra fontē dicendo.

Unde bene ✠ dico te crea tu ra aque per

deum ✠ viuum, p̄ deū ✠ verū, per deū ✠ sanctū, per

deum qui te in principio verbo separauit ab a rida, cuius

spiritus super te ferebatur.

Hic diuidat & effundat aquam in quatuor partes.

Qui te de paradi si fonte manare fecit, & in quatuor flumi/

nibus diuidēs.

Hic tāge aquā & pice in modū istius signi. ✕

totam terrā rigare precepit

Qui te etiam in de serto amaram su a virtute inclita fecit
esse potabilem: et si ti enti populo de petra pro duxit. Be/
nedi co te per iesum christum fi lium eius vni cum do/
minũ nostrũ, qui te in chana galilee signo admirabili sua po/
tentia con uer tit in vinum. Qui pedibus su is su per te
ambulauit, et a ioanne in ior dane in te bapti za tus
est. Qui te v na cum san gui ne de la te re su o pro du/
xit, et di sci pu lis su is iussit, vt credentes bapti za/
rentur in te dicens. I te do ce te omnes gentes, ba/
ptizantes



ptizantes eos in nomine patris ⁊ filii, ⁊ spiritus sancti.

Hic mutat vocem quasi lectionem legens, ⁊ dicit.

Hec nobis precepta seruantibus tu deus omnipotens clemens adesto: tu benignus aspira: tu has simplices aquas tuo ore benedicito, tu preter naturalem emundationem, quam lauandis possunt adhibere corporibus, sint ⁊ purificandis mentibus efficaces. Hic ponat cereum in aquam, ⁊ in tono prefationis ter eleuando vocem dicat ter exsufflando in eam, secundum signum.



Descẽdat in hanc plenitudinẽ fontis vtus spũs scti.

Fac predictum signũ in aqua.

totãq; hui⁹ aq̃ subã r̃generãdi fecũdet effectũ.

Hic tollatur cereus de aqua



Hic omni um pecca to rum ma cu le

de le an tur: hec na tu ra ad imagi nem tu am condi/

ta, ⁊ ad honorem su i re forma ta princi pi i, cunctis

ve tu sta tis squalo ribus emunde tur, vt omnis ho/

Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum, qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.
Hic de ipsa aqua benedicta aspgatur super populum, ⁊ interim quispiam clericus hauriat de aqua illa benedicta ex fonte ad aspergendas domos ⁊ quelibet loca. Postea sacerdos infundat chrisma in modum crucis in fonte super ipsam aquam dicens legendo. Sanctificetur ⁊ fecundetur fons iste hoc salutifero chrismate in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti. Tunc misceat chrisma antedictum cum eadem aqua: ⁊ aspergat cum manu per totum fontem. Completa fontis benedictione redeuntibus omnibus clericis a duobus letanie incipiantur: ⁊ cantentur. Quibus finitis inchoetur missa per Kyrie eleison.

¶ De processione in nocte pasche añ matu. ad sepulchrum chri.

Ie sancto resurrectionis cum fuerit pulsatum ad matutinũ anteq̃ȝ populus intret ecclesiam, sacerdos cum cruce: ⁊ thuribulo apparatus superpelliceo, stola, ⁊ pluuiali: precedentibus cereis accensis, ⁊ sequente toto clero: cũ reuerẽtia apto sepulchro, accipiat corpus dñi: ⁊ portet illud in loco sacrarij: vbi sacrosanctũ sacramẽtũ seruari cõsueuit. Et interi ȝ chorus cãtet sequentes psalmos: vel aliquẽ eoȝ. ps.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo eius. Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, ⁊ exaltans caput meum. Uoce mea ad dominum clamaui: ⁊ exaudiuit me de mõte sctõ suo. Ego dormiui ⁊ soporatus sum: ⁊ exurrexi quia dominus suscepit me. Non timebo millia populi circundantis me: exurge domine saluum me fac deus meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. Domini est salus: ⁊ super populum

tuum

tuum benedictio tua. G loria patri ꝛ filio ꝛ spir itui sancto. aña. D omine probasti me ꝛ cognouisti me. supra. fol. 146. Psalmus.

M Iserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. E t in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas. C lamabo ad deū altissimum, deuȝ qui benefecit mihi. M isit de celo ꝛ liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. M isit deus misericordiā suā: ꝛ veritatē suā: ꝛ eripuit animā meaȝ de medio catulorū leonū: dormiui conturbatus. F ilii hominū dentes eorū arma ꝛ sagitte: ꝛ lingua eorū gladius acutus. E xaltare super celos deus: ꝛ super omnē terraȝ gloria tua. L aqueum parauerunt pedibus meis: ꝛ incuruauerunt animam meam. F oderunt ante faciem meā foueaȝ: ꝛ inciderunt in eam. P aratum cor meuȝ deus, paratū cor meum: cantabo ꝛ psalmum dicam. E xurge gloria mea, exurge psalterium ꝛ cithara: exurgā diluculo. C onfitebor tibi in populis dn̄e: ꝛ psalmum dicam tibi in gentibus. Q uoniam magnificata est vsque ad celos misericordia tua: ꝛ vsque ad nubes veritas tua. E xaltare super celos deus: ꝛ super omnem terram gloria tua. G loria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. S icut erat in principio. Finitus psalmus sacerdos precedentibus cereis ꝛ thuribulo: corpus domini portet ad sanctuarium suum, sequente clero ꝛ cantāte R. Surrexit pastor. ꝛ sepulchrum patenter dimittatur apertum. Responsoriū.

Urre xit pastor bo nus qui animaȝ suam po su it pro omnibus su is. Et pro suo gre ge mori digna tus est. Allelu i a. Al le lu/





Tunc sacerdos faciens officium stans cum sacerdotibus in choro dicit versum. Surrexit dñs vere alleluia. ℟. Et apparuit simoni alleluia. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui hac sacratissima nocte cum potentia tue maiestatis resurgens portas inferni confregisti: ⁊ omnibus ibi detentis dexteram tue misericordie porrexisti: scilicet miserando diutius penis estuantis gehenne cruciatis: quos dudũ ad imaginẽ tuam creasti: te quesumus nos indigni: ⁊ vltima pars creature tue, vt per gratiam tue miserationis, ac per sancte resurrectionis tue amorẽ: nec non omnium sanctarũ animarum, quas hac sacratissima nocte de penis inferni ad celestia regna perduxisti: simulq; ꝑ omne mysteriũ: qđ in resurrectione tua celebrasti: nobis indignis ac fragilibus, omniũ peccatorũ nostrorum indulgentiã largiri digneris: atq; iram, ⁊ furorem, ⁊ indignationẽ tue vindicte a nobis repellas: ⁊ auxiliũ, cõsolationẽ, ac protectionẽ in omnibus peccatis, periculis, ac infirmitatibus animarum ⁊ corporum nobis concedas: ⁊ sicut corpus tue humanitatis, quod ad tempus pro nostra salute exuisti: ⁊ post triduũ tue maiestatis potẽtia resuscitasti, ita corpora ⁊ corda nostra ab omnibus vitijs emũdari: ⁊ animas nostras in futura resurrectione beatorũ spirituũ cetibꝰ facias aggregari. Qui cũ patre ⁊ spũ sctõ vi.

In memoriã ⁊ laudem gloriose resurectionis tue hymnum dicat tibi omnis creatura tua domine: ⁊ nos quamuis peccatores, ⁊ delinquentes hymnum dicimus, ⁊ gratias agimus: venerandamque crucem tuam adoramus, sanctamque resurrectionem tuam laudamus, ⁊ glorificemus: quoniam per te redempti sumus: ideoque crucifixum dominum laudemus: ⁊ sepultum propter nos magnificamus: resurgentemque a mortuis adoramus, ⁊ petimus: vt per te ⁊ per sanctam resurrectionem tuam

nos a morte animarum nostrarum resuscitare digneris. Qui cuz patre ꝛ spiritu sancto viuis, ꝛ regnas in vnitate spiritus. Oratio.

Domine iesu christe propter hoc gaudium, quod tu cum sanctissima anima tua ꝛ corpore, in tua sancta resurrectione voluisti habere cum omnibus fidelibus tuis, iustis ꝛ peccatoribus, viuentibus ꝛ mortuis: miserere nobis, sicut vis: ꝛ scis necessitates animarum ꝛ corporum: ꝛ da nobis spatium penitentie: ꝛ veram compunctionem: emendationem omnium peccatorum nostrorum: ꝛ presta nobis iesu christe: vt pretium corporis ꝛ sanguinis tui, cum quo nos in sancta cruce redemisti: percipiamus ad salutem animarum nostrarum in nouissima hora: ꝛ per spiritalem vnctionem spiritalis olei ꝛ salutaris cum omni affectu cordium: ꝛ corporum percipiamus. Qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuis ac regnas in vnitate spiritus sancti. ꝛ c. Orationibus finitis sacerdos corpus domini reuerenter thurificet. Et dum predicte orationes dicuntur: duo diaconi parentur cum dalmaticis albis: ꝛ in ecclesia remaneant. Sacerdos autem paratus vt supra: cum toto clero exeat per portam ecclesie minorem, maiori porta clausa relicta: ꝛ veniant ad portam maiorem ecclesie cantando responsorium. Dum transisset sabbatum. ꝛ cum illuc peruenerint, sacerdos accedit ad portam clausam, ꝛ clerus circumstat eum.

Responsorium.

Um transisset sabba tum ma ri a ma gdale ne ꝛ mari a ia/ cobi ꝛ sa lo me emerunt aroma ta. Ut ve nientes vngerent ie sum. Alleluia. Alle/

lu ia. ℣. Et valde mane vna ſabbatorū veni/

unt ad monumētū or to iam ſo le. Ut venientes.

℣. Gloria patri ⁊ fi li o, ⁊ ſpiri/

tu i ſan cto. Alle lu ia.

Et dum peruenerint ad fores eccleſie, completo ℟. cum ℣. ⁊ replica plebanus, vel ſacerdos paratus pulſat ad oſtium ma/nu: vel cum cruce: dicens ſonora voce in tono lectionis. Attolli/te portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ in/troibit rex. ⁊c. Et pro iſta prima pulſatione, illi deintus nihil re/ſpondent. Et facto modico interuallo, ſacerdos iterum vehe/mentius pulſat oſtium dicens voce altiori, in tono lectionis. Attollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte eterna/les. ⁊c. Et illi deintus nihil reſpondent. Et tunc ſacerdos mo/dico interuallo facto, iterum in eodem tono, ſed altius q̄ ſecūdo pulſans fortiter oſtiū eccleſie dicit. Atollite portas principes, ⁊c. Tunc illi diaconi deintus ſtatim cantando reſpondent.

Q uem queritis in ſe pul chro chriſti co le.

Et illi deforis reſpondent.

I eſum na za renum cru ci fi xum o ce li co le.

Et

Et iterum illi de intus respondent.

Non est hic surrexit sicut predixerat: i te nunci ate quia sur/ re xit a mor tu is.

Hoc finito qui deintus sunt aperiant portam ecclesie et omnes ingrediantur. Et iterum dicant qui deintus erant.

Ve ni te et vide te lo cum: v bi po si tus erat domi/ nus. Alle lu ia. Al le lu ia.

Et cum fuerint portam ingressi firment se omnes et diuidant se per choros. Tunc plebanus vadat ad sepulchrum, et ponat caput in fenestra sepulchri: et postea conuersus ad populum dicat voce mediocri.

Sur re xit chri stus. Chorus respondeat. Deo gra ti as.

Quo dicto plebanus procedat aliquantulum versus populum: et exaltet vocem altius quam primum, et dicat.

Sur re xit chri stus. Chorus respondeat. Deo gra ti as.

Iterum tertio plebanus procedat versus populum aliquantulum: et exaltata voce adhuc altius quam secundo fecerat: dicat:

Sur re xit chri stus. Chorus respondeat. Deo gra ti as.

Quo facto omnes procedant ad sepulchrum, et faciant choros

dez. ¶ His finitis revertantur ad chorum, et cantent matutinas.
¶ In die sancto pasche fit processio ad fontes post vesperas.

Dicta oratione post magnificat ordinetur processio ad fontes cum cruce, cereis, et cereo paschali et thuribulo et cantetur antiphona. Pre timore. et dicatur tota antiphona ante psalmum.

Re ti mo re au tem e ius ex ter/ ri ti sunt cu sto des: et facti sunt velut mortu i alle luia. ps. L...

Hic ps dicatur totus cum Gloria. patri. et dum cantat procedunt ad fontes processionaliter. Completo psal. repetatur an. Postea dicatur Resm. Christus resurgens ex mortuis. Et dum Resm. cantatur sacerdos incensetur fontes circumquaque. Responsorium.

Hri stus resurgens ex mor tu is: iam non mori tur: mors il li vl tra no do mi na bi tur. Quod e nim vi uit vi/ uit de o. Al le lu ia: alle lu i a.

ri tis alleluia.

Completa aña: incipiatur ps. In exitu. ⁊ dr̄ totus cum. Gloria patri. ps. In exitu isrl' d egypto.

Et dum psalmus dicitur processio reuertatur ad chorum: ⁊ dicto psalmo aña repetit. Finita aña. dicitur. ℣. Dicite in nationibus alleluia. ℟. Quia dñs regnauit a ligno alleluia. Oremus. Oratio.

Deus, qui omnes in christo renatos genus regium ⁊ sacerdotale fecisti, da nobis ⁊ velle ⁊ posse que precipis: vt pplo ad eternitatem vocato, vna sit fides mentium, ⁊ pietas actionum.

Presta quesumus omnipotens deus: qui gratiam dominice resurrectionis agnouimus, ipsi per amorem spiritus a morte anime resurgamus. Per eundem dominum no. ℟. Amen. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Hymnus. Surrexit xp̄s. 176. Postmodum vt in plerisq; ecclesiis dicitur antiphona de beata virgine pro gaudio resurrectionis. Regina celi letare. ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. vt sup. fol. 248. Oratio. Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris. ¶ In die Epiphanie cantato euangelio, diaconus pronunciat futurum pascha in hunc modum.





cti o ne annuncia mus vo bis vniuer sa le

gau di um. Qua propter a stan ti bus vobis fra/

tres cha ris si mi annunci a mus vobis diem san/

ctum ac sacra tis simum pa scha quod erit

di e ℟. men sis ℟. Caput vero quadra/

ge si me quod e rit di e ℟. men sis fe/

brua ri i: vel mensis mar ti i: ⁊ nos

cum fi de ⁊ prosperi ta te se u a la cri ta/

te: ad illum diem sanctum ⁊ sacratissimū peruenire studeamus,



¶ De pcessione facienda in letania maiori. s. in festo sctī Marci.

Ex legēda beati Gregorij pape primi, dum pestis, que inguinaria dicebatur: vrbem Romanam acriter vastaret: beatus Gregorius papa misertus populi continue pereuntis: instituit letaniam maiorem, ⁊ processionem septiformē ordinauit: totā Romanam vrbem in septem choros, seu septē partes diuidendo: quatenus plebis sue deus misereretur. In primo choro posuit totum clerum. In secundo omnes abbates cū monachis suis. In tertio omnes abbatissas cum suis congregationibus. In quarto omnes infantes seu pueros. In quinto omnes laicos. In sexto omnes viduas. In septimo omnes mulieres coniugatas. Misertus est autē dn̄s populi sui: ⁊ vrbem a tali peste liberauit. Et ex hoc statutum fuit, vt singulis annis per vniuersum orbem: tali die fieret processio. s. 7. calen. Maij. in festo videlicet sancti Marci euangeliste.

¶ Ex cōcilio mogūtieñ. Ca. 6. Placuit nobis vt letania maior sit obseruāda a cunctis christianis vno die. 7. cal. Maij, sicut in romana ecclesia constitutum reperimus: ⁊ sicut sancti patres constituerunt: non equitando: non pretiosis vestibus imbuti, cinere respersi, ⁊ cilitio induti, nisi infirmitas impedierit. ¶ Preparatis igitur clericis ⁊ populo in ecclesia, hora conueniēti cum ad processionem exire debuerint omnes flectentes genua, cantent hanc sequentem antiphonam ex integro flexis genibus. Antiphona.

Re mus dilectiſ ſimi no/

bis deum patrem omnipoten tem, vt cun/

ctis mun dum purget erro ri bus, morbos

aufe rat, famē depellat, ape ri at car ce res,

vincula diſſol uat, peregrinātibus re ditum, infir/

mantibus ſa ni ta tem, naui gan tibus poꝛ tum ſa/

lu tis indulge at: ⁊ paceꝫ tri bu at in di e/

bus no ſtris, inſurgētesqꝫ depel lat i nimi/

cos, ⁊ de manu inferni li be ret nos pꝛopter no/

men su uz. Alle/

lu-ia.

Completa aña preceden/ti incipiatur Añ. Exurge domine. ⁊ oẽs surgentes eam prosequantur. Aña.

Exurge domie ad iuua nos, ⁊ libera nos propter nomen tu um. ps. Deus au ri bus nostris audi nimus, patres nostri annun ci auerunt no bis. ℣. Glo ri a patri. Aña. Exurge domine.

Repetita antiphona incipiatur letania. fol. 181. a duobus clericis ante altare genuflexis, ⁊ a choro prosequatur, omnibus astantibus genuflexis, vsq₃ dum dicatur. Sancte petre, ora pro nobis. Et tunc egrediatur processio precedetibus accolitis cũ cereis, ⁊ cruce, ⁊ subsequẽtibus clericis: iunioribus precedentibus: vltimo sequatur sacerdos cum pluuiali: ⁊ diacono ⁊ subdiacono cum dalmaticis: ⁊ procedant cantando letaniam: quousque ad aliquam ecclesiam peruenerint. Quam ingressi, dimissa letania: incipiant antiphonam hanc sequentem: ⁊ eam cantent. Antiphona.

Ego sum deus patrũ vestrorũ di cit dominus.

Uidens vidi afflic ti o nem po pu li me/

i: et gemitũ eius audiui: et descendi liberare e os.

Qua cantata, dicat sacerdos. ℣. Propitius esto peccatis nostris dñe ppter nomẽ tuũ. ℟. Nequando dicant gentes vbi est deus eorũ. ℣. Dñs vobiscũ. ℟ Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui iuste irasceris, et clementer ignoscis: afflicti populi lachrymas respice, et iram tue indignationis, quam iuste meremur ppitiat⁹ auerte, Per. Postea cantetur añ. cũ. ℣. et oratione de scõ vel scã, in cuius honore ecclesia illa est titulata. Quibus finitis resumpta letania in loco vbi dimissa fuerat: vel si fuerit completa incepto aliquo hymno pcedãt ad pcessionẽ. Et cũ ad aliã ecc̃liã puenerit: dimissa letania vł hymno: cãtẽt añã.

Clementissime domi ne, exaudi popu lum

tuum: tuam mi sericordiam deuote poscentẽ, et in

tu a prote cti one sperantẽ ad te conuerte pro pi tius.

℣ Exurge domine adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Oremus. Oratio.

Misererе quesumus dñe familie tue, et intercedentibus omnib⁹ sctis tuis, munera cõpunctionis aperi, et largitate pietatis exaudi. Per. ℟. Amẽ. Postea dicatur añã. ℣. et orationes de scõ vel sancta, cuius est ecclesia. Postea resumpta letania, vel hymno, vbi fuerãt ptermissi, processionẽ psequant. Et cũ peruenerint ad

aliam

tuã ecclesiã: pretermissis letania, vel hymno. cantent antiphonã.

Domi ne de us noster, qui cũ patribus nostris mi ra bi li a magna fe ci sti: nostris quoque glo ri fi care tẽporibus: qui misisti manũ tuã de alto: ᷊ li be rasti nos saluator no ster.

℣. Si ambulauerimus in medio tribulationis, viuificabis nos dñe. ℟. Et nomen tuum inuocabimus. Oremus. Oratio.

Deus qui culpas delinquẽtiũ districte feriendo percutis, ᷊ fletus quoqꝫ lugentium non recusas: presta quesumus, vt qui pondus tue animaduersionis cognouimus, etiaꝫ pietatis gratiam sentiamus. Per d. Postmodum fiat memoria de sancto vel sancta: in cuius nomine illa ecclesia intitulata est. per añ. ℣. ᷊ orationem. Et reassumatur letania vbi fuerat dimissa: vel hymnus: ᷊ ad processionem procedatur: vsqꝫ ad aliam ecclesiam: ad quam processio vadit: ᷊ ibi dimissa letania: vel hymno: cantetur. Añ.

Multa sunt domine peccata nostra que tibi peccauimus pa tienti a i srael: li be ra nos domine in tempore an gusti e no stre de us no ster

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Oremus. Oratio.

Deus qui culpas nostras piis verberibus flagellas, vt a nostris iniquitatibus emundes: da nobis: et de verbere tuo proficere, et de tua citius consolatione gaudere. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum Qui tecum viuit et regnat.

Postea de sancto vel sancta, in cuius honore fundata est ecclesia per antiphonas versiculos et orationes fiat commemoratio. Et resumpta letania, vel hymno, vbi fuerant dimissa, procedatur ad aliam ecclesiam. Quam ingressi cantent. Antiphona.

℣. Adiuua nos deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos. Oremus. Oratio.

Parce domine, parce populo tuo: et nullis iam patiaris aduersitatibus fatigari: quos pretioso filij tui domini nostri Jesu Christi sanguine redemisti. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula etc. Postea fiat memoria de sancto vel sancta illius ecclesie: per antiphonam. ℣. et orationem. Et resumpta letania: vel hymno procedatur ad processionem versus ecclesiam: vbi processio debet terminari. Quam ingressi, clerici et religiosi si affuerint, collocent se hinc et inde: nec recedant donec omnia fuerint completa. Et hoc etiam in aliis processionibus obseruetur. Ingressi igitur ecclesiam cantent. Antiphona.

vt



uitis peper ci sti, mi se rere nobis domine de us noster.

Kyrie elei. Christe el. Kyrie el. Pater noster. Et ne. ℣. Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Tribulationes cordis nr̄i multiplicate sunt. ℟. De necessitatibus nostris libera nos domine. ℣. Peccauimus cum patribus nostris. ℟. Iniuste egimus iniqtatē fecimus. ℣. Miserere nostri dn̄e miserere nr̄i. ℟. Quia multū repleti sumus despectione. ℣. Fiat misericordia tua dn̄e sup nos. ℟. Quēadmodū sperauimꝰ i te. ℣. Deꝰ ne elōgeris a nobis. ℟. Deꝰ i auxiliū nr̄ꝫ respice. ℣. Memor esto cōgregatiōis tue. ℟. Quā possedisti ab initio. ℣. dn̄e ex. ℟. Et cla. ℣. dn̄s vo. ℟. Et cū. Oremꝰ

Oratio.

CLamātiū ad te dn̄e p̄ces dignāter exaudi: vt sicut Niniuitis in afflictione positis pepercisti: ita ⁊ nobis in p̄nti tribulatiōe succurrere digneris. Per chr̄m. ℟. Amē. Oremꝰ.

DA nobis quesumus domine de tribulatione letitiam: vt qui diu pro nostris peccatis affligimur, in tua misericordia respiremus. Per christum dominum. ℟. Amen. Oremus.

SUccurre, q̄s dn̄e, populo tuo supplicanti: ⁊ opem tuam tribue benignꝰ infirmis, vt syncera tibi mente deuotꝰ, ⁊ p̄ntis vite remedijs gaudeat ⁊ futuris. Per. ℟. Amen. Oremus.

DEus qui peccantium animas non vis perire, sed culpas: contine quam meremur iram: ⁊ quam precamur super nos effunde clementiam: vt de merore gaudium tue misericordie consequi mereamur. Per christum dominum. ℟. Amen. Oremꝰ.

AUres tue pietatis quesumus domine precibus nostris inclina: vt qui peccatorum nostrorum flagellis percutimur: intercedentibus beatissima virgine dei genitrice maria cum beatis apostolis Petro ⁊ Paulo, beato Marco euangelista, ⁊ beato Gregorio confessore tuo atque pontifice, miserationis tue gratia liberemur. Per christū dn̄m. ℟. Amen. Oremus.

ADesto supplicationibus nostris omnipotens deus: ⁊ spe/

rantes in tua misericordia, intercedentibus omnibus sanctis tuis: celesti protegas benignus auxilio. Per chrm. ℟. Amen. Postea fiat memoria de patrono illius ecclesie: per añ. ℣. ẛ. τ orationem. Et terminetur oratio per Per dominum nostrum. in fine cantetur Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. Et hoc modo terminantur oẽs processiones sequentes. ¶ Si fuerint plures ecclesie visitande, repetatur de suprapositis añá. ℣. τ orationibus. Si fuerint pauciores dimittatur de antiphona. ℣. τ orationibus mediuz ẛm quod necessaria fuerit. ¶ Ubi autẽ tali die solent bñdici sata, τ vinee, egrediat pcessio extra ciuitatez, vel oppiduni: aut villam: τ dicãtur seu cantentur bñdictiones, que suprapositie sunt in secunda parte huius libri pro festo sancti marci. fo.195. Et postea compleatur processio, sicut in hoc loco notatur. ¶ Ritus τ modus huius processionis obseruetur in omnibus processionibꝰ sequentibꝰ: nisi vbi aliud fuerit assignatũ. ¶ Antiphone dicẽde in ecclesiis, p quas pcessio transit, ẛm earũ titulos. ¶ De sanctissima trinitate. Antiphone.





Duo clerici dicant ℣. ẛ. Quod etiam in sequentibus obseruetur. ℣. Benedicamus patrem τ filium cuz sancto spiritu. ℟. Laudemus τ superexaltemus eum in secula. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere, τ in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Christum dominũ. ¶ De sacratissimo corpore christi antiphone

O sacrum

Sa crum conui ui um: in quo christus su mitur: re co li tur memo ria pas si o nis e ius mens: imple tur gra ti a & fu tu re glo ri e nobis pi gnus da tur. Alle lu ia.

℣. Panē celi dedit eis: all'a. ℟. Panē angelorū mādūcauit hō. Oremus. Oro.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue q̄s: ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter sentiam⁹. Qui viuis. ¶ De scā cruce. An.

Salua nos christe saluator per virtutem crucis: qui saluasti petrū in mari miserere nob.

℣. Adoram⁹ te christe: & benedicimus tibi. ℟. Q: & p crucē tuā redemisti mundum. Oremus. Oratio.

Deus qui vnigeniti filij tui pretioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: cōcede q̄s eos qui eiusdē scē crucis gaudēt honore: tua quoq; vbiq; ꝓtectione gaudere. Per eundem christum. ℟. Amen. ¶ De beata virgine. Antiphona.

Ue mari a: gratia plena dominus te/



cū bene dicta tu in muli e ribus al le lu ia.

℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiemur promissionibus christi. Oremus. Oratio.

C Oncede nos famulos tuos: quesumus domine deus: perpetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beate marie semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, ⁊ eterna perfrui letitia. Per christum dominum nostrum. Responsorium. Amen. ¶ De Angelis. Antiphona.




Ngeli archange li throni ⁊ domina ti ones



prin ci patus ⁊ pote sta tes vir tu tes celo rum, lauda/

te dominum de ce lis al le lu ia.

℣. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. ℟. Ado/rabo ad templum sanctum tuū, ⁊ confitebor nomini tuo. Oremus.

D Eus qui miro ordine angelorū ministeria, homi/numqꝫ dispensas: concede propitius, vt quibus tibi mini/strantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra mu/niatur. Per christum dominum nostrum. Responsoriū Amen. Oratio.

¶ De sancto Joanne baptista aña.

Nter na tos muli e rū. non sur/rexit

℣. Fuit homo missus a deo. ℟. Cui nomen erat ioannes. Oremus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus, vt familia tua per viaz salutis incedat: et beati ioannis precursoris hortamenta sectando, ad eum quem predixit secura perueniat. Per eundem christum. ℟. Amen. ¶ Dum processio procedit per ecclesias, si habetur aña et oratio propria de sancto illius ecclesie patrono, a clericis ipsius ecclesie preparentur et cantentur, alias dicantur añe, et orationes de communi sanctorum secundum eorum qualitates.

¶ De Apostolis. Antiphona.

℣. In oēm terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eoruz. Si fuerit vnius apostoli ecclesia. Oremus. Orō.

Beati N. apostoli tui domine precibus adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per christum. ℟. Amē. Si fuerint plures apostoli. Oremus

Deus qui nos per beatos apostolos tuos N. et N. Orō. ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriaz sempiternā, et proficiendo celebrare, et celebrādo proficere. Per. ℟. Amen. ¶ De vno martyre. Antiphona.





erat supra firmā petrā

℣. Gloria et honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Si fuerit pontifex. Oremus. Oratio

Iꝰ N. firmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis grauat: beati N. martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Christum. ℟. Amen. Si fuerit solum martyr. Oremus. Oratio.

Presta quesumus oḡs deus, vt interueniente btō N. martyre tuo: et a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ De pluribus martyribus. Ana.

Gaudēt in celis anime sanctorum: qui christi vestigia sunt secuti et quia pro eius amore sanguinē suum fuderunt: ideo cum christo exultant sine fine.

℣. Letamini in domino, et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus. Oratio.

Beatorum martyrum: paritercꝫ pontificum N. et N. nos quesumus domine merita tueantur: et eorum commendet oratio veneranda. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fuerint martyres non pontifices. Oremus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui gloriosos martyres N. et N. fortes in sua cōfessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ De vno confessore. Antiphona.

num



℣. Amauit eum dominus: ⁊ ornauit eum. ℟. Stolam glorie induit eum. Si fuerit pontifex. Oremus. Oratio.

Exaudi, quesumus domine, preces nostras: quas in beati N. confessoris tui atque pontificis commemoratione deferimus: et qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Christum. ℟. Amen. ¶ Si non fuerit pontifex. Oremus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: quas in beati N. confessoris tui veneratione deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam non habemus: eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fuerit abbas. Oremus. Oratio.

Intercessio nos: quesumus domine, beati N. abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio assequamur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

De vna virgine Antiphona.



℣. Diffusa est grã in labiis tuis. ℟. Propter ea benedixit te deus in eternũ. Si fuerit virgo ⁊ martyr. Oremus. Oratio.

Indulgentiam nobis domine beata N. virgo ⁊ martyr imploret: que tibi grata semper extitit: ⁊ merito castitatis ⁊ tue professione virtutis. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Si fuerit virgo ⁊ non martyr. Oremus. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis tue commemoratione gaudemus: ita pie deuotionis

erudiamur affectu. Per christum dominum nostrum. ℟. Amē.
Si non fuerit nec virgo nec martyr. Oremus. Oratio.
E Xaudi nos deus salutaris noster, vt sicut de beate N. commemoratione gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.
¶ De pluribus virginibus. Antiphona.



PRudētes virgines aptate vestras lāpades ecce sponsus venit, exite obuiam ei. ℣. Adducēt regi virgines post eā. ℟. Proxime eius offerentur tibi. Oremus. Oratio.
DA nobis, quesumus domine deus noster, sanctarum virginum ⁊ martyrum tuaruꝫ N. ⁊ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ De processionibus faciendis in tribus diebus Rogationum. Ex concilio Aurelianensi. Cap. 6.
CUm exigentibus peccatis galliarum, plurimi luporum rabie acriter interimerentur, nec huius flagelli aliquod remedium inueniri posset, congregati traduntur galliarum episcopi apud viennam vrbem: atque in commune statuerunt, vt triduanum ieiunium facerent. Cumque dn̄s pestem misericorditer abstulisset: hi dies in consuetudine annue celebritatis venerunt, vt per galliarum prouincias ante ascensionis domini diē celebrarentur. Agamus ⁊ nos hos dies cum summa reuerentia ⁊ deuotione, cum abstinentia carnis, ⁊ humilitate cordis, vt inuisibilium, id est spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur, quia in sacco ⁊ cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates ⁊ commessationes, que sunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare presumat, sed discalciatis pedibus omnes incedant. Nequaqꝫ muliercule choros ducant, sed omnes in commune kyrie eleison decantent, ⁊ cum contritione cordis, dei misericordiam exorent Pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugū, ⁊ pro ceteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinentie non letitie.

¶ Ex

¶ Ex concilio Aurelianensi. de cōsecr. distinc. 3. ca. Rogationes.
Rogationes, idest letanias ante ascensionem dñi placuit celebrari: ita vt premissum triduanū ieiunium dñice ascensionis solēnitate soluatur. Per hoc triduum serui et ancille ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, etiam quadragesimalibus cibis vtantur. ¶ De processione in tribus diebus rogationū, in quibus fiunt letanie minores.

Feria. 2. 3. et. 4. in rogationibus conuenientes clerici ad ecclesiam hora conuenienti oibus preparatis incipiāt aīaz. Oremus dilectissimi. fo. 250 qua cātata incipiatur añ. Exurge dñe. fol. 251. et cantent letaniam: et procedant, et omnia cantentur sicut notatum est in letaniis maioribus. s. in festo sancti Marci euangeliste. In aliquibus ecclesiis solent portari dracones et lupi super perticas ad denotādū cām, quare instituta fuerit hec processio in tribus diebus rogationū. Ubi aūt consuevit q processio egrediatur ad cāpos et agros: sacerdos aspgat aquā bñdictā p agros et vineas, et interim clerici cātent. Aña. Rigās mōtes de superiorib⁹ suis. et ps. Bñdic aīa mea. 2. que añ. tota dicatur an. psalmū, et tota post ps. repetat. An.

R Igans montes de su pe ri o bus su is do mi nus de fructu o perum tuorum fa ci at terram productus fenum in mentis et herbaz seruituti hominum, vt e ducas panez de terra et vinum le ti ficet cor ho



minis. ps. Benedic anima.ij. Euouae. Psalmus.

Benedic anima mea domino, domine deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extendens celum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aque. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi: in locum quem fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aque. Potabunt omnes bestie agri, et expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces. Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum saciabitur terra. Producens fenum iumentis: et herbam seruituti hominum. Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis. Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi: et cedri libani quas plantauit, illic passeres nidificabunt. Herodii domus dux est eorum montes excelsi ceruis, petra refugium herinaciis. Fecit lunam in tempore: sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie sylue. Catuli leonum rugientes vt rapiant: et querant a deo escam sibi. Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suam vsque ad vesperam. Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum et spaciosum manibus: illic reptilia quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te

faciem

faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum ⁊ deficient: ⁊ in pul/
uerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum ⁊ creabuntur:
⁊ renouabis faciem terre. Sit gloria domini in seculum: letabi/
tur dominus in operibus suis. Qui respicit terram ⁊ facit eã tre/
mere: qui tangit montes ⁊ fumigant. Cantabo domino in vita
mea: psallam deo meo quandiu sum. Iocundum sit ei eloquium
meum, ego vero delectabor in domino. Deficiant peccatores a
terra: ⁊ iniqui ita vt non sint: benedic anima mea domino. Repe/
tita post psalmus, antiphona dicatur. kyrie eleison. Christe elei.
kyrie elei. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos.
℣. Dominus dabit benignitatem. ℟. Et terra nostra dabit fru
ctum suum. ℣. Emitte spiritum tuum ⁊ creabuntur ℟. Et re/
nouabis faciem terre. ℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.
Benedicat nos deus deus noster, ⁊ terre nostre fructus
vberes multiplicet: vt seminãtes in gaudio seminent, ⁊ metentes
in exultatione colligant manipulos, ⁊ te semper benedicant.
Per christum dominũ nr̃m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.
Quesumus omnipotens deus, misericordiam tuã, vt bene/
dicere ⁊ multiplicare digneris fines ⁊ fruges famulorum tuo/
rum, sicut multiplicasti fruges patriarcharum Abraham, Isaac,
⁊ Jacob: vt sit seruis tuis abundantia, ⁊ egenus ⁊ pauper lau/
dent nomen glorie tue. Per Christum dominum nostrum.
Responsorium. Amen. Oremus. Oratio.
Clementiam tuam omnipotens deus supplices deprecã/
mur: vt benedicere ⁊ visitare ⁊ irrigare digneris fruges ⁊ fines
seruorum tuorum, ⁊ vt defendas ab omni infestatione inimici: vt
abundantia benedictionis tue repleas eorum inopiam: ⁊ tibi sem
per laudes referant, qui das escas omni carni. Per Christum
dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.
Deus celi terreque dominator: te supplices exoramus: vt
angelum tuum mittere digneris: qui custodiat ⁊ defendat fines
⁊ fruges famulorum tuorum ab omni incursione inimici: vt hun/
dantia benedictionis tue repleas eorum inopiam: ⁊ tibi semper
laudes referant: vt hic ⁊ in eternum per te salui esse mereantur.
Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui ⁊c.
Finitis predictis orationibus in agris, procedant ad ecclesiam
vbi finiri debet processio: ⁊ cantent omnia sicut supra signatum

est in letaniis maioribus. Cōpleta processione ꝛ dicto Bñdicamus dño. ꝛ Deo gratias. Sacerdos deposito pluuiali accipiat planetam: ꝛ cantet missam ferialem, vt in missali.

¶ Processio in festo ascensionis domini.

In festo ascensionis domini fit processio in aliquibus ecclesiis circa ecclesiaz: vel plateam ipsius: hoc ordine. Dicta tertia sacerdos cum pluuiali: ꝛ ministri sacris vestibus suorum ordinum induti, precedentibus accolitis cum cruce, cereis, ꝛ thuribulo, ꝛ aqua benedicta: ꝛ clericis sequentibus: iunioribus precedentibus: ꝛ vltimo sacerdos cum ministris veniant ad chorum. Quia ad inchoationē processionis genuflexus Incipiat hymnum de ascensione dñi: vt infra in hymnis notatum est: ꝛ clericis prosequētibus ꝑcedant circa ecclesiaz, vel plateā ipsius. Cōpleto primo hymno, icipiat sm. Ad portā vero ecclesie sacerdos incipiat antiphon ā. O rex glie. ꝛ oēs eam prosequuntur procedendo ad chorum. Antiphona.

Rex glo ri e domine virtutū qui triūpha

tor hodie super oēs celos ascendi sti: ne derelinquas



nos orphanos sed mitte promissum patris in nos spi

ri tum veri ta tis al le lu ia.

Finita añ. duo clerici cantēt. ℣. Ascēdit deꝰ in iubilatione al la. ℟. Et dñs in voce tube Alleluia. Et sacerdos. Oremꝰ. Oro.

Deus cuius vnigenitus in alta celorum potenter ascendens, captiuitatem nostram sua duxit virtute captiuam, tribue quesumus, vt dona, que suis participibus contulit, lar

giatur

giatur et nobis Jesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia.

De processione in festo Pentecostes.

In die sancto Pentecostes in aliquibus ecclesiis fit talis processio: finita tertia sacerdos cum ministris paratus accedit ante altare maius: et genuflexis oibus, sacerdos incipit hymnum. **Veni creator spiritus.** et reliqui prosequuntur. Et dicto primo versu: surgunt omnes: et precedentibus accolitis cum cereis, cruce: et thuribulo: iunioribus precedentibus, et prosequentes: hymnum predictum: circueunt plateam ecclesie. Et facta processione intrant ecclesiam: et firmant se clerici hinc et inde, et sacerdos in medio, donec termineur hymnus. Tunc incipitur introitus misse, et cantatur vsqz ad. **Gloria patri.** Interim aliqui clerici in eminenti loco positi proiiciunt folia rosarum et aliorum florum, paulatime super sacerdotem. Dicto ℣. post introitum sacerdos dicit in cantu. **Gloria patri.** et clerici prosequentes vadunt ad chorum, et sacerdos cum ministris ad altare, et missam prosequuntur. Et alicubi fit talis processio etiam duobus diebus sequentibus.

De processione in festo corporis Christi.

In festo sacratissimi corporis Christi fit vbiqz generalis processio solemnissima, et induuntur clerici et religiosi sacris vestibus: et candelas in manibus deferant accensas. In hac processione cantantur hymni de festo corporis christi. Item hymni de passione domini. s. Vexilla. **Pange lingua. Lustris sex.** Item hymnus. **Jesus nostra redemp.** Hymni de ascensione domini. Hoc vnum autem obseruandum: quod cum clerici vel religiosi processionaliter procedentes transeunt ante sacratissimum sacramentum: debent genuflectere, et incipere alta voce hymnum. **Pange lingua gloriosi corporis myste.** et totus chorus debet ipsum prosequi, et sic cantando procedere ad processionem. Hymno predicto completo cantent alios hymnos de festo sancti. **Sacris solemnis.** et hymnu. **Verbum supernum prodiens: nec patris.** Et postmodum alios hymnos suprapositos: quos require infra in hoc libro. **folio. 171.** In reditu ad ecclesiam: ad quam finienda est processio, omnes

religiosi ꝛ clerici debent ordinare se in ecclesia hinc ꝛ inde : ꝛ ex⸗pectare sacramentum. Delato sacramento in ecclesiam : sacer⸗dos illud deferens procedit ad maius altare : vel ad portam cho⸗ri : ꝛ vertit se ad clerum ꝛ populum : qui oēs sint genuflexi versis vultibus ad sacramentum : excepto sacerdote, qui sacramentum tenet. Et tunc cantantur sequentes ℣. s. Verbum caro panem verum. ℣. Tantum ergo sacramentum. ℣. Genitori. Quibus cōpletis dī. ℣. Panē de celo pstitisti eis. ℟. Oē delectamentū in se habentē. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū. Oremus. Oro.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue me⸗moriam reliquisti, tribue q̄s, ita nos corporis ꝛ sanguinis tui sacra mysteria venerari : vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spū. ℣. Bñdicamus dño. ℟. Deo grās. Tūc sacerdos eleuās sacrū, cū ipso populū benedicit : ꝛ postmodū illud reuerenter reponit.

¶ De processione facienda in festo sancti vel scē patroni ecclesie.

In festo sancti vel sancte patroni ecclesie, potest fieri sequens processio. Congregato clero ꝛ popu⸗lo in choro, ꝛ preparatis oibus sm ecclesie facul⸗tatē : quibus sanctus vel sancta honorandi sunt, vt paramentis, reliquiis : ꝛ cereis cantata tertia inci⸗piatur añ. Exurge dñe. vt supra in processione le⸗tanie maioris in festo sancti Marci. folio. [illegible]

Et repetita antiphona cantantur letanie : ꝛ egreditur processio, vt ibi notatū est. Addūtur etiam hymni propri si sūt : alioquin cā⸗tetur hymni de cōi, sm qualitatē illius sci vel scē : vt si fuerit apl's, de aplis : si martyr, de martyribus : si confessor, de ꝯfessoribus : si virgo, de virginibus. Cōpleta processione ecclesiā intrātes cātēt [illegible] de scō vel scā p[illegible]iā, vel de cōi si nō habēt propriū officiū. Qua cōpleta dicatur. ℣. Ora p nobis btē vel btā. N. ℟. Ut di⸗gni efficiamur. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū. Oremus. Oro.

Benedic dñe plebē tuā, ꝛ bti vel btē. N. precibus tribue cō⸗sequi defensionis auxilium. Per xp̄m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Protector in te sperantium deus, respice populum supplicantem : ꝛ beati vel beate. N : interueniente suffra⸗gio : perfice miseratus pia desideria singulorum : Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Pasce nos dñe tuorū gaudiis vbiq; sctōrum, q: nr̄e salutis augmēta sunt, quoties illis honor impēditur, in quib' tu mirabilis

 predicaris

predicaris. Per xpm. ℟. Amē. Oremus. Sequatur oro ppria illius sci, et terminet. Per d. et Bndicamus dno. ℟. Deo grās.
Postea sacerdos deposito pluuiali, et accepta planeta, ad altare cum ministris accedat, et incipiatur missa de sancto vel sancta.

¶ Ordo processionis pro defunctis in crastino omnium sanctorū.

Cantata missa hora tertia, et inchoato a cantoribus. ℟. Credo q redēptor meus. de choro hoc ordine processio egrediatur. Precedant duo ceroferarij cum cereis, induti superpelliciis: quos sequatur crucifer superpelliceo indutus, deinde ceteri clerici, vt moris est in processionibus: vltimo plebanus vel hebdomadarius nigro pluuiali indutus: a dextera cuius procedat diaconus cum aqua benedicta: et a sinistra subdiaconus cū thuribulo et incenso. ℟. Credo q redemptor meus. supra. fol. 157. Perueniens aūt ad primam mansione: crucifer et ceroferarij facies suas et crucem vertant ad venientē processionem: ceteri clerici a dextris et a sinistris dicte mansionis in moduz corone se collocent, plebanus vero vel hebdomadarius cōtra crucem. Interim oībus dictuz Respōriuz cantantibus, diaconus tumulos aqua benedicta aspergat: et subdiaconus thure incenset. Finito vero ℟. dicat. kyrie eleison.



Deinde hebdomadarius alta voce dicat. Pater noster. Et cetera in silentio: et deniqz clara voce explicet. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. A porta. ℟. Erue dne aias eorū. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dne exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dns vobiscū. ℟. Et cū spiritu. Oremus. Oro.

OMnipotens sempiterne deus: cui nunquam sine spe misericordie supplicatur: propitiare animabus famulorum famularumque tuarum: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt, sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per Christum dominum nostrum. Responsoriuz. Amen.

¶ Deinde intonato a cantoribus ℟. Qui lazarū. processio ordine pnotato ad scdaz mansionē pcedat ℟. Qui lazarum. fol. 158.

Ve mari a: gratia plena dominus te/

cũ bene dicta tu in muli e ribus al le lu ia.

℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oremus. Oratio.

COncede nos famulos tuos: quesumus domine deus: per/petua mentis ꝛ corporis sanitate gaudere: ꝛ gloriosa beate marie semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, ꝛ eter/na perfrui letitia. Per christum dominum nostrum. Respon/sorium. Amen. ¶ De Angelis. Antiphona.



Ngeli archange li throni ꝛ domina ti ones

prin ci patus ꝛ pote sta tes vir tu tes celo rum, lauda/

te dominum de ce lis al le lu ia.

℣. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. ℟. Ado/rabo ad templum sanctum tuũ, ꝛ confitebor nomini tuo. Oremᵒ.

DEus qui miro ordine angelorũ ministeria, homi/ Oratio. numq; dispensas: concede propitius, vt quibus tibi mini/strantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra mu/niatur. Per christum dominum nostrum. Responsoriũ Amen.

¶ De san cto Joan ne bapti/sta añа.

Nter na tos muli e ruz. non sur/rexit



℣. Fuit homo missus a deo. ℟. Cui nomen erat ioannes. Oremus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus, vt familia tua per viaz salutis incedat: ⁊ beati ioannis precursoris hortamenta sectando, ad eum quem predixit secura perueniat. Per eundem christum. ℟. Amen. ¶ Dum processio procedit per ecclesias, si habetur aña ⁊ oratio propria de sancto illius ecclesie patrono, a clericis ipsius ecclesie preparentur ⁊ cantentur, alias dicantur añe, ⁊ orationes de communi sanctorum secundum eorum qualitates.

¶ De Apostolis. Antiphona.



℣. In oẽm terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eoruz. Si fuerit vnius apostoli ecclesia. Oremus. Oro.

Beati N. apostoli tui domine precibus adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per christi. ℟. Amẽ. Si fuerint plures apostoli. Oremus

Deus qui nos per beatos apostolos tuos N. ⁊ N. Oro. ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriaz sempiternã, ⁊ proficiendo celebrare, ⁊ celebrãdo proficere. Per. ℟. Amen. ¶ De vno martyre. Antiphona.

erat supra firmã petrã

℣. Gloria ⁊ honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Si fuerit pontifex. Oremus. Oratio

IN firmitatem nostram respice omnipotens deus: ⁊ quia pondus proprie actionis grauat: beati N. martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Christum. ℟. Amen. Si fuerit solum martyr. Oremus. Oratio.

PResta quesumus oṗs deus, vt interueniente btõ N. martyre tuo: ⁊ a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore: ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ De pluribus martyribus. Ana.

GAudẽt in ce lis anime sanctorum: qui christi vesti gi a sunt se cu ti ⁊ qui a pro e ius amore san guinẽ su um fuderunt: i de o cum christo e xul tant si ne fi ne.

℣. Letamini in domino, ⁊ exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus. Oratio.

BEatorum martyrum: pariterq́ʒ pontificum N. ⁊ N. nos quesumus domine merita tueantur: ⁊ eorum commendet oratio veneranda. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Si fuerint martyres non pontifices. Oremus. Oratio.

PResta quesumus omnipotens deus: vt qui gloriosos martyres N. ⁊ N. fortes in sua cõfessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ De vno confessore. Antiphona.

num

Imi labo e um viro sa pi en ti, qui e di fi ca uit domum suam su pra petram.

℣. Amauit eum dominus: et ornauit eum. ℟. Stolam glorie induit eum. Si fuerit pontifex. Oremus. Oratio.

Exaudi, quesumus domine, preces nostras: quas in beati N. confessoris tui atque pontificis commemoratione deferimus: et qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Christum. ℟. Amen. ¶ Si non fuerit pontifex. Oremus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: quas in beati N. confessoris tui veneratione deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam non habemus: eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fuerit abbas. Oremus. Oratio.

Intercessio nos: quesumus domine, beati N. abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio assequamur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

De vna virgine Antiphona.

Veni e le cta me a. et ponam in te thronum meum alle luia:

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propter ea benedixit te deus in eternum. Si fuerit virgo et martyr. Oremus. Oratio.

Indulgentiam nobis domine beata N. virgo et martyr imploret: que tibi grata semper extitit: et merito castitatis et tue professione virtutis. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Si fuerit virgo et non martyr. Oremus. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis tue commemoratione gaudemus: ita pie deuotionis

erudiamur affectu. Per christum dominum nostrum. ℟. Amē.
Si non fuerit nec virgo nec martyr. Oremus. Oratio.
Exaudi nos deus salutaris noster, vt sicut de beate N. commemoratione gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.
¶ De pluribus virginibus. Antiphona.



Prudētes virgines apta te vestras lāpades ecce sponsus venit, e xi te obuiam e i.

℣. Adducēt regi virgines post eā. ℟. Proxime eius offerentur tibi. Oremus. Oratio.

Da nobis, quesumus domine deus noster, sanctarum virginum ⁊ martyrum tuaruz N. ⁊ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ De processionibus faciendis in tribus diebus Rogationum. Ex concilio Aureliane. Cap. 6.

Cum exigentibus peccatis galliarum, plurimi luporum rabie acriter interimerentur, nec huius flagelli aliquod remedium inueniri posset, congregati traduntur galliarum episcopi apud viennam vrbem: atque in commune statuerunt, vt triduanum ieiunium facerent. Cunque dn̄s pestem misericorditer abstulisset: hi dies in consuetudine annue celebritatis venerunt, vt per galliarum prouincias ante ascensionis domini diē celebrarentur. Agamus ⁊ nos hos dies cum summa reuerentia ⁊ deuotione, cum abstinentia carnis, ⁊ humilitate cordis, vt inuisibilium, id est spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur, quia in sacco ⁊ cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates ⁊ comessationes, que sunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare presumat, sed discalciatis pedibus omnes incedant. Nequaq̄ muliercule choros ducant, sed omnes in commune kyrie eleison decantent, ⁊ cum contritione cordis, dei misericordiam exorent Pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugū, ⁊ pro ceteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinentie non letitie.

¶ Ex

¶ Ex concilio Aurelianensi. de cōsec. distinc. 3. ca. Rogationes.
Rogationes, idest letanias ante ascensionem dñi placuit celebrari: ita vt premissum triduanū ieiunium dñice ascensionis solénitate soluatur. Per hoc triduum serui & ancille ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, etiam quadragesimalibus cibis vtantur. ¶ De processione in tribus diebus rogationuz, in quibus fiunt letanie minores.

Feria. 2. 3. & 4. in rogationibus conuenientes clerici ad ecclesiam hora conuenienti oibus preparatis incipiāt aña z. Oremus dilectissimi. fo. 250 qua cātata incipiatur an. Exurge dñe. fol. 251. & cantent letaniam: & procedant, & omnia cantentur sicut notatum est in letaniis maioribus. i. in festo sancti Marci euangeliste. In aliquibus ecclesiis solent portari dracones & lupi super perticas ad denotā dūcām, quare instituta fuerit hec processio in tribus diebus rogationū. Ubi aūt consuetum ꝙ processio egrediatur ad cāpos & agros: sacerdos aspgat aquā bñdictā p agros & vineas, & interim clerici cātent. Aña. Rigās mōtes de superiorib⁹ suis. & ps. Bñdic aīa mea. 2. que añ. tota dicatur an. psalmū, & tota post ps. repetat. An.

Rigans montes de su pe ri o bus su is do mi nus de fructu o perum tuorum sa ci at terram producens fenum iumentis & herbaz seruituti hominum, vt e ducas panez de terra & vinum le ti ficet cor ho

minis. Ps. Benedic anima .ij. E v o v a e. Psalmus.

Benedic anima mea domino, domine deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extendens celum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aque. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi: in locum quem fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredientur, neque convertentur operire terram. Qui emittis fontes in convallibus: inter medium montium pertransibunt aque. Potabunt omnes bestie agri, et expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces. Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum saciabitur terra. Producens fenum iumentis: et herbam servituti hominum. Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis. Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi: et cedri libani quas plantavit, illic passeres nidificabunt. Herodii domus dux est eorum montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis. Fecit lunam in tempora: sol cognovit occasum suum. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie sylue. Catuli leonum rugientes vt rapiant: et querant a deo escam sibi. Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suam vsque ad vesperam. Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum et spaciosum manibus: illic reptilia quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naves pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Avertente autem te

faciem

faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum & deficient: & in pul
uerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum & creabuntur:
& renouabis faciem terre. Sit gloria domini in seculum: letabi/
tur dominus in operibus suis. Qui respicit terram & facit eã tre
mere: qui tangit montes & fumigant. Cantabo domino in vita
mea: psallam deo meo quandiu sum. Iocundum sit ei eloquium
meum, ego vero delectabor in domino. Deficiant peccatores a
terra: & iniqui ita vt non sint: benedic anima mea domino. Repe/
tita post psalmus, antiphona dicatur. kyrie eleison. Christe elei.
kyrie elei. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos.
℣. Dominus dabit benignitatem. ℟. Et terra nostra dabit fru
ctum suum. ℣. Emitte spiritum tuum & creabuntur ℟. Et re/
nouabis faciem terre. ℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.
Benedicat nos deus deus noster, & terre nostre fructus
vberes multiplicet: vt seminãtes in gaudio seminent, & metentes
in exultatione colligant manipulos, & te semper benedicant.
Per christum dominũ nrm. ℟. Amen. Oremus. Oratio.
Quesumus omnipotens deus, misericordiam tuã, vt bene/
dicere & multiplicare digneris fines & fruges famulorum tuo/
rum, sicut multiplicasti fruges patriarcharum Abraham, Isaac,
& Jacob: vt sit seruis tuis abundantia, & egenus & pauper lau/
dent nomen glorie tue. Per Christum dominum nostrum.
Responsorium. Amen. Oremus. Oratio.
Clementiam tuam omnipotens deus supplices deprecã/
mur: vt benedicere & visitare & irrigare digneris fruges & fines
seruorum tuorum, & vt defendas ab omni infestatione inimici: vt
abundantia benedictionis tue repleas eorum inopiam: & tibi sem
per laudes referant, qui das escas omni carni. Per Christum
dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.
Deus celi terreque dominator: te supplices exoramus: vt
angelum tuum mittere digneris: qui custodiat & defendat fines
& fruges famulorum tuorum ab omni incursione inimici: vt habu/
dantia benedictionis tue repleas eorum inopiam: & tibi semper
laudes referant: vt hic & in eternum per te salui esse mereantur.
Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui &c.
Finitis predictis orationibus in agris, procedant ad ecclesiam
vbi finiri debet processio: & cantent omnia sicut supra signatum

est in letaniis maioribus. Completa processione et dicto Benedica/
mus dño. ℟ Deo gratias. Sacerdos deposito pluuiali accipiat
planetam: et cantet missam ferialem, vt in missali.

¶ Processio in festo ascensionis domini.

N festo ascensionis domini fit processio in aliqui/
bus ecclesiis circa ecclesiaz: vel plateam ipsius: hoc
ordine. Dicta tertia sacerdos cum pluuiali: et mini
stri sacris vestibus suorum ordinum induti, prece/
dentibus accolitis cum cruce, cereis, et thuribulo, et aqua benedi/
cta: et clericis sequentibus: iunioribus precedentibus: et vltimo sa
cerdos cum ministris veniant ad chorum. Quia ad inchoationē
processionis genuflexus Incipiat hymnum de ascensione dñi: vt
infra in hymnis notatus est: et clericis prosequētibus pcedant cir
ca ecclesiaz, vel plateā ipsius. Cōpleto primo hymno, icipiat fm.
Ad portā vero ecclesie sacerdos incipiat antiphon ā. O rex glie.
et oēs eam prosequuntur procedendo ad chorum. Antiphona.

Rex glo ri e domine virtutū qui triūpha/
tor hodie super oēs celos ascendi sti: ne derelinquas
nos orphanos sed mitte promissum patris in nos spi/
ri tum veri ta tis al le lu ia.

Finita añ. dicāt clerici cantē. ℣. Ascēdit de᷒ in iubilatione al la.
℟. Et dñs in voce tube Alleluia. Et sacerdos. Orem᷒. Oro.
Deus cuius vnigenitus in alta celorum potenter ascen/
dens, captiuitatem nostram sua duxit virtute captiuam,
tribue quesumus, vt dona, que suis participibus contulit, lar/
giatur

giatur et nobis Jesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia.

De processione in festo Pentecostes.

N die sancto Pentecostes in aliquibus ecclesiis fit talis processio: finita tertia sacerdos cum ministris paratus accedit ante altare maius: et genuflexis oibus, sacerdos incipit hymnum. **Veni creator spiritus.** et reliqui prosequuntur. Et dicto primo versu: surgunt omnes: et precedentibus accolitis cum cereis, cruce: et thuribulo: iunioribus precedentibus, et prosequentes: hymnum predictum: circueunt plateam ecclesie. Et facta processione intrant ecclesiam: et firmant se clerici hinc et inde, et sacerdos in medio, donec termineteur hymnus. Tunc incipitur introitus misse, et cantatur vsqz ad. **Gloria patri.** Interim aliqui clerici in eminenti loco positi proiiciunt folia rosarum et aliorum florum, paulatine super sacerdotem. Dicto ℣. post introitum sacerdos dicit in cantu. **Gloria patri.** et clerici prosequentes vadunt ad chorum, et sacerdos cum ministris ad altare, et missam prosequuntur. Et alicubi fit talis processio etiam duobus diebus sequentibus.

¶ De processione in festo corporis Christi.

N festo sacratissimi corporis Christi fit vbiqz generalis processio solemnissima, et induuntur clerici et religiosi sacris vestibus: et candelas in manibus deferant accensas. In hac processione cantantur hymni de festo corporis christi. Item hymni de passione domini. s. Vexilla. **Pange lingua. Lustris sex.** Item hymnus. **Jesus nostra redemp.** Hymni de ascensione domini. Hoc vnum autem obseruandum: quod cum clerici vel religiosi processionaliter procedentes transeunt ante sacratissimum sacramentum: debent genuflectere, et incipere alta voce hymnum. **Pange lingua gloriosi corporis myste.** et totus chorus debet ipsum prosequi, et sic cantando procedere ad processionem. Hymno predicto completo cantent alios hymnos de festo sancti. **Sacris solemnis.** et hymnū. **Verbum supernum prodiens: nec patris.** Et postmodum alios hymnos suprapositos: quos require infra in hoc libro. **folio. 271.** In reditu ad ecclesiam: ad quam finienda est processio, omnes

predicaris. Per xpm. ℟. Amē. Oremus. Sequatur oro ppria illius sci, et terminet. Per d. ℣. Bñdicamus dño. ℟. Deo grãs.
Postea sacerdos deposito pluuiali, et accepta planeta, ad altare cum ministris accedat, et incipiatur missa de sancto vel sancta.

¶ Ordo processionis pro defunctis in crastino omnium sanctorū.

Cantata missa hora tertia, et inchoato a cantoribus. ℟. Credo q̃ redēptor meus. de choro hoc ordine processio egrediatur. Precedant duo ceroferarij cum cereis, induti superpelliciis: quos sequatur crucifer superpelliceo indutus, deinde ceteri clerici, vt moris est in processionibus: vltimo plebanus vel hebdomadarius nigro pluuiali indutus: a dextera cuius procedat diaconus cum aqua benedicta: et a sinistra subdiaconus cū thuribulo et incenso. ℟. Credo q̃ redemptor meus. supra. fol. 157. Peruentis aūt ad primam mansione: crucifer et ceroferarij facies suas et crucem vertant ad venientē processionem: ceteri clerici a dextris et a sinistris dicte mansionis in moduz corone se collocent, plebanus vero vel hebdomadarius cōtra crucem. Interim oībus dictuz Respōsoriuz cantantibus, diaconus tumulos aqua benedicta aspergat: et subdiaconus thure incenset. Finito vero ℟. dicat. kyrie eleison.

Deinde hebdomadarius alta voce dicat. Pater noster. Et cetera in silentio: et deniq3 clara voce explicet. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. A porta. ℟. Erue dñe aīas eorū. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu. Oremus. Orō.

Omnipotens sempiterne deus: cui nunquam sine spe misericordie supplicatur: propitiare animabus famulorum famularumque tuarum: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt, sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per Christum dominum nostrum. Responsoriuz. Amen.

¶ Deinde intonato a cantoribus ℟. Qui lazarū. processio ordine pnotato ad scdaz mansionē pcedat ℟. Qui lazarum. fol. 158.

Kyrie ele. fo 261. Pater nr̃. fo 261. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aiãs eoꝝ. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi orationẽ. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscuȝ. ℟. Et cuȝ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus venie largitor et humane salutis amator: q̃s clementiam tuam: vt nostre cõgregationis fratres, sorores, propinquos: et benefactores, qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Nota q̃ predicta non debent dici in secunda hac mansione, si non fuerint ibi sepulture clericorum: sin autem reseruetur dicta oratio ad locum sepulturarum clericorum: et sequens oratio loco eius dicetur.

Deus cuius miseratione anime fidelium requiescunt: famulis et famulabus tuis hic et vbiq; in christo quiescentibus da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine letentur. Per christum dominuȝ. ℟. Amen. ¶ His finitis procedat processio ad tertiam mansionem ordine supra notato: imediate postq̃ȝ inceptum fuerit a cantoribus sequens ℟. Dñe. fol 158. kyrie elei. fol 261. Pater noster. fol. 261. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationẽ. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Propitiare quesumus domine animabus famulorum famularumq; tuarũ misericordia sempiterna, vt mortalitatis nexibus expeditas lux eas eterna possideat. Per christum dominũ nostrũ. ℟. Amen. Deinde inchoato ℟. sequenti ad quartã mãsionẽ procedat processio ordinate. ℟. Memẽto mei deus. fo. 160. kyrie eleison. fo. 261. Pater nr̃. fo. 261. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta in. ℟. Erue dñe aïas eorum. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi orationẽ. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Ora.

Presta quesumus omnipotens deus, vt animas famulorum famularumq; tuaruȝ ab angelis lucis susceptas: in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per christum dominuȝ nostrum. ℟. Amen. Sequitur. ℟. Heu mihi dñe. fol. 160. kyrie eleison. fol. 261. Pater noster. fol. 261. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorũ. ℣. Requie-

scant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationē. ℟. Et cla/
mor meus ad te ve. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cũ spũ. Oremꝰ. Oro.
Absolue quesumus dñe animas famulorum famularumque
tuarũ: ⁊ omnium fidelium defunctorũ ab omni vinculo deli/
ctorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos ⁊ electos tuos re
suscitati respirent. Per christum dominum. ℟. Amen. ℟. Ne
recorderis. fol. 143. kyrie eleison. fol. 271. Pater noster fol. 271. ℣.
Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟.
Erue dñe animas eorũ. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amē. ℣.
Dñe exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.
Deus cui propriũ est misereri semper ⁊ parcere, propitiare
aiabus famulorũ famularũqꝫ tuarũ: ⁊ oia eorũ pctã dimitte
vt mortalitatis vinculis absolute, transire mereantur ad vitã. Per
Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℟. Peccantem me
quotidie. fol. 170. kyrie eleison. folio 271. Pater noster. folio. 271.
℣. Et ne nos in ducas in tentatione. ℟. Sed libera nos. ℣. A por
ta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requiescant in
pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi oratio. ℟. Et clamor
meus ad te. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ. Oremus. Oratio.
Deus vita viuentiũ, spes morientiũ, salus oium in te sperā
tium: presta propitius, vt aie famulorũ famularumqꝫ tuarũ
a nr̃e mortalitatis nexibus absolute, beata maria semper virgine
intercedente, in perpetua cũ sctis tuis luce letentur. Per christũ.
℟. Amen. ℟. Dñe secundũ. fol. 171. kyrie eleison. fol. 271. Pr̃
nr̃. fol. 271. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. A
porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorũ. ℣. Requiescant in pa
ce. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla. meꝰ ad te veniat. ℣.
Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.
Supplices dñe pro aiabꝰ famulorũ famularũqꝫ tuarũ preces
effũdimus obsecrātes, vt qcqd cõuersatione cõtraxerũt hu/
mana, ⁊ clementer indulgeas, ⁊ in tuorũ sede letantium cõstituas
redēptorũ. Per christũ dñm nrm. ℟. Amē. ℟. Libera me dñe
de viis inferni. fol. 171 kyrie eleisõ. fol. 271. Pater nr̃. fol. 171. ℣.
Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferni. ℟. Erue dñe
animas eorũ. ℣. Dñe exaudi orationē meã. ℟. Et cla. meꝰ ad
te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremꝰ. Oro.
Animabus, q̃s dñe, famulorũ famularũqꝫ tuarũ oratio pfi/
ciat supplicantium, vt eas ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ tue

redemptionis facias esse participes. Qui viuis et regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Ad vltimam mansionem cantores cantent sequens ℟. cum quo omnes clerici eo ordine quo exierunt processionaliter ad chorum reuertantur. ℟. Libera me domine de morte eterna. fo. 136. Kyrie elei. fol. 260. Pater noster. fol. 260. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt: piis supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas cum deo. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis.

Quo dicto in sacristiam reuertantur.

¶ De processione facienda ad petendam pluuiam tempore siccitatis.

Congregato clero et populo ad ecclesiam incipiatur antiphona. Oremus. vt supra. fol. 251. postea cantetur antiphona. Exurge domine. vt supra in festo sancti Marci. folio. 250. Qua dicta cum ℣. et Gloria patri. cantetur letania et fiat processio per omnia, sicut in festo sancti Marci in letaniis maioribus signatum est. Finita processione cum redierint ad ecclesiam dicant antiphonam.

Laudate

Laudate dominum quoniam bonus est psalmus: deo nostro sit iocunda decoraqz laudatio. Edificans hierusalem dominus: dispersiones israelis congregabit. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat. Magnus dominus noster et magna virtus eius: et sapientie eius nō est numerus. Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores vsque ad terram. Precinite domino in confessione: psallite deo nostro in cithara. Qui operit celum nubibus: et parat terre pluuiam. Qui producit in montibus fenum et herbam: seruituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum: et pullis coruorum inuocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec ī tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Repetita post psalmos aña dicatur Kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos. ℣. Conuertere domine aliquantulum. ℟. Et deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis. ℟. A generatione in generationem. ℣. Metuamus dominum deū nostrū. ℟. Qui dat nobis pluuiaz temporaneā et serotinam in tempore suo. ℣. Celi non possunt dare imbrē. ℟. Nisi tu volueris dñe. ℣. Dñs dat pluuiā super faciem terre. ℟. Et irrigat aquis vniuersa. ℣. Aperiet dñs thesaurum suum optimū celum. ℟. Ut tribuat pluuiam terre nostre in tēpore suo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus. Oro.

Obsecramus misericordiam tuā dñe sancte, pater oṗs, eterne deus: vt squalentes agri fecundis imbribus irrigentur: qbus pariter estiui mitigētur ardores: et senientiū morborū restringatur accessio: salus hoibus iumentisqz proueniat: atqz vt hoc te largiente mereamur: peccata, que nobis aduersantur, relaxa: qui pluis super iustos et iniustos: et iam nostris offensionib⁹ relaxatis expectata nubium munera larigiaris, qbus et salus nobis et alimēta prestentur. Per christum dñm nrm. ℟. Amē. Orem⁹. Oro.

Terram tuam dñe, quā videmus nris iniqtatibus tabescentē, celestibus aquis infunde: atqz irriga beneficijs grē sempiterne. Per christum dñm nostruz. ℟. Amen. Oremus. Oro.

Da nobis quesumus domine pluuiam salutarem, et aridam terre faciem fluentibus celestibus dignanter infun/



sunt aque de celo, ps. Uoce mea. fo.107. E v o v a e.

Repetita post hec añа dicatur. kyrie elei. Christe elei. kyrie elei. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. ℣. Uox dñi super aquas deus maiestatis intonuit. ℟. Dñs super aquas multas. ℣. Inũdauerũt aque super caput meũ. ℟. Inuocaui nomẽ tuũ dñe et vocez meã audisti. ℣. Saluũ me fac deus. ℟. Qm̃ intrauerũt aque vsqz ad aiam meã. ℣. Illustra faciez tuã super seruos tuos dñe. ℟. Saluos nos fac in tua misericordia. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

DOmine deus, qui in ministerio aquarum salutis tue nobis sacramenta sanxisti: exaudi orationem populi tui: et iube terrores inundantium cessare pluuiarum, flagelluꝫqz huius elementi ad effectũ tui converte mysterij; vt qui se regenerantibus aquis gaudẽt recreatos, gaudeãt his castigãtibus esse correctos. Per.

Oratio. QUesumus omnipotens deus, vt inundantiam coerceas imbrium: et hilaritatem tui vultus nobis impertiri digneris. Per dominum nostrum Jesum etc. Oremus. Oratio.

AD te domine clamantes exaudi: et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus: vt qui pro peccatis nostris iuste affligimur, misericordia tua preueniente clementiam sentiamus. Per dominum nostrum Jesum christum etc. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui nos et castigãdo sanas, et ignoscendo conseruas: presta supplicibus tuis, vt trãquillitatibus huius optate serenitatis et cõsolationis, et dono tue pietatis semper letemur. Per dominũ nostrũ etc. Oremus. Oratio.

DEus qui oĩum rerum tibi seruientium naturam per ipsos motus aeris ad cultum tue maiestatis instituis: serenitatez et tranquillitatem misericordie tue nobis remotis imbribus largiaris, vt cuius iram expauimus clementiaz sentiamus. Per dominum nostruz. Postea dicatur missa de serenitate, vt in missali.

¶ De processione facienda tẽpore pestis et mortalita.

Congregato clero et populo ad ecclesiam cantetur ani. Oremus. vt supra fo.250. Deinde cantetur antiphona. Exaudi nos domine. vt in quartã feria cinerum. folio. 284. Qua cantata cum ℣. et Gloria patri.

Et iterum repetita antiphona incipiatur letania & fiat processio sicut in festo sancti Marci notatum est folio.254. Processione ad ecclesiaz: vbi terminari debet, regressa, cantetur sequens antiphona cum suo psalmo: & cantetur tota ante & post. Antiphona.

B Enedic anima mea domi num: qui redimit de in te ritu vitã tuaz & re plet in bo nis de si/derium tu um. ps. B enedic anima mea. folio.60. E v o v a e.

Repetita post psalmos antiphona dicatur sequẽs Responsorium.

R Ecordare domi ne testamenti tu i & dic angelo percuti en ti esset iam manus tu/a. Ut non desoletur ter ra & ne per das omnem a nimam viuentem. Quie/scat



Postea dicatur Kyrie ele. Christe elei. kyrie ele. Pater noster. Et ne nos. ℣. Recordare dn̄e testamenti tui ⁊ dic angelo percutienti. ℟. Cesset manus tua ⁊ nō desoletur terra. ℣. Misit verbū suū ⁊ sanauit eos. ℟. Et eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Cōfiteātur dn̄o misericordie eius. ℟. Et mirabilia eius filiis hominum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriaꝫ nominis tui libera nos. ℣. Ne perdas nos deus cuꝫ iniquitatibꝰ nostris. ℟. Neqꝫ in finē iratus reserues mala nr̄a. ℣. Dn̄e exau. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū. Oremꝰ.

Oratio. Exaudi nos deus salutaris noster, ⁊ intercedentibus beata virgine dei genitrice Maria: beato petro apostolo tuo: beato Sebastiano martyre tuo: atqꝫ beato Uincentio confessore tuo: populum tuuꝫ ab iracundie tue terroribus libera, ⁊ misericordie tue fac largitate securum. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Ecclesie tue quesumus omnipotens deus placatus intēde conuentum: ⁊ misericordia tua nos potius q̄ȝ ira preueniat: quia si iniquitates nostras obseruare volueris: nulla poterit creatura subsistere: sed admirabili pietate: qua nos fecisti: ignosce peccantibus, vt opera manuum tuarum non facias interire. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus Oratio.

Exaudi dn̄e preces nostras: ⁊ ne velis cum seruis tuis adire iudicium, qꝛ sicut in nobis nulla iustitia reperitur de qua presumere valeamus: ita fontem tue pietatis cognoscimus: a quo ⁊ a peccatis nostris nos absolui, ⁊ a necessitatibus liberari cōfidimus. Per Christum dn̄m nostrū. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus cuius misericordia celestium quoqꝫ virtutū indigent potestates: ⁊ in cuius ↄspectu nullus est hominuꝫ absqꝫ sorde ⁊ pena pctī: delicta ppl̄i tui q̄s propitiatus auerte, vt quos proprie conscientia reatus accusat, bonitatis tue patientia faciat veniam promereri. Per christuꝫ dominū. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus cuius tāta est excellentia pietatis, vt vno peccatore conuerso maximum gaudium facias in celis haberi: respice in exiguam populi tui portionem, vt omni depulsa vexatione, hereditas tua ⁊ numero augeatur, ⁊ deuotione proficiat. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

EXaudi dn̄e quesumus, populum tuum de tua misericordia malorum suorum veniam supplicātem: quia ⁊ potens es dimittere peccata, supplicia, que nostris meremur operibus potentia tue pietatis auerte. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

IRam tuam, quesumus domine, a populo tuo miseratus auerte: quam nostris quidem meremur operibus: sed humana fragilitate sustinere non possumus, illa nos itaque contine pietate quam prestare soles indignis. Per dominum nostrum. Benedicamus domino. Responsorium. Deo gratias. Completis orationibus cantetur missa contra pestem, vt in missali: cum orationibus de beata virgine, de sancto Sebastiano: ⁊ de sancto Vincentio confessore.

¶ De processione facienda in tēpore tribulationum quarūcunqꝫ Ex Decretis Liberij pape. Capit. 1.

SI venerit fames, pestilentia, inequalitas aeris, vel alia qualiscunqꝫ tribulatio: statim ieiunijs, elemosynis, ⁊ obsecrationibus domini misericordia deprecetur.

COngregato clero ⁊ pplo cantetur antiphona. Oremus. vt supra. folio. 261. vel Exaudi nos domine. vt in quarta feria cinerum. folio. 266. Qua cantata cum versu ⁊ Gloria patri. ⁊ repetita ex integro post Gloria patri. antiphona, incipiatur letania, ⁊ omnia alia fiant vsque ad regressum ad ecclesiam: sicut in festo sancti marci in letania maiori signatum est. folio. 217. Regressi ad ecclesiam postquam illaꝫ ingressi fuerint, cantent sequentem antiphonam Sustinuimus pacem. ⁊ ea cantata cantet ps. Deus noster refugium ⁊ virtus. 207. cum Gloria patri. ⁊ repetatur antiphona post psalmum. Antiphona.

SUstinuimus

S
Ustinuimus paceꝫ: ⁊ non venit domine: quesiui/
mus bona ⁊ ecce turbatio: cognouimus domine pecca/
ta nostra: in e ternū nō obliuiscaris nos deus noster. ps.

Deus noster refugium ⁊ virtus. fol. 207. E v o v a e.

Finita antiphona dicatur. kyrie elei. Christe elei. kyrie elei. Pater noster. Et ne nos inducas in. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ne reminiscaris dñe delicta nr̄a: vel parentū nostroꝝ. ℟. Neqꝫ vindictā sumas de pctīs nr̄is. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄. ℟. Et propter gloriaꝫ noīs tui libera nos. ℣. Dñe ne memineris iniquitatū nr̄arū antiquarū. ℟. Cito anticipēt nos misericordie tue. ℣. Memor esto cōgregationis tue. ℟. Quā possedisti ab initio. ℣. Dñe exa. ℟. Et cla. ℣. Dñs. ℟. Et cū. Oratio.

Exaudi nos dñe deus noster: ⁊ in tribulationibus nostris miserere nobis: ⁊ qui solus magnificaris in populis, spiritalem letitiam tribue in spe futurorum munerum cōstitutis. Per dominum nostrum iesum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Exauditor omnium deus, exaudi nostrorum fletuum vocem, ⁊ tribue infirmitatibus nostris perpetuam sospitatem: vt dum dignanter gemitum nostri laboris suscipis, tua nos semper misericordia consoleris. Per dominuꝫ. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Domine ne in ira tua nos arguas, neque in furore tuo corripias: sed austeritati verberis iunge misericordiaꝫ lenitatis: vt non contritionem pena, sed eruditionem nobis conferat disciplina. Per dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Conuerte domine oculos cordis nostri ad cernendum tui iudicij veritatem: vt dum hic igne spiritali probamur, de

tuis in eternum conspectibus cum fructu iustitie satiemur. Per dominum nostrum. Rx. Amen. Oremus.

Firmamentum spei et refugium dolentiũ pijssime deus, salua nos ab inimicis, et a laqueis mortis: vt assumpti de multitudine circunstãtiũ tribulationũ, deuotiores sctõ noĩ tuo cũ voce laudationis psallamus. Per dominum. Rx. Amen. Oremus.

Susceptor oĩuz clementissime de⁹: ne pmittas delectari inimicos nr̃os super nos, sed ita nos tua virtute corrobora, vt conuerso plãctu nr̃o in gaudiuz, sctĩtatis tue memoriã iugiter excolamus. Per dominũ. Postea dicat missa de tribulatione. s. Salus populi. vt in Missali. De processione tempore belli.



Congregato clero et populo ad ecclesiam, incipiatur aña. Oremus. fol. 250. deinde cãtet aña. Exaudi nos. vt in. 4. feria cinerum. folio. 254. Qua cum versu et Gloria. cantata et repetita, cantet letania sicut in festo sancti marci notatuz est in letania maiori. folio. 250. et egrediatur processio. Completo circuitu processionis, redeuntes ad ecclesiam in ipsa cantent antiphonam.

Congregate sunt gentes in multitudine: vt dimicẽt cõtra nos et igno ra mus quid agere debeamus: domine deus ad te sunt ocu li nostri: adiuua nos vt non pereamuz. ps. Deus venerũt gentes. E v o v a e. ps.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerũt hierusalem in pomorum custodiam

custodiam. Posuerũt morticinia seruoꝝ tuoꝝ escas volatilibus celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestiis terre. Effuderunt sanguinem ipsoꝝ tanq̃ aquã in circuitu hierusalem, ⁊ nõ erat qui sepeliret. Facti sumus opprobriũ vicinis nostris: subsannatio ⁊ illusio his qui in circuitu nr̃o sunt. Usquequo dñe irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus: Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: ⁊ in regna, que nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt iacob: ⁊ locum eius desolauerunt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ, cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui dñe libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne forte dicant in gentibus, vbi est deus eorum: ⁊ innotescat in nationibus coram oculis nostris. Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatoꝝ. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobauerũt tibi dñe. Nos aũt populus tuus ⁊ oues pascue tue: confitebimur tibi in seculũ. In generatione ⁊ generatione: annũciabim⁹ laudẽ tuã. Repetatur aña, qua finita dicatur. Kyrie ele. Chr̃e ele. kyrie ele. Pater noster. Et ne nos. ℣. Cõgregati sũt inimici nostri ꝯtra nos. ℟. Cõtere fortitudinẽ illoꝝ dñe. ℣. Esto nobis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimicorum. ℣. Muro tuo inexpugnabili circũcinge nos dñe. ℟. Et armis tue potentie protege nos deus nr̃. ℣. Exaudiat dñs orones nr̃as: ⁊ recõcilietur nobis. ℟. Nec nos deserat in tpe malo. ℣. Disperde in virtute tua inimicos nr̃os dñe. ℟. Et depone eos ꝓtector nr̃. ℣. Dñe ex. ℟. Et cl. ℣. Dñs v. ℟. Et cũ. Orem⁹.

Omnipotens sempiterne deus, ab belloꝝ nos q̃s turbine fac quietos: quia bona nobis cũcta prestabis, si pacẽ dederis mentis ⁊ corporis. Per chr̃m do. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs eterne deus, christiani nominis inimicos virtute tue q̃s cõprime maiestatis: vt populus tuus ⁊ fideli integritate letetur, ⁊ temporum tranquillitate semper exultet. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus, cui regnũ est oĩum seculorum, supplicationes nostras clementer exaudi: ⁊ christianoꝝ regnum tibi subditũ protege: vt in tua virtute fidentes: ⁊ tibi placeant: ⁊ super oĩa regna precellant. Per christum dñm nr̃m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus conditor mundi, sub cuius arbitrio oium seculorum ordo decurrit: adesto propitius inuocationibus nostris: et tranquillitatē pacis psītibus cōcede tpibus: vt in laudib⁹ misericordie tue incessabili exultatione letemur. Per dominum. Bñdicamus dño. ℟ Deo grās. Cantetur missa assignata in missali pro tpe belli.

¶ De processione facienda pro victoria habita de inimicis.

Congregato clero et populo in ecclesia: et ordinata processione solemni: et festiua: processio more solito incipiat procedere, et cantores alta voce incipiant hymnum. Te deum laudamus. et chorus ipsum prosequatur. Quo completo cantentur hymni ad propositum. vz. Jesu nostra redēptio. Jesu saluator secli. vt in festo oium sctoru. Aue maris stella. hymni de angelis, et alij vt videbitur, vsque ad introitum ecclesie, vbi finienda est processio. Et cum fuerint in ecclesia cantent sequēs ℟. antiphonā, psalmos, et orationes. ℟.

... resumptione post Gloria patri. incipiatur antiphona.

Benedictus

Benedictus. ⁊ tota dicatur ante psal. ⁊ post psalmū. Antiphona.

B Enedictus sit domin⁹ in virtute su a: qui ad ni/ biluz redegit i ni micos nostros: vt non de fi ci at laus eius de o re hominū. ps. Jubilate deo omnis ter ra: psalmū dicite noī eius: date gloriā. E v o v a e. totus dicatur cū Gloria pri. ps.

I Ubilate deo oīs terra: psalmū dicite nōi eius, date gloriam laudi eius. Dicite deo q̄ȝ terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui. Oīs terra adoret te ⁊ psallat tibi: psalmū dicat nomini tuo. Venite ⁊ videte opa dei, terribilis in cōsiliis sup filios hoīum. Qui conuertit mare in aridā, in flumine pertransibunt pede, ibi letabimur in ipso. Qui dñatur in v̇tute sua in eternū: oculi eius sup gētes respiciūt: qui exasperāt nō exaltent̄ in semetipsis. Bñdicite gētes deū nr̄ȝ: ⁊ auditā facite vocem laudis eius. Qui posuit aīam meam ad vitā: ⁊ nō dedit in cōmotionē pedes meos. Q̄m probasti nos de⁹, igne nos examinasti sicut examinatur argentū. Induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nr̄o: imposuisti homines super capita nr̄a. Transiuimus per ignem ⁊ aquā: ⁊ eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuaȝ in holocaustis: reddaȝ tibi vota mea que distinxerunt labia mea. Et locutū est os meū: in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietuȝ: offeram tibi boues cū hircis. Venite: audite ⁊ narrabo oēs qui timetis deū: quanta fecit anime mee. Ad ipsum ore meo clamaui: ⁊ exultaui sub lingua mea. Iniquitateȝ si aspexi in corde meo: non exaudiet dñs. Propterea exaudiuit deus: ⁊ attendit voci deprecationis mee. Bñdictus de⁹: qui nō amouit oroneȝ

meam: et misericordiam tuam a me. Gloria. Repetita post psal. Aña. dicatur. Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. ℣. Benedicimus te dominum deum regem celi. ℟. Quoniam abs te est victoria et sapientia. ℣. Dominus deus noster non secundum potentiam armorum. ℟. Sed vt sibi placet dat dignis victoriam. ℣. confiteantur domino misericordie eius. ℟. Et mirabilia eius filiis hominum. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum Oremus.

Deus cuius misericordie non est numerus, et bonitatis infinitus es thesaurus tue pijssime maiestati pro collatis nobis donis gratias agim⁹ tuā semp clemētiā exorātes: vt q te inuocantibus postulata ꝯcedis, eosdē non deserēs ad premia futura disponas. Per christum dñm nr̃m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

ORationum nostrarum petitionē cū gratiarum actionibus suscipe domine: quesumus, et presta: vt quos exaudire: et incolumes seruare dignatus es: ab omni in posterum aïe et corporis aduersitate custodias: et semper in tuo seruitio et amore concrescant. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus qui neminē in te sperantem nimiū affligi pmittis: sed pium precibus prestas auditum: petitionibus nostris votisque susceptis optatis: grãs agimus: dona libamus: te pijssime deprecantes: vt ꝑ hec tua bñficia, q̄ nobis conferre dignatus es, tuū semper magnificare nomen concedas. Per dñm. Bñdicamus dño. ℟. Deo gratias. Postea cātetur missa ſm deuotionem sacerdotis cum orationibus btē marie virginis, et btōrum apostolorum petri et pauli, et patroni illius ciuitatis vel terre cum debita solēnitate.

¶ Hymni cantandi in processionibus ad libitum. Hymnus.



Quo vulneratus insuper: mucrone diro lancee: vt nos lauaret crimine, manauit vnda sanguine. Impleta sunt que concinit: dauid fidelis carmine: dicens in nationibus: regnauit a ligno deus.

deus. Arbor decora et fulgida: ornata regis purpura: electa digno stipite: tam sancta membra tangere. Beata cuius brachijs: secli pependit pretiū: statera facta corporis: predāq3 tulit tartari. O crux aue spes vnica: hoc passionis tempore: auge pijs iustitiam: reisque dona veniam. Te summa deus trinitas: collaudet omnis spiritus: quos per crucis mysteriū: saluas rege p secula. Amē. Hymnus.

Pange lingua gloriosi: prelium certaminis: et super crucis tropheum: dic triumphū nobilem. qualiter redemptor orbis: immolatus vicerit.

De parentis protoplasti: fraude facta condolens: qñ pomi noxialis: morte morsu corruit: ipse lignum tūc notauit: dāna ligni vt solueret. Hoc opus nostre salutis: ordo depoposcerat: multiformis proditoris: ars vt artem falleret: et medelam ferret inde: hostis vnde leserat. Quando venit ergo sacri plenitudo temporis: missus est ab arce patris, natus orbis conditor: ac de ventre virginali, caro factus prodijt. Vagit infans inter arcta, conditus presepia, membra pannis inuoluta, virgo mater alligat: manus pedes atque crura, stricta cingit fascia. Gloria et honor deo: vsq3 quo altissimo: vna patri filioque, inclyto paraclyto: cui laus est et potestas per immensa secula. Amen. Hymnus.

Lustris sex qui iam peractis: tempus implēs corporis: se volēte natus ad hoc: passioni deditus:

agnus in cruce leuatur: immolandus stipite. Hic a ce/

tum fel arundo: spu ta cla ui lance a: mi te

corpus per fo ra tur: sanguis vnda pro fluit: ter/

ra pon tus a stra mundus: quo la uan tur flu mi ne.

Crux fidelis inter omnes, arbor vna nobilis: nulla sylua talē profert, fronde flore germine: dulce lignum dulces clauos, dulce pondus sustinet. Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera, et rigor lētescat ille, quem dedit natiuitas: vt superni mēbra regis, miti tēdas stipite. Sola digna tu fuisti, ferre secli pretium: atque portū preparare: nauta mundo naufrago: quem sacer cruor perunxit, fusus agni corpore. Gloria et honor deo, vsquequo altissimo, vna patri filioque, inclyto paraclyto, cui laus est et ptās, per īmensa secl'a. Am.

¶ In diebus dominicis post pascha ad vesperas. Hymnus.

Ad cenam agni proui di: et sto lis al bis candi/

di: post transitū maris rubri: christo canamus principi.

Cuius corpus sanctissimū, in ara crucis torridū: cruore eius roseo gustando viuimus deo. Protecti pasche vespere: a deuastante angelo: erepti de durissimo: pharaonis imperio. Iam pascha nrm christus est: qui imolatus agnus est: synceritatis azyma, caro eius ob/

lata

lata est. O vere digna hostia, per quam fracta sunt tartara redempta plebs captiuata, reddita vite premia. Cuz surgit christus tumulo, victor redit de baratro: tyrā num trudens vinculo: & reserās paradisum. Quesumus author omnium, in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu: tuū defende populū. Gloria tibi dñe: q surrexisti a mortuis: cū patre & scō spū: i sépiterna secula. Amē.

¶ Ab octaua pasche vsqz ad ascensionem ad laudes Hymnus.



Cum rex ille fortissimus, mortis confractis viribus: pede conculcans tartara, soluit a pena miseros. Ille, qui clausus lapide, custoditur sub milite: triumphans pompa nobili, surgit victor de funere. Solutis iam gemitibus, & inferni doloribus: quia surrexit dominus, resplendens clamat angelus.

Tristes erant apostoli, de nece sui domini: quē pena mortis crudeli serui damnarunt impij. Sermone blando angelus pdixit mulieribus: in galilea dñs, videndus est quaz tocyus. Ille dum pergunt cōcite, apostolis hoc dicere: videntes euz viuere, osculantur pedes dñi. Quo agnito discipuli, in galileā propere: pergunt videre faciem, desideratam dñi. Claro paschali gaudio, sol mundo nitet radio, cum christum iam apostoli, visu cernūt corporeo. Ostēsa sibi vulnera, in christi carne fulgida, resurrexisse dominum, voce fatentur publica. Rex christe clementissime, tu corda nostra possíde, vt tibi laudes debitas reddamus omni tēpore. Quesumus author oium, in hoc paschali gaudio, ab omni mortis impetu, tuū defende populū. Gloria tibi dñe, qui surrexisti a mortuis, cū patre & sancto spiritu, in sempiterna secula. Amē.

¶ In Ascensione domini ad vesperas & laudes Hymnus.



Que te vicit clementia, vt ferres nostra crimina: crudelem mortem patiens, vt nos a morte tolleres. Inferni claustra pe/netrans, tuos captiuos redimens, victor triumpho nobili, ad dextram patris residens. Ipsa te cogat pietas, vt mala nostra superes: parcendo ꝛ voti compotes, nos tuo vultu saties. Tu esto nostrum gaudium, qui es futurus premium: sit nostra in te gloria, per cuncta semper secula. Amen.





Scandens tribunal dextere, patris potestas omnium: colla/ta iesu celitus, que non erat humanitus. Ut trina rerum ma/china, celestium, terrestrium: ꝛ infernorum condita: flectant ge/nu iam subdita. Tremunt videntes angeli, versa vice morta/lium: culpat caro, purgat caro, regnat deus dei caro.

Tu christe nostrum gaudium, manens olympo preditum: mundi regis qui fabricam, mundana vincens gaudia. Hinc te precantes quesumus, ignosce culpis omnibus: ꝛ corda sursum subleua, ad te superna gratia. Ut cum rubente ceperis, clarere nube iudicis: penas repellas debitas, reddas coronas perdi/tas. Tu esto nostrum gaudium, qui es futurus premium: sit no/stra in te gloria, per cuncta semper secula. Gloria tibi domine, qui scandis super sydera: cum patre ꝛ sancto spiritu, in sempiter/na secula. Amen.

Hymnus.

Qui moriturus venerat, perempta morte remeat: victor ad astra nobilis, raptis gehenne spolijs. Aeluuis vt erigeret, venditus vt redimeret: spretis errantem pascuis, ouem reportat scapulis. Jam caro lutum despice, celum tellus ingredere: nam membris via sternitur, qua caput ire cernitur. Jesu decus angelicum, dulcedo desiderium, et nos totis visceribus, fac te ambire quesumus. Da nobis in te viuere, ad te cor nostrum dirige: accendat nostra pectora, tuus amor in secula. Gloria tibi dñe: qui scandis.

¶ In festo pentecostes ad vesperas. Hymnus.



Qui paracletus diceris, donum dei altissimi, fons viuus ignis charitas, et spiritalis vnctio. Tu septiformis munere, dextre dei tu digitus: tu rite promisso patris, sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus: infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis, virtute firmans perpetim. Hostem repellas longius, pacemque dones protinus: ductore sic te preuio, vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem, noscamus atque filium: te vtriusque spiritum, credamus omni tempore. Gloria patri domino, natoque qui a mortuis: surrexit ac paraclyto, in seculorum secula. Amen.

¶ Ad laudes hymnus.

cum spi ri tus pa ra cletus: re ful sit in disci pulos.

Ignis vibrante lumine, lingue figuram detulit, verbis vt essent profluui, et charitate feruidi. Linguis loquuntur omnium, turbe pauent gentilium: musto madere deputant, quos spiritus repleuerat. Patrata sunt hec mystice, pasche peracto tempore: sacro dierum numero, quo lege fit remissio. Te nunc deus piissime, vultu precamur cernuo, illapsa nobis celitus, largire dona spiritus.

Iam christus astra ascenderat, regressus vnde venerat: promissum patris munere, sanctum daturus spiritum. Solemnis vrgebat dies, quo mystico septemplici: orbis volutus septies, signat beata tempora. Dum hora cunctis tertia, repente mundus intonat: orantibus apostolis, deum venisse nunciat. De patris ergo lumine, decorus ignis missus est: qui fida christi pectora, calore verbi compleat.

Impleta gaudent viscera, afflata sancto spiritu: voces diuersas intonant, fantur dei magnalia. Ex omni gente cogniti, grecis, latinis, barbaris: cunctisque admirantibus, linguis loquuntur omnium. Iudea tunc incredula, vesana toruo spiritu, ructare musti crapulam, alumnos christi concrepat. Sed signis et virtutibus, occurrit et docet petrus: falsa profari perfidos, iohelis testimonio. Dudum sacrata pectora, tua replesti gratia: dimitte nunc peccamina, et da quieta tempora. Gloria patri domino, natoque qui a mortuis surrexit: ac paraclyto, in seculorum secula. Amen. ¶ Hymni de sacratissimo sacramento.

P. Ange lingua glorio si cor po ris mysterium: sanguinisque preti o si: quem in mundi pretium: fructus ventris generosi: rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus, ex intacta virgine: et in mundo conuersatus

satus, sparso verbi semine: sui moras incolatus, miro clausit ordine. In supreme nocte cene, recumbens cum fratribus: obseruata lege plene, cibis in legalibus: cibum turbe duodene, se dat suis manibus. Verbum caro panem verum, verbo carnem efficit: fitque sanguis Christi merum, & si sensus deficit: ad firmandum cor syncerum, sola fides sufficit. Tantum ergo sacramentum, veneremur cernui: & antiquum documentum, nouo cedat ritui: prestet fides supplementum, sensuum defectui. Genitori genitoque laus & iubilatio: salus, honor virtus quoque sit & benedictio: procedenti ab vtroque compar sit laudatio. Amen. Hymnus.

Acris solé ni is iuncta sint gaudia: & ex pre cordi is so nét preconi a: re ce dant vete ra no ua sint om ni a: corda vo ces & opé ra.

Noctis recolitur cena nouissima: qua chrs creditur agnum & azyma: dedisse fratrib⁹ iuxta legitima, priscis indulta patrib⁹. Post agnum typicū expletis epulis: corpus dñicum datum discipulis: sic totum omnibus quod totum singulis: eius fatemur manibus. Dedit fragilib⁹ corporis ferculū: dedit & tristibus sanguinis poculū, dicens accipite quod trado vasculū: oés ex eo bibite. Sic sacrificium istud instituit: cuius officium cōmitti voluit: solis presbyteris, quibus sic ɔgruit, vt sumant & dent ceteris. Panis angelicus fit panis hoīum: dat panis celicus figuris terminum: o res mirabilis manducat dñm pauper, seruus & humilis. Te summa deitas vnaqꝫ poscim⁹: sic nos tu visita, sicut te colimus: per tuas semitas ducnos quo tendimus ad lucē quā inhabitas. Amē. Hymn⁹.

Erbuꝫ supernum prodiens: nec patris linquēs

In mortem a discipulo, suis tradendus emulis: prius in vite fer/culo, se tradidit discipulis. Quibus sub bina specie carnez dedit & sanguinẽ: vt duplicis substãtie: totũ cibaret hominẽ. Se nascẽs dedit socium, conuescẽs in eduliuz: se moriẽs in pretiũ, se regnãs dat in premium. O salutaris hostia, q̃ celi pandis ostiuz, bella premunt hostilia, da robur, fer auxilium. Uni trinoqz dño sit sempi/terna gloria: qui vitaz sine termino, nobis donet in patria. Amẽ.

¶ In Natiuitate sancti ioannis baptiste. ad vesperas hymnus.





Nuntius celso veniens olympo, te patri magnũ fore nasciturum nomẽ & vite seriez gerẽde, ordine pmit. Ille pmissi dubi⁹ supni, perdidit prõpte modulos loq̃le: sz reformasti genit⁹ pempte organa vocis. Uentris obstruso positus cubili: senseras regem thala/mo manentem: hinc parens nati meritis vterqz: abdita pandit. Antra deserti teneris sub annis, ciuium turmas fugiens pe/tisti: ne leui saltem maculare vitam, famine posses. Prebuit hirtu ztegimen camellus, artubus sanctis strophiũ bidentes: cui latex haustum sociata pastum, mella locustis. Ceteri tantum ceci/nere vatũ, corde presago iubar affuturum: tu quidẽ mundi scelus auferentẽ, indice prodis. Non fuit vasti spatiũ per orbis, sanctior quisquã genitus ioanne: qui nefas secli meruit lauantem, tingere lymphis. Gloria patri geniteqz proli: & tibi cõpar vtriusqz semp: spũs alme de⁹ vn⁹ omni, tẽpore secli. Amẽ. Ad laudes hymnus.

niuei

nitie i pudoris: pre potēs martyr: eremiqz cultor: maxime vatuz.
S erta terdenis alios coronant, aucta crementis duplicata quosdam: trina centeno duplicata fructu, te sacer ornant. H inc potens nostri meritis opimis: pectoris duros lapides repelle: asperum planans iter et reflexos dirige calles. U t pius mundi sator et redemptor, mentibus pulsa liuione puris: rite dignetur veniens sacratos, ponere gressus. L audibus ciues celebrant superni, te deus simplex pariterque trine: supplices at nos veniā precamur: parce redemptis. Amen.

De sanctis apostolis Petro et Paulo. Hymnus.


Ure a luce et decore roseo: lux lucis omne per fudi sti seculum: decorans celos inclito martyrio: hac sacra die: que dat re is ve ni am.


J anitor celi, doctor orbis pariter: iudices secli, vera mundi lumina: per crucem alter, alter ense triumphans: vite senatum laureati possident.

O Liue hinc pietatis vinice: fide deuotos, spe robustos maxime: fonte repletos charitatis: post mortē carnis impetrate viuere. S it trinitati sempiterna gloria: honor potestas atqz iubilatio: in vnitate cui manet imperiū: ex tūc et modo: p eterna secula. Amē.

Ad laudes Hymnus.


Jam bone pastor petre clemens ac ci pe: vo/



te state tra di ta: qua cũctis celum verbo clau dis aperis.

Doctor egregie paule mores instrue, τ mente polum nos transferre satage: donec perfectum largiatur plenius, euacuato quod ex parte gerimus. Sit trinitati sempiterna gloria, honor potestas atque iubilatio: in vnitate cui manet imperium ex tunc τ modo per eterna secula. Amen.

¶ Hymni de beata Maria magdalena.



tiam: qui septẽ purgat viti a: per septiformẽ gra tiam.

Maria soror lazari: que tot commisit crimina: ab ipsa fauce tartari, redit ad vite limina. Post fluxe carnis scandala: fit ex lebete phiala: in vas translata glie, de vase cõtumelie. Egra currit ad medicum, vas ferens aromaticum: τ a morbo multiplici, verbo curatur medici. Surgẽtẽ cũ victoria, iesum videt ab inferis: prima meretur gaudia, que plus ardebat ceteris. Uni deo sit glia, pro multiformi grã: qui culpas τ supplicia remittit τ dat premia, Amen. ¶ Hymnus sequens cantatur in eodem tono.

ETerni patris vnice, nos pio vultu respice: qui magdalenã hodie: vocas ad thronum glorie. In thesauro reposita regis est dragma perdita: gẽmaqȝ lucet inclyta, de luto luci reddita. Iesu dulce refugium, spes vna penitentiũ: p peccatricis meritũ: peccati solue debitum. Pia mater τ humilis: nature memor fragilis: in huius vite fluctibꝰ, nos rege tuis pcibꝰ. Uni deo sit glia, p multiformi grã: qui culpas τ supplicia remittit τ dat pmia. amẽ.

Psallat

P Psallat imensas chorus oĩs odas: cũ deo digne sacra magdalene: lau de suppreme redeunt colenda festa mari e. H ec pedes iesu lachrymis rigauit: ter sit & proni capitis capillis, verticis christi venerãda fudit: hec alabastrum. E xtat hec multum mplier btã: que caput regis manibus peruxit: queq3 diuinum sitienter bausit pectore verbum. M orte surgentem cito prima vidit: nec locu3 liquit lachrymãs sepulchri: donec agnouit rediisse christũ pleniter orbi. L apsib⁹ vite venia3 precare: a deo summa pietate clara, quo frui tecũ mereamur agni luce per euũ. G loria pñi resonemus oẽs: gloriã nato canat omnis ordo: flamini sancto pia vox resultet, omne per euum. Amen.

N Ardi ma ria pi stici: sumpsit librã mox optimi: vnxit btõs dñi pedes rigãdo lachrymis. Honor dec⁹ imperiũ sit trinitati vnice: patri nato paraclyto: per infinita secula. Amen.

¶ Hymnus de beata virgine marie.

A Ue maris stella: dei ma ter alma: atque semper vir go. felix ce li porta.

Sumens illud aue gabrielis ore: funda nos in pace: mutans eue nomen. Solue vincla reis: profer lumen cecis: mala nostra pelle: bona cuncta posce. Monstra te esse matrem, sumat per te preces: qui pro nobis natus, tulit esse tuus. Uirgo singularis inter omnes mitis: nos culpis solutos: mites fac et castos. Uitam presta puram: iter para tutum: vt videntes Jesum semper colletemur. Sit laus deo patri: summo christo decus: spiritui sancto tribus honor vnus. Amen. Hymnus.

Uem terra pontus ethera: colunt adorāt predicant: trinā regentē machinam claustrū marie baiulat. Qui luna sol et omnia deseruiunt per tpa: perfusa celi grā gestant puelle viscera. Beata mater munere, cuius supernus artifex: mūdum pugillo continens, ventris sub arca clausus est. Beata celi nuncio, fecunda sancto spiritu: desideratus gentibus, cuius per āluum fusus est. Gloria tibi domine qui natus es de virgine: cum.

Glo ri o sa domina: ex cel sa super sydera: qui te crea uit prouide: lacta sti sacro v be re. Quod eua tristis abstulit, tu reddis almo germine, itrēt vt astra flebiles, celi fenestra facta es. Tu regis alti ianua, et porta lucis fulgida, vitā datam per virginē, gentes redempte plaudite. Gloria.

¶ In festo sancti michaelis ad vesperas: Hymnus.

Tibi christe splendor patris: vi ta virtus cordium:

Collaudamus venerantes omnes celi milites, sed precipue primatem celestis exercitus: michaelem in virtute conterentem zabulon. Quo custode procul pelle, rex christe pijssime: omne nefas inimici mundo corde ꝛ opere: paradiso redde tuo nos sola clementia. Gloriam patri melodis personemus vocibus: gloriam Christo canamus: gloriam paraclyto: qui trinus ꝛ vnus deus extat ante secula. Amen. Ad laudes hymnus.



Angelum pacis michael ad istam: celitus mitti rogitamus aulaȝ. nobis vt crebro veniente crescant, prospera cuncta. Angelus fortis gabriel vt hostem: pellat antiquum, volitet ab alto sepius templum veniens ad istud: visere nostrum. Angelum nobis medicum salutis: mitte de celis raphael vt omnes: sanet egrotos pariterque nostros: dirigat actus. Hinc dei nostri genitrix maria: totus ꝛ nobis chorus angelorū: semper assistat simul ꝛ beata, concio tota. Prestet hoc nobis deitas beata: patris ac nati pariterqȝ sancti: spiritus cuius reboat in omni, gloria mundo. Amen.

In festiuitate omnium sanctorum ad vesperas. Hymnus.



be a te semper virginis: placa tuos sanctis precibus.
Beata queqz agmina, celestium spirituum: preterita, presentia, futura mala pellite. Vates eterni iudicis, apostoliqz domini: suppliciter exposcimus, saluari vestris precibus. Martyres dei inclyti, confessoresqz lucidi: vestris orationibus, nos ferte in celestibus. Chori sanctarum virginum, monachorumqz omnium: simul cum sanctis omnibus, consortes Christi facite. Gentem auferte perfidam: credentium de finib⁹: vt Christo laudes debitas, persoluamus alacriter. Gloria patri ingenito, eiusqz vnigenito: vna cū sancto spū, in sempiterna scl'a. Amē. Ad laudes hymnus.



Esu salua tor se cu li: redēptis ope sub/



venis et pi a de i genitrix salutem posce miseris.
Cetus omnes angelici, patriarcharum cunei: et prophetarum merita, nobis precentur veniam. Baptista christi preuius, et claviger ethereus: cum ceteris apostolis, nos soluant nexu criminis. Chorus sacratus martyrum, confessio sacerdotum: et virginalis castitas, nos a peccatis abluant. Monachorum suffragia: omnesque ciues celici: annuant votis supplicum, et vite poscant premium. Laus, honor, virtus, gloria, deo patri et filio: sancto simul paraclyto, in seculorum secula. Amen.
¶ In natalitijs apostolorum ad vesp. et ad laudes. Hymnus.



Xultet celum laudibus: resultet ter ra gaudiis

a posto lo rum gloriam: sacra canunt so lem ni a.

Vos secli iusti iudices, et vera mundi lumina: votis precamur cordium, audite preces supplicum. Qui celum verbo clauditis, serasqz eius soluitis: nos a peccatis omnib⁹, solui te iussu q̄sum⁹. Quoꝝ precepto subditur, salus et languor oīuz: sanate egros moribus: nos reddentes virtutibus. Ut cum iudex aduenerit, chrīs in fine seculi: nos sempiterni gaudij, faciat esse compotes. Deo patri sit gloria, eiusque soli filio: cum spiritu paraclyto, et nunc et in perpetuum. Amen. ¶ De vno martyre. Hymnus.



Deus tuarum militum: sors et corona premium laudes canentes martyris: absolue nexu criminis.

Hic nempe mundi gaudia, et blandimenta noxia: caduca rite deputans, peruenit ad celestia. Penas cucurrit fortiter, et sustulit viriliter: pro te effundens sanguinez, eterna dona possidet. Ob hoc precatu supplici, te poscimus pijssime: in hoc triumpho martyris, dimitte noxam seruulis. Laus et perennis glorie, deo patri et filio: sancto simul paraclyto, in seculorum secula. Amen.

Ad laudes Hymnus.



Martyr dei qui vnicum: patris sequēdo filium, victis triumphās hostib⁹ victor fruens celestibus.

Tui precatus munere, nostrum reatum dilue: arcens mali contagium, vite remouens tedium. Soluta sunt iam vincula, tui sacrati corporis: nos solue vinclis seculi, amore filij dei. Deo patri sit gloria, eiusque soli filio, cum spiritu paraclyto, et nunc et in perpetuum. Amen. ¶ De pluribus martyribus ad vesp(er)as hymn⁹.

Anctorũ meritis inclyta gaudia: pangamus socii gestaque forti a: nam gliscit animus promere cantibus. vi cto rum genus o ptimum. Hi sunt quos retinẽs mundus inhorruit: ipsum nam sterili flore per aridum: spreuere te penitus; teque secuti sunt: rex christe bone celitus. Hi pro te furias atque ferocia: calcarunt hominum seuaque verbera: cessit his lacerans fortiter vngula: nec carpsit penetralia. Ceduntur gladijs more bidentium, non murmur resonat, non querimonia: sed corde tacito mens bene conscia, conseruat patientiam. Que vox que poterit lingua retexere, que tu martyribus munera preparas: rubri nam fluido sanguine laureis, ditantur bene fulgidis. Te summa deitas vnaque poscimus: vt culpas abluas, noxia subtrahas: des pacem famulis nos quoque gloriam, per cuncta tibi secula. Amen.

¶ De pluribus martyribus ad laudes. Hymnus.

Ex glori o se martyrum: co ro na con fitentium: qui respuentes terrena: perducis ad ce lesti a. Aurem benignã protinus: appone nr̃is vocibus: trophea sacra pãgimus: ignosce qđ deliquimus. Tu vincis in martyribus: parcẽdo cõfessoribus: tu vince nr̃a crimina, donãdo ĩdulgẽtiã. Deo patri sit glĩa: eiusqz soli filio: cũ spũ paraclyto: & nũc & in ppetuũ. Amẽ.

¶ In Natalitijs vnius confessoris ad vesperas. Hymnus.

Ste confessor domini sacratus: festa plebs cui⁹ ce/lebrat p orbē: hodi e le tus meru it secreta scan dere celi:
Qui pius prudens humilis pudicus, sobrius castus fuit & quie/tus: vita dum presens vegetauit eius, corporis artus. Ad sacrum cuius tumulum frequenter, membra languentum modo sanitati: quolibet morbo fuerint grauata, restituuntur. Unde nunc no/ster chorus in honore, ipsius hymnum canit hunc libenter: vt pijs eius meritis iuuemur, omne per euum. Sit salus illi decus atque virtus: qui supra celi residens cacumen: totius mundi ma chinam gubernat, trinus & vnus. Amen.

¶ In Natalitijs vnius confessoris pōtificis ad laudes. Hymnus.

Esu redemptor omnium: per pes corona pre/sulum: in hac di e clementius, nostris faucto precibus.
Tui sacri qua nominis: confessor almus claruit: huius celebrat annua: deuota plebs solēnia. Qui rite mundi gaudia: huius ca/duca respuens: cum angelis celestibus, letus potit premijs. Hu/ius benignus annue: nobis sequi vestigia: huius precatu seruulis: dimitte noxam criminis. Sit christe rex pijssime, tibi patrique gloria: cum spiritu paraclyto, & nunc & in perpetuum. Amen.

¶ In Natalitijs vnius confessoris ad laudes. Hymnus.

Esu co ro na celsi or: & veritas sublimior:

que so la virgo pe pe rit: hec vota clemens acci pe.

Qui pascis inter lilia, sept⁹ choreis vginũ: spõsus decor⁹ glia: spõsisqȝ reddẽs p̃mia. Quocũqȝ pergis vgines: sequũtur atqȝ laudib⁹: post te canẽtes cursitãt, hymnosqȝ dulces psonãt. Te depcamur largi⁹, nr̃is adauge sensibus, nescire prsus oĩa, corruptionis vulnera. Laus, honor, vt⁹, glia, do pr̃i, ⁊ filio, scõ simul paraclyto ĩ sclõꝝ scl'a. Am̃. ¶ In dedicatõe ecl'ie ad vesp. ⁊ ad noct. Hy⁹.

Urbs beata hierusalez dicta pacis visio: que construitur in ce lis viuis ex lapidibus: ⁊ an geliscoro na ta vt sponsata comite. Noua ve mẽs e celo: nuptiali thalamo: preparata vt spõsata, copulet̃ dño: platee ⁊ muri ei⁹ ex auro purissimo. Porte nitẽ. margaritis, adytis patẽtibus ⁊ virtute meritorũ: illuc introducit̃: oĩs q ob christi nomẽ: hic in mũdo p̃mit̃. Tunsionib⁹, p̃ssuris: expoliti lapides: suis coaptãtur locis, p manũ artificis, disponuntur pmansuri, sacris edificijs. Gloria ⁊ honor deo: vsquequo altissimo: vna patri filioqȝ inclyto paraclyto: cui la⁹ est ⁊ ptãs: p imẽsa scl'a. Am̃. Ad laudes hymn⁹.

Angularis fundamentũ la pis christus mis sus est: qui compage parietis in vtroqȝ nectitur:



Omnis illa deo sacra et dilecta ciuitas: plena modulis in laude et canore iubilo: trinum deũ vnicumqz cum fauore predicat. Hoc in templo summe deus exoratus adueni: et clemẽti bonitate precum vota suscipe: largam benedictionez hic infunde iugiter. Hic promereantur oẽs petita acqrere: et adepta possidere cũ sctis perenniter paradisum introire translati in requiem. Gloria et honor deo vsquequo altissimo, vna patri filioqz iclyto paraclyto: cui laus est et potestas: per immensa secula. Amen. ¶ In die sancto pasche dum processio redierit a fontibus, et fuerit ante sepulchrum, cõpleta oratione: Presta q̃s omnipotens deus. Per dñm nostrum. Rñso. Amen. Et dicto Dñs vobiscum. a sacerdote, duo clerici cantent hymnũ sequentem: qui deberet esse supra in folio. 269.






Apparuit discipulis, expoliatis inferis: recuperatis gaudijs et patrie quondam perditis. Nos ergo dulci modulo, cuncti canentes proprio: paschali pleni gaudio: benedicamus dño. Dicto hoc ℣. sub eodez cantu a choro cantetur Alleluia. octo vicibus. Postea a predictis duobus dicantur ℣. in eodez tono ipsius hymni.

Mulieres tremule, ad galileam pgite: discipulis p̃dicite, q̃ surrexit rex glorie. Mulieres ad tumulum, dona ferunt aromatuz: albũ videntes angelũ, annunciantẽ gaudiũ. Eterna adhic claritas, surrexit q̃ humanitas: celorũ regi maximas, deo dicamus grãs. Reiteratur a choro sub eodem cãtu. Alleluia. octo vicibus. Postea duo clerici dicãt ℣. Surrexit domin⁹ de sepulchro: alleluia. ℟. Qui pro nobis pepẽdit in ligno: allũa. Orem⁹. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹, q angelũ tuum de celo misisti vt ab ostio monumenti saxum magnum subleuaret, quiqz sedens

dēs sup illud testimoniuz resurrectiōis dñi nr̄i iesu chr̄i blādo sermone mulierib⁹ nunciaret: nosq3 huius sacratissimi sepulchri hodie gaudijs illustrare dignat⁹es presta q̄s̄umus, vt q̄ huius venerabilis sepulchri charitatez agnouim⁹: p eiusdē chr̄i dñi nr̄i resurrectionē ad gaudia eterna puenire mereamur. Qui tecum ⁊ cuz spiritu sancto viuit ⁊ regnat. Per oīa secula seculorum. R. Amen.

¶ Ordo ad recipiendum processionaliter prelatum, vel legatum.

Um prelatus vel legatus aliquod oppidū insigne est igressurus, ⁊ pcessio cleri ex more loci ordinata cū cruce pcedit illi obuiam extra portā oppidi. Et cū legatus siue p̄latus aduenerit, p̄latus eius loci, siue primā dignitatē habēs indutus suppellicio ⁊ pluuiali p̄cioso, offert veniēti crucē osculādā quā legatus, seu prelatus ex equo, vel si maluerit descēdēs in terrā sup tapetē stratum, genuflexus deuote osculatur. Tum si intrans est ep̄s vel maior, aut presbyter, vel episcopus cardinalis cantores incipiant ⁊ psequuntur añam.

Vel dicatur responsorium.

su am. *Benedi ctio nem

omnium gentium dedit il li: et testamentum suum

confirmavit su per caput e ius.

Si vero legatus recipiendus sit diaconus cardinalis, cătatur responsorium sequens.

Iz deo. *. Glori a. Iz de o.

Fydelis namqz et prudens dispĕsator

in magni patrisfamili as domo constitutus erat. Ut con

servis suis mensuram tri ti ci ero ga ret.

*. Pro sa lu te et augmento gregis sibi cōmis si:

cu ra pervigili sol li ci tus e rat.

Ut

Si autem duo, vel plures recipere[n]tur legati, etiam si non essent episcopi, vel presbyteri cardinales, cantent Añam.

Et con ser uis suis.

Os estis cives sctõrũ: et domestici de i super e di fi/cati sup fundamentũ a po stolorũ et prophe tarum.

Postea dicit re sponso/ rium.

I ues a postolo rum: et dome sti ci de i: aduene runt hodi/e. Por tan tes pa cem: et illu/mi nantes pa tri am. Da re pacem genti/bus: et libera re populum domi/ni. Alleluia. ℟. Audi te preces supplicũ vi/

te eter ne poscentes pre mi a: qui fertis in dextris ma/



ni pulos iusti ti e: quique gaudentes adueni/

stis ho di e. Portantes. ℣. Glori a patri

⁊ fi li o: ⁊ spi ri tu i san cto. Pare.

vel Allelu ia.

In porta aūt oppidi cōsueuerūt primiores illi⁹ obuiare legato, vel p̄lato primo intrāti, ac illū benigne suscip̄e, ⁊ associare: ac baldachinū sup eū deferre. Incepta aūt processio, que locū habere debet immediate aū crucē p̄lati, ordine suo p̄greditur: ⁊ cantant post dictas aīas, seu responsoria alia cantica, vel hymni prout magis placebit, vsque ad ecclesiam principalem loci. Equitantes vero omnes equitare debent ante processionem. Togati vero debent legatum seu prelatum sequi. Cum autem prelatus seu legatus descenderit, ⁊ intrauerit portam principalis ecclesie, prelatus ecclesie, seu maiorem dignitatē habens, indutus vt supra: detecto capite, offert illi aspersorium cum aqua benedicta: quod prelatus seu legatus accipiens, aspergit primo seipsum, deinde alios. Tum idem prelatus ecclesie, seu primam dignitatem habens offert ei nauiculam, aliquo alio sacerdote superpelliceo induto thuribulum porrigente, ⁊ legatus seu prelatus imponit incensum, ⁊ statim prelatus ecclesie, seu alius dignior incensat ipsum prelatum, seu legatum, stantem cum capite detecto more consueto. Deinde procedunt ad altare maius ecclesie, ⁊ ibi super faldistorio ante infimum gradum altaris parato procumbit ⁊ orat prelatus seu legatus. Interim

Iterim vero prelatus ecclesie seu dignitatem maiorem habens, stans in cornu epistole altaris versus ad orantem detecto capite dicit. ℣. Protector noster aspice deus. ℟. Et respice in faciem christi tui. Cum omnibus subsequentibus: si receptus sit prelatus, aut legatus, episcopus, vel presbyter cardinalis. Si vero sit diaconus cardinalis omisso ℣. precedente: dicit sequens: tantum. ℣. Saluum fac seruum tuum domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine ex. ℟. Et cla. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio

Omnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna solus: pretende super hunc famulum tuum, et cunctas congregationes illi commissas spiritum gratie salutaris, et vt in veritate tibi complaceat, perpetuum rorem tue benedictionis infunde. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. His dictis, cantores cantant aliquam aiam eis magis placentem, de sancto patrono ecclesie: cum versiculo de eodem scto. Et cum di versiculus surgit prelatus, vel legatus ascendit ad altare, osculatur illud in medio, procedit ad cornu epistole, vbi stans ad ipsum altare versus: cantat orationem de dicto sancto, deinde ad medium altaris reuertitur, vbi stans dat benedictionem solemnem populo dicens. Sit nomen domini benedictum etc. Qua data facit promulgari per vnum ex suis, siue ex beneficiatis ecclesie indulgentias, quas ipse presentibus concedit: deinde prelatus ecclesie: et alij dimissis paramentis associant illum vsque ad diuersorium suum.

Ordo ad recipiendum episcopum nouiter creatum.

Um vero nouus prelatus primo ad oppidum aliquod sue diocesis veniens recipitur loco orationis predicte. Omnipotens sempiterne deus etc. dicitur sequens. Oremus. Oratio

Deus omnium fidelium pastor et rector: famulum tuum. N. quem ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei quesumus, verbo et exemplo quibus preest proficere, vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Ordo qualiter recipi debeat episcopus quando venit ad visitandas parochias.

Ontifex visitaturus parochias suas cum ad oppida sue diocesis peruenerit, recipitur processionaliter eo ordine prout supra in receptione prelati, seu legati dictum est, hoc solo dempto quod loco orationis. Omnipotẽs sempiterne deus, qui facis mirabilia magna &c. seu Deus omnium fideliuz pastor &c. ipso prelato ante altare in faldistorio genuflectẽte dr sequens oro.

Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolaris: pretende societati nostre gratiam tuam; vt per eos in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus aduentum. Per christũ dñm nostrum. ℟. Amen. Qua finita pontifex surgit, ascẽdit ad altare maius, osculatur illud in medio, & ibidem pplo solẽniter bñdicit. Deinde versus ad ppl'z sedẽs ibidẽ in aliqua sede, seu faldistorio: vel stans apodiatus ad altare, prout sibi magis placebit: pponit populo cãs aduentus sui, quia sacri canones & eccl'e siasticus ordo: hoc fieri precipiũt ppter multa. ¶ Primo ad absoluendas animas defunctorũ. ¶ Scdo: vt sciat & videat qualiter eccl'ia ipsa spũal'r & tpal'r gubernet. Quomodo se habeat i ornamẽtis. Qualiter ibi ecclesiastica sacramẽta ministrant, & diuina officia pagũt. Quale seruitium ibi impẽditur. Qualis sit vita ministrorũ & ppl'i, vt ex offõ inqsitionis sue: p eum siqua in premissis corrigẽnda fuerint corrigãtur & emẽdentur. Et precipit fieri libros, & alia necessaria ecclesiastica ornamenta. ¶ Tertio, ad adulteria, fornicationes, sortilegia, diuinationes, & similia publica in populo puniẽda, ad quod interdum nõ sufficiũt ecclesiarũ rectores. Ostendẽsq diligẽter populo quã dãnabilia & detestanda sunt crimina ipsa. ¶ Quarto propter casus: qui de iure vel cõsuetudine ad episcopũ duntaxat pertinere noscuntur: qui in cõstitutionibus synodalib' continentur, de quibus nullus alius se intromittere põt. Protestans plebi: quod siqs, vel siqua in aliquo ipsorũ casuũ, vel in quocunque alio cõsilio eius indiguerit, paratus sit benigne audire: & consiliũ & absolutionem impendere ac penitentiã misericorditer iniungere salutarem. ¶ Quinto ad exhibendum sacramentuz cõfirmationis: qd nullus alius nisi solus episcopus ex diuina & apostolica institutione dare potest. ¶ Sexto inducit diligenter populum ad penitentiam, & instruit in ecclesiasticis sacramentis, & in articulis fidei: & qualiter debent declinare a malo & facere bonũ. Fugere vitia, & sectari virtutes. Alteri nõ facere quod sibi fieri nolunt.

sunt. His expletis fit populo cõfessio ⁊ absolutio generalis: ⁊ indulgentia datur per pontificem. Post hec pontifex deposita cappa, induitur amictu, stola pluuiali violacei vel nigri coloris, ⁊ mitra simplici: ⁊ stans cum mitra iuxta altare, versus ad populũ, incipit antiphonam. Si iniquitates. Deinde cum ministris seu capellanis suis dicit psal. De profũdis. folio. 176. ⁊ terminetur per Requiem eternã. Tum dicit totam antiphonam. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? Qua dicta deposita mitra dicit. Kyrie elei. Christe elei. kyrie elei. Pater noster. quod secrete completur. Et interim accepto aspersorio cũ aqua benedicta: tertio aspergit ante se deinde imposito incenso in thuribulo: ⁊ illo benedicto eodem modo incensat. Quo facto pronunciat. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. In memoria eterna erunt iusti. ℟. Ab auditione mala non timebunt. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorum. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali fecisti dignitate vigere, presta quesumus, vt eorum quoq̃ perpetuo aggregentur consortio. Per christum dominũ nostrum. ℟. Amẽ. Deinde aqua benedicta: thuriferario, duobus ceroferariis. Cruce: ⁊ clero precedentibus ⁊ cantantibus ℟. Qui lazarum. cum versu, supra fol. 158. Pontifex cum mitra exit ad cimiterium. Interim dicens cum ministris suis antiphonam. Si iniquitates obseruaueris domine. ps. De profundis fol. 184. vsq̃ ad finem cum Requiem eternã. ⁊ an. Si iniquitates obseruaueris domine, domine. Quibus omnibus dictis cũ fuerint in medio cimiterii firmant se suo ordine: ⁊ chorus cantat ℟. Libera me domine de morte eterna. cum suis versi. Requiem eternam. folio. 236. Cum repetitur ℟. Libera me domine. vsque ad primum ℣. Interim dum ℟ ipm repetitur, offertur per digniorem ecclesie nauicella: ⁊ per alium ex ministris thuribulum pontifici: qui imponit incensũ more consueto ℟. repetito. Chorus cantat kyrie elei. Christe elei. kyrie elei. Mox pontifex mitra deposita competenti voce dicit Pater nr. Deinde aspergit ⁊ incensat prout fecit in ecclesia. Quo facto dicit. ℣. Et ne nos inducas intẽ. ℟. Sed libera nos. ℣. In memoria eterna erunt iusti. ℟. Ab auditione mala non timebunt. ℣.

A porta ife. ℟. Erue dñe animas eorũ. ℣. Requiẽ eternã. ℟. Et lux ꝑpetua. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et cla. me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oro.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos sacerdotali fecisti dignitate vigere, presta quesumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Alia oratio.

DEus venie largitor: ⁊ humane salutis amator, quesumus clementiam tuã: vt nostre congregationis fratres, propinquos ⁊ benefactores, qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Alia oratio.

DEus cuius miseratione anime fideliũ requiescunt: famulis ⁊ famulabus tuis oib⁹ hic ⁊ vbiqz in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine letentur. Per eundem Christum dominum nostrũ. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua. Tunc duo cantores dicunt. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. Et mox pontifex eleuata dextera, producit signum crucis ab omni parte super cimiterium. Tum accepta mitra per pontificem, reuertuntur omnes ad ecclesiam ordine quo venerũt: choro dicente congruenti voce sine nota totũ ps. Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. cum ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. Quẽ etiam põtifex ipse dicit voce demissa cum ministris seu capellanis suis: quibus dictis ⁊ põtifice ad chorũ ante maius altare peruento. Pontifex deposita mitra: stãs ibidem in medio versus ad altare dicit. kyrie el. Christe. el. kyrie el. Pr noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. A porta iferi. ℟. Erue dñe animas eorũ. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor me⁹ ad te ve. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

ABsolue quesumus domine animas famulorum famularumque tuarũ ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitati respirent. Per dominum nostrum iesum Christum filium tuum Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. His peractis, depositis stola ⁊ pluuiali nigris: seu violatijs: ⁊ assumptis albis, poterit pontifex confirmare pueros, premissa monitione: ⁊ aliis seruatis: prout in pontificali libro notatum est. Aut si placet poterit pontifex illud pro alia

hora

hora vel die reseruare, et successiue alia facit, que supra proposuit se facturum. Expedita itaq3 confirmatione, et benedictis ornamentis si qua benedicenda sunt, depositisque indumentis ecclesiasticis: confessiones: deinde querelas: sique sunt audit. Tum de conuersatione cleri et populi, ac qualiter spiritualia, et temporalia in ipsa ecclesia ministrantur et de libris, et ornamentis diligenter de plano inquirit. Peracta demum visitatione illius loci, et omnibus expeditis: cum discedere voluerit pontifex in suo habitu communi accedit ad ecclesiam: et stans ante altare in cornu epistole versus ad illud dicit psalmum. De profundis. 184 totum cum Requiem eternam. et an. Si iniquitates. Deinde dicit Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. A porta infe. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Domin⁹ vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus cuius miseratione anime fidelium requiescunt, famulis et famulabus tuis omnibus hic et vbique in christo quiescentibus: da propitius veniam peccatorum, vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine letentur. Per eundem christum dominum nostrum. ℟. Amen. Post hec discedit quo voluerit.

¶ Antiphone subscripte cantantur post completorium per totum annum ordine subscripto. A primo sabbato de aduentu vsque ad purificationem beate marie dicitur. Alma redeptoris. A purificatione vsq3 ad pascha dicitur. Aue regina celorum. A pascha vsq3 ad octaua pentecostes dicit. Regina celi. Ab octaua pentecostes vsq3 ad aduentum dicitur. Salue regina. Antiphona.

A L ma redéptoris mater que per vi a ce li por ta ma nes: et stel la ma ris succurre cadenti surgere qui cu

ra populo tu, que genuisti natu ra mirante: tuum sanctũ geni torem. Uir go pri/ us ac po ste ri⁹ gabrie lis abo re sumẽs il lud a ue peccatorum mise re re.

Antiphona.

A Ue re gina celorum. A ue domina angelo rum: sal ue radix sancta: ex quã mundo lux est or ta. Gaude glo ri o sa super omnes specio/ sa: va le val de de co ra ꝛ pro no bis semper christum ex o ra. Añа. Regina celi letare. folio [illegible].

SAlue regina misericordie:

Uita dulcedo et spes nostra salue. Ad te

clamamus exules filii eue. Ad te suspiramus

gementes et flentes in hac lachrymarum valle. Eia

ergo aduocata nostra illos tuos misericor/

des oculos ad nos conuerte. Et iesum bene/

dictum fructum ventris tui nobis post hoc exi/

lium ostende. O clemens. O pia.

O dulcis virgo maria. ℣. Uirgo mater

ec cle si e. eterna por ta glori e: esto nobis re/
fugium: a pud patrem et fili um. O cle mens.
℣. Virgo clemens: virgo pi a: virgo dulcis o mari a. Exau
di pre ces om nium: ad te pi e clamantium. O pi a.
℣. Glori o sa de i ma ter: cuius natus est a pa/
tre: Ora pro no bis om ni bus: qui tui me/
mo ri am agi mus. O dulcis virgo maria.

¶ Tractatus computi summatim excerptus ex computo Reuerendissimi patris domini Guilelmi Durantis episcopi Mimatensis valde necessarius sacerdotibus.

Uoniā sicut ait beat⁹ Augustin⁹ .38. distinctio. Q ne ipsis. Sacerdotes cōputū scire tenētur: alioquin vix in eis nomē sacerdotis cōstabit. Sub quo verbo noti/tiā cursus tēporis lune: calēdarij intelligim⁹: qm cō/putus est scientia certificandi tempus ſm solis et lu/ne

ne progressum. Idcirco ad simplicium sacerdotum instructionez, de hoc aliqua claro compendio perstrigemus, prout ad usum ecclesie dinoscitur pertinere. Di at coput⁹ a coputo: quia in ipso coputando procedimus: non quia in ipso computare doceamur. Et est duplex computus, scilicet astronomicus, seu philosophicus: et vulgaris, seu ecclesiasticus: sed de astronomico nil ad presens. Vulgaris computus est scientia distinguendi tempus certa ratione: sive scientia temporis discretiua, fm ecclesie usum Tempus est mora motus rerum variabilium: cuius partes decē esse dicuntur: scilicet annus, mensis, septimana, dies, quadrans, hora, punctum, momentum, uncia, et athomus. Annus continet duodecim menses: et quinquagintaduas septimanas, et diem unum: et trecentos sexagintaquinque dies et sex horas. Mensis continet quatuor septimanas: vel paulo plus. Septimana septem dies. Dies quatuor quadrantes. Quadrans sex horas. Hora quatuor pūcta. Punctuz decem momenta. Momentum duodecim uncias. Uncia quadragintaseptem athomos. Athomus indiuisibilis est nam athomos grece indiuisio dicitur, unde athomos grece indiuisio latine. Anni ergo solaris fer duodecima pars mensis. est Septimana vero est fere quarta pars mensis. Dies naturalis septima pars septimane. Quadrās quarta pars diei naturalis. Hora sexta pars quadrātis. Punctū quarta pars hore. Momētū decima pars pūcti. Uncia duodecima pars momenti. Athomus quadragesima septima pars uncie. Ceterum duplex est annus: scilicet solaris, et lunaris.

¶ Incipit primus tractatus de anno.

¶ Quid sit annus solaris. Cap. 1.

Annus est solis anfractus, cum peractis trecentis sexaginta quinqz diebus ad eadem loca syderū redit. Dicit ergo annus q3 mensibus in se recurrentibus voluē: ab an qd est circū: et eo is: quasi circulariter rediens. Annus fm diversos diversa hz initia: qm arabes et egyptij illum inchoāt post solstitiū estiuale. s. a septembri: pro eo q legit arbores in principio mūdi fructū habuisse: et quia hoc in septembri cōtingit: putāt tunc mūdū factū fuisse: idcoqz ibi incipiunt annum. Numa vero pompilius et romani annuz a ianuario inceperunt: pro eo quod tunc vel paulo ante sol nobis incipit appropinquare. Iudei a martio inceperunt: quia in eo conditus est mūdus. Et ideo di quod decimusoctau⁹ dies ei⁹ est primus dies seculi. Quos oēs quo ad aliqua computiste imitantur. Ipsi nāqz a septēbri incipiūt regulares lunares et embo/

lismos et epactas: et omnes annos lunares. A ianuario vero inci-
piunt aureū numerū: et quasdā literas dñicales: a martio regula-
res solares cōcurrētes: et quasdā literas dñicales: prout in secūda
parte apparebit. Sane quidā moderni ob reverētiam salvatoris
computant annos a nativitate eius. Alij vero ab eius incarnatio-
ne. i. a conceptione beate marie: qñ illa dixit. Ecce ancilla dñi. etc.
statim enim fuit Christus deus et homo et plenus spiritu sancto.

¶ De diversis nominibus anni. Capitul. 2.

Annorū alius est naturalis: alius usualis: alius legitimus, alius emergēs: alius solaris: alius magnus: alius olimpias, alius lustralis: alius indictionalis, alius iubileus: alius benignitatis: alius eternitatis et glorie. ¶ Annus naturalis est cum luna soli opponitur: unde sol ecclipsim patitur. ¶ Usualis sive temporalis est qui s'm usum hoīum suum initium habet a ianuario usqz ad sequentē ianuariuz. ¶ Legitimus sive cerimonialis est qui cōputatur s'm lunationes ab aprili usqz in aprilē. Aprilis eniz est prim' mensis apud hebreos. ¶ Emergens est in quo aliquod magnuz iudeis vel aliis contingit: a quo facto in illius memoriam annum incipiunt cōputare. s. a quovis die. ¶ Annus solaris est spatium in quo circuit sol. 12. signa zodiaci: quem circulum facit ut premissum est in. 365. diebus et fere sex horis, fere dixi propter quedā momenta, que adiiciuntur, sicut infra dicetur. He autem sex hore de quarto in quartum annum faciunt unum diem naturalem bisextilem: et annus iste cōmunis est oībus gētibus: et īcipit qualibz die: et qualibet die finitur: transactis predictis diebus. Et iste potest etiam dici naturalis.

¶ De signis zodiaci. Cap. 3.

Signa vero predicta sunt ista: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, et Pisces: unde versus.

Hec sunt signa poli que semper sunt via soli.
Est aries: taurus: gemini, cancer, leo, virgo.
Libraqz, scorpio, chiron: capricornus, urnula, pisces.

Et nota q' celi habitatio stat circulorum distincta zonis: zone autem ipse sunt quinqz: que ideo zone vel circuli appellantur, quia in circunductione sphere existunt. Zodiacus autē circulus est qui ex linearum quinqz angulis, et ex linea constat. Rursus zodia grece dī animal: siue e signū latine: inde zodiacus dicitur animal, seu signifer circulus: ex eo q' in medio firmamenti sunt duodecim signa per transversum posita: equaliter per circulum distincta, que

formis

formis ⁊ nominibus animalium designatur, quia sol intrans in il la proprietates animalium quodámodo sortitur, vel quia stelle in signis disposite sunt in animalium figuris. ¶ Signuz aũt dr̃ duodecima pars zodiaci. Sol quidez intrat in aliquod de predictis signis quolibet mense in.15. calen. ſm ecclesiam: vnde in martio intrat in arietẽ.xv.calẽ. aprilis: in aprili intrat in taurũ.xv. cal.maij: ⁊ sic per ordinẽ mẽsiuz ⁊ signorũ. ¶ Primũ igitur signũ est aries: in quo sol dr̃ esse factus: in quo signo est sol circa principia veris: sic dictum: quia sicut aries est animal retro debile habens añ aliqd roboris: sic sol i tpe.i.in principio arietis habet debiles vires propter frigus eius fortitudinẽ minuens: anteriora vero, que estatẽ respiciunt, aliquid fortitudinis: id est caloris habent. Uel sicut aries in hyeme cubat in latere sinistro: in vere autez incipit cubare in dextro: sic sol ante illud tp̃s moratur in sinistro latere firmamẽti.s.in meridie tũc vero intrat latus dextrũ.s.versus aquilonẽ. ¶ Scd̃m signum est taurus sic dictuz: quia sicut taurus fortior est ariete: sic fortioris est efficacie sol in illo tẽpore quo ad nos: q̃z in ꝑcedenti. Uerũtamẽ ante est efficacior q̃z post: sicut taurus ante fortior est q̃z retro. ¶ Tertium gemini sic dictũ, quia illo tpe vis solis geminatur. Incipit enim esse calidus ⁊ siccus effectiue. Uel quia tunc precipue res geminantur: id est multiplicantur. Aues eniz ⁊ aĩalia fetus producũt. Uel propter geminos siue duos gradus: quibus sub illo signo magis quã sub alio sol eleuatur a terra. ¶ Quartum cancer sic dictum: quia cancer est aĩal retrogradum: ⁊ sol tunc retrogreditur discedens a nobis cũ prius appropinquauerit nobis. ¶ Quintum leo sic dictuz: quia leo est aĩal crudele ⁊ semper febricitans: sic ⁊ tempus illud crudele ⁊ generãs febres. ¶ Sextũ virgo: quia sicut virgo nil generat: sic tempus illud sterile nil noui generat: generata tamen maturescere facit. Est eniz tẽpus canicularium dierum. ¶ Septimũ libra sic dictũ ab equalitate mẽsis ipsius: quia sole ibi existente dies ⁊ nox eque ponderata est: qm̃ tũc est equinoctium autumnale. ¶ Octauũ est scorpius, sicut enim scorpius venenosus est ⁊ pungit, sic tempus illud morbosum est propter inequalitatem aeris. Etenim mane frigus pungens: ⁊ in meridie calor vrens. ¶ Nonum sagittarius sic dictuz: quia venatio, que per saggittarios fit, plerunqz tũc exercetur: vel propter fulgura, que tunc sepe cadunt: que italici sagittas vocãt. ¶ Decimũ capricornus: sicut enim capricornus in abruptis montibꝰ siue in excelsis ꝑcipitiis pascitur: sic sol tũc est in altissimo gra

du versus meridiem: vel sicut capricornus montes solet ascende re: sic sol tunc ad nos ascendere incipit. ¶ Undecimum est aquarius sic dictũ: quia tẽpus illud aquis ⁊ ventis abũdat. ¶ Duodecimum est pisces: quia sicut piscis est animal aquaticum: sic ⁊ tempus illud propter multas pluuias aquaticũ est: vel qa tunc aquis resolutis tempus est piscationis. ¶ Uerum licet sicut patet ex premissis: signa equalia sint secundũ astronomicos: eccl'ia tñ illa nõ ponit equalia. nam qñq̃ plures dies sunt in vno signo q̃ȝ in alio: cum vnus mẽsis plures dies habeat q̃ȝ alius. Unde plures erũt gradus vnius q̃ȝ alterius signi. Grad⁹ aũt dr̃ spatiũ, quo sol motu suo trãsit i zodiaco die naturali. Ex iã dictis facile sciri põt i quoto gradu alicuius signi sit sol quocunqȝ die. De biserto. cap. 42.

Porro dies bissextilis, de qua dictum est, dicit̃ bisextilis sm̃ philosophos: quasi ex bisse momentorum collecta: quod sic poterit comprehẽdi. Sol enim in quolibet signo moratur. 30. diebus: ⁊. 30. trientibus horarum: ⁊ triginta bisse momẽtorũ: ⁊ triens est tertia pars alicuius rei cõstantis ex tribus partibus. Bisse vero sunt due partes, sed multiplicatis duodecies. 30. diebus habemus. 360. dies. 30. trientes horarum constituunt. 10. horas, que multiplicatis duodecies, faciunt. 5. dies. 30. bisse momentorum continent. 20. momenta ⁊ duo puncta: sed multiplicatis duodecies duobus punctis habemus sex horas ex bisse momentorum collectas: que de quarto in quartum annum constituunt vnum diem, que dicitur bissextilis. ¶ Rursum secundum Isidorum per singulos annos crescit pars quarta assis: ac vbi quarto anno assis completa fuerit bissextum vnum facit: ⁊ ideo per quatuor annos vnus bissextilis adiectus est. Dictus autem est secundum eum bissextus: quia bis sexies ductus assem facit quod est vnus dies. In quo loco calendarij poni debeat illa dies his versibus continetur.

Bissextum sexte martis tenuere calende.
Posteriore die celebrantur festa Mathie.

Hoc est dicere: q̃ illa litera vbi dicitur in calendario. 6. cal. martij: debet poni dies bissextilis: ⁊ tunc stamus siue sedemus duob⁹ diebus super illa litera: ⁊ festum sancti Mathie: quod deberet illa die celebrari, celebratur tantum in sequenti, ita tamen q̃ inter ipsum festum ⁊ vigiliam nullũ sit mediuȝ: extra de verb. signi. quesiuit. Non interest tñ vtrum ipsum festum in prima vel in secũda die predictarum duarũ celebretur: sed regionis in hoc cõsuetudo seruatur. Isidorus dicit: q̃ a sexto nonas martij vsqȝ in diem cal.

ianuarij

ianuarij lune cursu bissextus apponitur atqz inde detrahitur. Si autem volumus scire quando fit annus bissextilis: debemus diuidere annos Domini per quatuor quoties possumus: & si nullus superauerit: tunc erimus in anno bissextili: si autem aliquis remanserit: tunc nō erit bissextus vnde versus. Anni diuisi Domini per quatuor eque Monstrant bissextum qua ratione scias. Hoc aūt verū est fm illos: qui diuidunt annos dñi incipiendo a natiuitate, vel a ianuario: non fm illos, qui incipiunt ab incarnatione. Alia etiam doctrina ad inueniendum bissextū ponetur infra: vbi de cōcurrentibus agetur. pro inueniendo aureo numero facilis modus.

¶ De quatuor temporibus anni. Cap. 5.

Tempora siue partes anni solaris sunt quatuor. s. ver, estas, autumnus, hyems. Dicta autem sunt tempora a communionis temperamento, eo q inuicem se humore, siccitate, calore, & frigore contemperent, hec & curricula dicuntur, quia non stant, sed currunt. Uer dictum est, quia viret. Aestas dicitur ab estu. i. calore: inde estas quasi vsta & arida. Autūnus a tēpestate vocatur, qñ & folia cadunt & oia maturescunt. Hyems dicitur ratione hemisperij: qr tunc sol circulo voluitur breuiori. Unde & hoc tempus, bruma dicitur, quasi brachis. i. breuis, vel a cibo: quia tunc maior est vescendi appetitus: edacitas eniz grece bruma appellat. Principia autez partium anni fm ecclesiam his versibus continentur.

Festum clementis hyems caput est orientis
Cedit hyems retro cathedrato simone petro.
Uer fugat vrbanus: estatem simphorianus.
Id tibi quod restat autumni tempora prestat.

Hoc est dicere festum clementis: quod est. 8. calen. decembris est principium hyemis: & durat vsqz ad festum cathedre sancti petri: tunc incipit ver: & istud festū est. 8. calē. martij: & ver durat vsqz ad festum sancti vrbani, quod est. 8. calē. iunij, tunc incipit estas: & durat vsqz ad festū simphoriani: quod est. 8. calē. septēbris. tunc incipit autūnus: & durat vsqz ad festū clemētis: in quo incipit hyems. In his quatuor partibus anni: triduana ieiuna celebramus: & ideo ieiunia quatuor temporum appellantur. Ieiunium veris est in prima septimana quadragesime, scilicet in quarta feria post cineres. Ieiunium estatis est in prima die mercurii post penteco. Ieiunium autumni est in tertia die mercurii septembris, scilicet in quarta feria post festum sancte crucis: Ieiunium hyemis est in 4. feria post festum beate Lucie. vnde versus est. quatuor Tēpora ieiuniorum.

Uult crux Lucia cineres charismata dia.

Ut det vota pia quarta sequens feria.

¶ Fiunt ad hoc ieiunia in. 4. feria: quia Christus a iuda traditus est: et in sexta feria: quia in ea crucifixus est: et in sabbato: quia tunc apostolorum tristitiam de nece saluatoris representamus: nam si compatimur: et cõregnabimus. De cõse. dist. 3. ieiunia. et c. sabbato. Aduentus aũt dñi incipit primiori dñica festo sãcti andree aũt vel post: vel in ipso festo. ¶ De solstitio et equinoctio, ac varijs temporibus anni diuersis nominibus appellatis. Cap. 5.

Adhuc ĩ anno solari cõtingunt duo solstitia, et duo equnoctia.
Solstitia in estate et in hyeme.
Aequinoctia in vere et in autumno.

Est autem solstitium maxima inequalitas diei et noctis: siue ingressus solis in capricornũ vel cancruz: et dicitur solstitium quasi solis statio, eo q tunc sole stante crescunt dies vel noctes. Aequinoctium est maxima diei et noctis equalitas: quia tũc equali spatio horarum consistunt: siue ingressus solis in arietem vel librã. Ubi autem sit locus solstitiorum equinoctiorũz his versibus cõnectur.

Solstitium decimo christum preit atqz ioannem.
Aequa crucis festum dat tempora martis et idus.

Hoc est dicere q solstitium hyemale est ante natiuitatez xpi decẽ diebus: vz. 13. calen. ianuarij: quo tpe sol incipit altiores circulos petere: et solstitium estiuale est ante natiuitatẽ ioannis baptiste: totidem diebus: vz. 18. calen. iulij: quo tpe incipit sol ad inferiores circulos remeare. Unde estiualis solstitij dies maximus, sicut et hyemalis dies, minimus ĩuenitur. Sed ßm egyptios hyemale ẽ xii. calẽ. ianuarij. ßm grecos. xii. calẽ. Aestiuale vero ßz egyptios. xii. cal. iulij: ßm grecos. xi. calẽ. ¶ Itẽ in festo crucis: vel ßm alios. xii. calen. octobris, est equinoctium autũnale: et vbi dĩ in calẽ. idus martij: vel ßm alios. xii. calẽ. aprilis est equinoctiuz vernale. Olim enim annus in duas partes tm̃ diuidebatur. s. estiuale et hyemale solstitinm: et in duo hemispheria. ¶ Magnus autem annus completur reuersis planetis oĩbus ad loca sue creationis, quod fit annis non paucioribus. 430. ¶ Mundanus vero annus erit omnibus stellis ad prima loca reuersis: quod fit demum post. 15. millia annorum. Magister dicit in historia Genesis, vbi agit de ebrietate Noe, q magnus annus impletur per curricula sexcentorum annorum. ¶ Aera: qua vtuntur hispani singulorum annorum est constituta a Cesare augusto: quando ad primum censum orbem descripsit. Dicta est autez era ab ere: ex eo q omnis orbis es red-

dere

cere professus est reipublice romanorū. Prius autem fuerūt indictiones, postea ere. ¶ Olympias constituta est apud grecos in elide ciuitate: eliis agentibus agonem: & quinquennale certamen: quatuor mediis annis vacantibus: & ob hoc tempus eleidij certaminis olympiadem vocauerunt quadriēnio in olympiade supputato. ¶ Lustrū est pentesim. i. quinquēnium: quod quinto anno dicitur cōdi propter olympiades. Romani nōdū erant cōsules neq; ere. Quinquēnale quidē tempus ideo sic vocatū: q2 cēsu p quinquēnium in republica pacto vrbs romana lustrabat. ¶ Apud romanos est annus indictionalis: qui ter quinos continet annos, vt infra dicetur, & premissum est. ¶ Apud hebreos est annus iubileus. i. remissionis: qui septēnis completis annorum hebdomadibus celebratur. ¶ Apud christianos est annus benignitatis & grē, in quo chrūs venit, & nos sua benignitate redemit. ¶ Apud sanctos cōprehēsores est annus eternitatis & glorie, in quo exultabunt sctī in gloria sine fine. ¶ Rursus secula gñationibus constant: sic dicta q2 sequuntur, abeūtibus enim aliis, alij succedunt. Hoc tp̄s quidē quinquagesimū annū dicunt: quē hebrei iubileū vocant, vt iam dictū est. Et ob hāc cām hebreus propter vxorē & liberos amans dn̄m suū aure pertusa seruitio subiugat: seruire iubetur in seculū. i. vsq; ad annū qnquagesimū. ¶ Etas aūt plerūque dr̄ pro vno anno, & pro septem, & pro centum: & pro quouis tp̄e. Vñ & etas est, qđ de multis seculis instruitur, & ideo dicta est etas, quasi similitudo eui: naz euū est etas ppetua: cuius neq; initium, neq; finis noscitur. Deriuatū est aūt euū ab eona, qđ apud grecos aliqñ pro seculo, & aliquādo ponitur pro eterno. Proprie vero etas duobus modis dicitur: vz hoīs, sicut infantia, iuuentus, senectus. Aut mundi: cuius prima etas est ab Adam vsq; ad Noe, secunda a Noe vsq; ad Abrahā, tertio ab Abraham vsq; ad Dauid: & quarta a Dauid vsque ad transmigrationem Jude in babyloniā, quinta de Juda vsq; ad aduentū Saluatoris in carne: sexta que nūc agit vsquequo mundus iste finiat.

¶ Incipit secundus tractatus. Et primo de mense. Capit. 1.

Dicto de anno, sequitur videre de mense. est autem mensis spatium temporis: quo a phebo phebe recedens eidem completo suo circulo sociatur. Et dicitur mensis a mensurando, eo q annus per menses mensuratur: vel a mene, quod est defectus, eo q luna singulis mensibus visu deficit ab humano, vel secūdum Isi/

dorum, a mene grece quod est luna latine. Apud grecos. xii. men ses legitimi non ex solis circulo: sed ex lune cursu connumerãtur, quod est de nona ad nonã. Diuiditur ãt annus p xii. mẽses: q2 sol peragrando zodiacũ. xii. circuit regiones signorum, ⁊ in his. xii. mẽ sibus cõmoratur. Romulus tñ voluit tñ decẽ esse mẽses in anno, incipiens a martio, quẽ Marti deo belli, quẽ patrem suũ esse pu tabat, dedicauit. Vñ Ouidius in. i. fastorũ, Tpa degenerãt cũ cõ ditor vrbis in annum, Instituit menses quinque bis esse suos. Sed Numa Pompilius videns q annus non bene. x. mensi bus complebatur, superaddidit duos in principio. s. ianuarium ⁊ februarium. Januarius dicitur a ianua. 86. distin. ieiunium, quia sicut per ianuam intramus domum: ita per ianuarium intramus annũ, est enim limes anni. ¶ Februarius dicitur a febribus, que tunc de facili contingunt: vel a februis. i. purgationibus. Sunt ãt februe oblationes facte pro mortuis. Romani autem illo mense memoriam aiarũ habebant, ⁊ eas purgabãt celebrãdo exequias mortuorũ. ¶ Martius dr̃ a Marte patre Romuli, vel quia eo tpe cuncta animantia aguntur ad marẽ, ⁊ ad cõcũbẽdi voluptatẽ. Appellatur ẽt qñq3 mensis nouorũ, q2 est anni initiu3, ⁊ qñq3 no uum ver, q2 in eo viridãtibus arboribus, nobis trãsactoꝝ pbatur occasus. ¶ Aprilis dr̃ quasi aperilis, quia tunc terra aperitur ad germinãdũ, etia3 flores aperiunt: ⁊ arbores incipiunt pullulare. ¶ Maius a maioribus natu dr̃: qui erant principes reipublice. ¶ Junius a iunioribus dicitur, erant. n. olim maiores. s. seniores, qui appellabãtur pr̃es: ⁊ hi in ciuitate semp remanebãt vrbis re gimini cõsulentes, erãt ⁊ minores qui ibãt ad pugnandũ p repu blica: ⁊ ideo maius a maioribus: iunius a iunioribus nomen acce perunt, ⁊ in illorũ honorẽ instituti sunt. ¶ Julius dr̃ a Julio Ce sare: q2 tunc natus fuit: vel q2 tunc de hostibus triũphauit, Julius tñ prius quintilis dicebat, eo q est quītus a Martio: qui s̃m Ro mulũ principium erat anni. ¶ Augustus est dictus ab Octauia no Augusto, qui tũc natus fuit, vel quia tunc hostes superauit. s. Cleopatrã ⁊ Antoniũ eius virũ. Prius tñ dicebatur sextilis, eo q sextus est martio. ¶ September nomen habet a numero ⁊ imbre: quia septimus est a martio, ⁊ imbres habet. Sic ⁊ octo ber, nouember, atq3 december ex numero ⁊ imbribus vocabula acceperunt, quem numeru3 decurrentem december finit, pro eo q denarius numerus precedentes numeros claudit. ¶ Quot autem dies quilibet mensis habeat, his verbis continetur.

Junius

Junius, aprilis, september, nouember, tricenos.
Plus vnum reliqui, sed habet febru9 octo vicenos.
Cui, si bissextus fuerit, superadditur vn9. Hoc est dicere q iu/nius, aprilis, septéber, ⁊ nouéber habét.30.dies, reliqui aũt meses habent.31.sed februarius tantuz hꝫ.28.⁊ quando est bissextus.29. Sciendũ aũt est q cuilibet mensi primo dati fuerũt.30.dies, qui multiplicati duodecies cõstituunt.360.dies. De quinqꝫ vero resi duis datus est vnus ianuario, eo q est principium anni, ⁊ ẽt rõne ipsius numeri, q2 impar numerus mundus est: numero deus im/pare gaudet.32.q.1.nuptie. Secundus datus est martio, pp ean/dem imparitatem. Tertius maio. Quartus iulio. Quintus octo/bri. Cesar aũt augustus volens suum mensem esse equalẽ mẽsi iu lio, abstulit februario vnã diem, q2 erat mẽsis tristitie atqꝫ luctus, ⁊ attribuit eaꝫ augusto, ⁊ ita remanserunt februario tantum.29.⁊ augusto.31. Demum Astrologi Romani abstulerunt aliam diem februario ⁊ addiderunt decembri, ad hoc vt finis principio respõ deret: ⁊ sic februario remanserunt tantum.28.⁊ decembri.31. Ve/runtamen ad quandam compensationem vna dies, videlicet bis/sextilis, est de quarto in quartum annum februario restituta. ¶ Qua vero die vel feria quilibet mensis intrat iam sub titu. de septimana dicetur. ¶

De calendis nonis ⁊ idibus. Capitul.2.

SAne in quolibet mẽse sunt tres dies celebres, qui soli pro/priis nominibus noiantur: ⁊ ab eis ceteri denominãtur.s. calende, none, idus, quos Romani pp dies festos, vel pp officia magistratuum instituerunt. His enim diebus in vrbibus conue/niebant. De consec.dist.1.siquis calẽde sunt primi dies mẽsis: di cuntur quasi colende, quia tunc semper erat festuꝫ. Unde Ouid.
Uendicat ausonias saturnia iuno calendas.
Uel q2 tunc a Romano populo principia mẽsiuꝫ celebrabãtur sicut fit ab Hebreis.16.q.vlti.non licet, ⁊.c.seq. Unde Ouid.
Salue festa dies meliorqꝫ reuertere semper. A populo re. rum digna potente coli. Uel dicuntur a calo quod est voco. Pri/mo die mẽsis: pco de more populũ ad nũdinas vocabat: clamans toties calo, quot dies erant vsqꝫ ad nonas: ⁊ ideo plr cal. a pluri/bus vocationibus vocabant: vel a calo, quod est bonũ omẽ p totũ mensem habendũ.26.q.vlt.non obseruetis. Tũc eniꝫ sibi mutuo encenia transmittebant. ¶ None vero sunt quatuor, vel sex dies, in quolibet mense, qui sequunt post cal. ⁊ dñr a nũdinis quasi nũ/dine: q2 tunc Romani nũdinas colebant. Ideo aũt in aliquo mẽ

se erant none, siue inchoatio nũdinarũ in die quinta: ꝛ in aliquo: in die septima, ne predones certum tẽpus ad insidiãdum mercatori bꝰ haberẽt. Vel dñr none a nonis: quia ille dies nonus erat ante idus: vel a nõ, quia tũc nullũ fiebat festũ. Unde Ouidius. Nonarum tutela deus erat. ¶ Idus vero sunt octo dies: qui sequuntur post nonas. Est autem idus semper in.13.vel.15.die: secundum q none precedunt. Si enim mensis habet quattuor nonas, idus est in.15.die. Si autẽ sex nonas, idus est in.13. Quod autẽ concilium Antiocheñ.18.dist.ca.propter: dicit q idus est in die decima: hoc alia cõsideratione dicit. Et dñr idus quasi diuisio: quia tũc fiebat diuisio nundinarũ: vel qꝛ in idibus fit diuisio mensis. Dicitur aũt idus ab iduo as.s.separo ras: vnde vidua dr quasi idua.i.diuisa. Pleriqꝫ latinorũ putant idus dici ab edendo, eo q hi dies apud veteres epularum essent. Dies aũt q sequuntur statim post cal. ita denoiantur. Si enim est mensis, qui hꝫ quattuor nonas debemus dicere in calendario statim post cal.4. nonas: in tertio.3. nonas: in quarto pridie nonas: in quinto vero nonas dicimus: vt patet in ianuario: ꝛ silibus. Si vero est mensis qui hꝫ sex nonas debemus dicere statim post cal. sexto nonas: in.3. die quinto nonas: in.4 quarto nonas: in.5. tertio nonas: in.6. pridie nonas: in.7. nonis, vt patet in martio, ꝛ silibus. ¶ Dies aũt qui sequuntur post nonas ita denominantur in quolibet mense octauo idus.7.idus.6. idus.5.idus.4.idus.3.idus: pridie idus: ꝛ idibus: sicut hec apparent in cal. manifeste. ¶ Dies vero qui sequuntur post idus denoiantur a cal. mẽsis sequentis: hoc modo. Januarius hꝫ.31.dies: de istis accipe vnum pro cal. ꝛ.8.pro idibus: ꝛ.4. pro nonis: ꝛ sic remanent tantum.18. adde ergo istis.18. diebus, cal. siue diem calendarũ sequentis mẽsis: ꝛ sic erũt.19. Unde in mẽse ianuario debemus dicere statim post idus.19. cal. februarij: in sequenti die.18. cal. ꝛ sic per ordinẽ vsqꝫ ad finẽ mensis semp minuẽdo. ¶ Et nota tñ, q dr pridie idus, ꝛ pridie nonas, ꝛ pridie cal. ꝛ non scdo: qa scdo dr a sequor: sed illa dies non seqtur, sed precedit. Et exponitur hec prepositio pre.i. ante, vel prius: vñ predie quasi priori die: siue pre.i.ante diẽ: ꝛ cuꝫ dicitur.4.nonas intelligit.4.die ante nonas, ꝛ sic de alijs. Quod autem dies denoiẽt a nonis: quot ab idibus: ꝛ quot ab calendis omnium mensiũ his versibꝰ cõtinẽtur.

Sex nonas maius, october, iulius, ꝛ mars.
Quattuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.
Janus ꝛ augustus denas nonasqꝫ december.

Julius,

Julius, october, mars, maius epta decemq;.
Junius, aprilis, september et ipse nouember.
Ter senas retinent, februsq; bis octo calendas.

Hoc est dicere quod maius, october, iulius et martius habēt dies sex pro nonis: sed reliqui menses habent tantum quatuor: et quilibet mensis habet octo dies pro idibus. Item quod ianuarius, augustus, december habent. 19. dies pro calendis. Julius vero, martius, october et maius habent decemseptem. Junius aūt aprilis september et nouember habent. 18. Februarius habet. 16. et si fuerit bissextus supadditur ei vnus. ¶ De diebus egyptiacis. Cap. 3.

Illud autē notādū, quod i quolibet mēse sunt duo dies egyptiaci. i. ab egyptijs deprehēsi. In egypto enim erant quidā astrologi: qui quasdā cōstellationes nociuas humanis actibus in illis diebus inuenerūt: ideoq; illas notas esse hoib⁹ voluerū t: tū illarꝫ cōstellationū pūcta scire pp errorem nři cōputi nō valemus, vel forte inuenerūt illos dies bene cōstellatos: et ideo eos in calēdario notauerunt: vt in illis diebus potius, q̄ꝫ in alijs actibus insistatur: quorum errorem ne ecclesia sequi videatur, a talibus cauetur. Uel dicuntur egyptiaci ꝫm quosdam: quia dominus in illis diebus percussit egyptios nouez plagis. Quotus aūt sit dies egyptiacus a principio: vel a fine mensis: his versibus cōtinetur.

Augurior decies audito lumine clangor.
Liquit olens abies coluit colus excute gallum.

In his versibus sunt. 12. dictiones. 12. mensibus seruientes: prima primo: secunda secundo: et sic per ordinem sumpto initio a ianuario: ita q̄ quota die erit prima litera prime syllabe alicuius istaruꝫ dictionuꝫ in alphabeto: totus erit dies egyptiacus in illo mense: cui seruit illa dictio computando a mensis principio versus fineꝫ. Item quota erit prima litera secunde syllabe in alphabeto, totus erit dies egyptiacus in illo mēse, cui seruit illa dictio: computādo a fine versus principium. verbi gratia. Augurior est prima dictio: et seruit primo mensi. s. ianuario: au est prima syllaba, et a est prima litera ipsius syllabe: et est prima in alphabeto: ergo dies prima ianuarij est egyptiaca. Itē gu est scđa syllaba: et g est prima litera ipsius syllabe: et g est septima in alphabeto: ergo septimus dies ianuarij numerando a fine versus principiū est egyptiacus: et sic in alijs hoc obseruato, q̄ h in hoc loco ꝑ litera nō ponatur. Quilibet autē premissorū dierum propter vnicā horā sui denominatur egyptiacus. ¶ De diebus vero felicibus vel infelicibus, quos qui-

dam astrologi notauerunt, in presenti opusculo non agitur: quia ecclesia prohibet fidez talibus adhiberi. 26.q.vlti.non obseruetis. et c.qui estimaret: et sequenti. ¶ De diebus canicularibus. Ca. 4.

IN quibusdã quoqz mẽsibus sunt qdã dies, q caniculares dicunt a cane, vel canicula stella sita ĩ frõte leonis: et ante genua tauri: que estiuis mẽsib⁹ est in medio cẽtro celi: et dũ sol ad eã ascẽderit cõiũcta cũ sole vel ei pxima duplicat calor ipsius: ex quo dissoluunt corpora et vaporant. Vñ vocat canis: qa corpora morbis afficit, et sunt septuagintaduo dies: in qbus ppter tpis crudelitatẽ et caloris solis intemperie: malũ est minui sanguinez. et potionari. Quando aũt illi dies incipiant, et finiãtur, his versibus cõtinetur.

Incipiunt iulij pridie idus caniculares.
Et pridie nonas septẽbris fine resultant: secũdũ aliquos vero incipiũt. 14. calẽ. Augusti. ¶ De septimana et noibus dierũ ei⁹. ca. 5.

SEquitur de septimana. Nempe continet septimana septem dies naturales, quorum repetitione et menses et anni et secula peraguntur: et hec apud grecos hebdomada, sed apud hebreos sabbatum appellatur. Et dicitur septimana a septem et mane quasi septem et mane pars pro toto. s. mane pro tota die. Vel a septem et manet, quia manet per septez dies. Vel dicitur septimana, quasi septem luces: nam mane lux est secundum Isidoruz. Idem etiã spatium vocatur hebdõa: ab hepta grece, quod est septem, et deos q est dies: vel modus: quod est mensura: et secundum hoc hebdõa est cõmunius nomẽ q̃z septimana. Unde Daniel Post septuaginta hebdomadas etc. et sumuntur ibi hebdomade annorũ, id est septuagies septem anni. Septimane aũt nequeunt habere certa nomina: quia neqz habent certa initia. Singulis nanqz annis variantur propter vnum vel propter duos dies: qui quandoque sunt super integras septimanas. Omnes autem dies septimanarum inscribuntur septem primis literis alphabeti. ¶ Item dies secũduz gentiles denominãtur a planetis. ¶ Primus a sole, qui princeps est omnium sydertum: sic et idem dies caput est ceterorum dieruz. ¶ Secundus a luna: que est splendore et magnitudine soli proxima: et ex eo mutuat lumen. ¶ Tertius a stella martis: que vesper vocatur. ¶ Quartus a stella mercurij: quam quidam candidum circulum dicunt. ¶ Quintus a stella iouis, quã phaetontez aiunt. ¶ Sextus a stella veneris: quam luciferum asserunt, quia inter cuncta sydera plus lucis affert. ¶ Septimus a stella saturni: que sexto celo locatam triginta annis fertur explere cursum suum.

¶ Sed

¶ Sed queritur quare dies non ita ordinantur in septimana, sicut planete in celo, quoniam in celo ordinantur secundum hunc versum.
Sol. vene. mer. luna saturnus iuppiter et mars: vel sic.
Saturnus ioue mars sol cum vene. mer. luna.
Solutio: dicimus quod dies in septimana non ordinantur secundum ordinem planetarum, sed secundum regimen eorum in singulis diebus. Unde quia viderunt philosophi, quod sol regnabat prima hora diei dominice: ideo illam diem denominauerunt a sole. Item quia viderunt: quia luna regnabat prima hora secunde ferie, ideo diem illum denominauerunt a luna: et sic de ceteris sicut patet ex distinctione horarum diei facta inter planetas per ordinem successiue. Rursus a dictis planetis philosophi nomina sumpserunt, eo quod a singulis aliquid in homine esse voluerunt, vt a saturno candiditatem: a ioue temperantiam: a marte feruorem: a sole spiritum: a venere voluptatem: a mercurio eloquentiam: a luna cor. Et quia ordo planetarum vltra numerum septenarium non procedit, sed ad primum reuertitur, ideo tantum septem dies in septimana sunt a sapientibus constituti.

¶ Qua die septimane quilibet mensis intret. Cap. 6.

Nunc videndum est qua die septimane quilibet mensis intret: de hoc duplex ratio habetur. Prima per hos versus.
Alta domat dominus gratis beat equa gerentes.
Contemnit fictos augebit dona fideli.
In istis versibus sunt duodecim dictiones duodecim mensibus seruientes: prima primo, secunda secundo: et sic per ordinem sumpto initio a ianuario: ita quod quecunque fuerit initialis litera alicuius istarum dictionum, eadem erit litera calendarum mensis, cui seruit illa dictio: verbi gratia: alta est prima dictio et seruit primo mensi, id est ianuario: et a est prima litera illius dictionis alta: ergo a est prima litera ianuarij. Item domat est secunda dictio, que seruit secundo mensi: scilicet februario: et d est prima litera istius dictionis: ergo d est prima litera februarij: et sic de alijs. Item dicit sequens versus per syllabas: quod precedentes per dictiones.
Adam degebat ergo cifos adrifex.
¶ Habita autem litera calendarum facile possumus scire qua feria quilibet mensis intret. Per literam enim dominicalem illius anni procede computando dies per literas subsequentes vsque ad literam, que est in calen. mensis: cuius diei introitum scire optas: et in qua feria occurret, tali feria intrabit ille mensis.

¶ Secunda ratio p quã scire potes qua feria quilibet mensis intret: est p regulares & concurrentes. ¶ Nota ergo q in anno solari sunt quinquagintadue septimane & vnus dies, vel duo, si sit bissextus: propter quã diez variantur singulis annis principia mensium. ¶ Si enim hoc anno incipiat ianuarius a die dominico: toto illo anno a que est prima litera ianuarij erit dominicalis. Cum ergo ventum fuerit ad finem anni, illud a finale calendarij, quod inscribitur illi diei, que est vltra integras septimanas: representabit diem dominicam: ergo sequens a quod iterum est initiale ianuarij, representabit secũdã feriam: & sic toto illo anno erit illa variatio: eodem modo singulis annis variantur initia mensiũ per diuersas ferias. Et si sit bissextus duplex erit variatio: prima in calen. ianuarij, secunda in festo sancti Mathie: Ut ergo computiste scire possent qua feria quolibet anno quilibet mensis inciperet; inuenerunt duos numeros, vnum inuariabilem, qui vocatur regularis, solaris, ferialis: alium variabilez, qui vocatur cõcurrens: de quibus breuiter est dicendum.

¶ De regularibus solis. Cap. 7.

Videndum est autẽ primo quid sit regularis: vnde dicatur: & vnde habeat ortuz: & quot regulares quisqz mensis habeat. Regularis solis est numerus inuariabilis datus mẽsi: qui adiunct9 concurrenti declarat, qua feria septimane quilibet mensis intret cuius fuerit regularis. Dicitur autem regularis a regula: q inuariabilis est sicut regula. 3. dist. c. non. Solaris dicitur ad differentiã lunaris: de quo infra dicetur. Habet ortũ regulares a martio: naz in mense martij sunt. 5. regulares seu. 5. pro regulari. Marti9 enim nõ habuit initiũ in primo anno mundi seu seculi: immo dicit mũdus factus fuisse in illo mense in die quo dicitur. 15. calen. aprilis: vel vt alij dicunt. 8. cal. Si. n. cõputes ordine retrogrado dies septimane vsqz ad cal. martij: inuenies q quinta feria mũdus icepit: si tamẽ ante martium fuit: & hec est causa quare martius quinariũ numerũ habuit p regulari. Regulares vero aliorũ mensiũ sic formantur. Iungas regulares mensis cum diebus eiusdez: & ab illa summa subtrahe. 7. quoties poteris: & regularẽ sequẽtis mẽsis qd remanserit indicabit. verbi gratia. Martius habet quinqz regulares: & dies eius sunt. 31. redige in summam: & sunt. 36. subtrahe. 7. quoties poteris: & remanet vna dies: que datur mensi sequenti pro regulari. Item aprilis habet. 30. dies & vnum regularem, qui constituunt. 31. subtrahe. 7. quoties poteris: & remanebunt tres: q dantur maio pro regularibus; & ita de alijs vsque ad martium.

Possumus

Possumus etiam scire mensium regulares per hos versus.

Est astris clara fulgentibus ara deorum.

Grata bonis extat gratissima cuiqz fideli.

In istis versibus sunt.12.dictiones.12.mensibus servientes:prima primo:secunda secundo:et sic per ordinem sumpto initio a martio: ita quod quota fuerit prima litera alicuius istarum dictionum in alphabeto, tot regulares habet ille mensis, cui servit illa dictio. vir.g. Est:est prima dictio:et servit primo mensi.s.martio: et e est prima litera istius dictionis,est:est quinta in alphabeto:ergo martius habet quinqz regulares. Item astris est secunda dictio:et servit secũdo mensi, scilicet aprili:et est tertia litera istius dictionis:q̃ est etiam prima in alphabeto:ergo aprilis habet vnum regularez: et sic de alijs.¶ De concurrentibus et cyclo solari. Cap. 8.

Preterea sciendum est b rotundum in dispositione literarum non debet proprie lineam aut spatium occupare: nec locum naturaliter habere: quia non est de computo septem literarum musicalium: si enim esset aliqua de septem per duplarem consonantium alicui grauium vel superacutarum responderet. Grauibus quippe per duplarem respondere non potest consonantiam: quia minus esset semitonium. Superacutis vero per diapason nequaquam consonat: quia semitonium superabundat. Uocatur enim apud grecos b rotundum siue menon: hoc est accidens vel accidentale: quod enim est accidentale non est proprium: & quod non est proprium non est naturale. Inuentum est autem b rotundum ad temperandum tritonum: qui super, scilicet naturaliter inuenitur: vbi enim cantus

asperior sonat b rotundum loco b quadri: ad temperandam tritoni duritiam furtim interponitur. Sed vbi cantus ad suam naturam recurrerit, statim debet auferri. Igitur quia b rotundum est accidens vel accidentale: ⁊ accidens potest adesse vel abesse sine corruptione subiecti: vbi necessarium fuerit apponitur. ¶ Nec id te lateat q̄ predictis septem literis voce ⁊ forma differentibus associate sunt notule seu voces sex: scilicet vt, re, mi, fa, sol, la, que ex duabus primis proprietatibus: scilicet b quadri, ⁊ nature quinquies repetite ponuntur: ⁊ ex tertia, scilicet b rotundi proprietate bis interponi noscuntur. ¶ Sunt ergo note omnes in manu numero quadragintadue numerate, videlicet a Gāma, ad E E vltimum viginti sedibus collocate. ¶ Et nota q̄ syllaba vt, semper est caput ⁊ principium aliarum sibi succedentium syllabarum, scilicet, re, mi, fa, sol, la. Harum enim omnium sex syllabarum aggregatio dicitur in cantu deductio: quia deducit modulantium voces ex grauitate in acumen: ⁊ ex acumine in grauitatem. ¶ Et quia illa nota siue syllaba, vt: septies in manu reperitur: ideo dicimus q̄ septem sunt deductiones manus seu palme, vnde prima deductio habet principium in G sub graui: ⁊ finem in F graui, ⁊ cantatur per b quadrum graue. ¶ Secunda habet principium in C graui: ⁊ finem in A acuto: ⁊ cantatur per naturam graue. ¶ Tertia habet principium in F graui, finem vero in D acuto, ⁊ cātatur per b molle graue. ¶ Quarta habet principium in G graui, in finem in F acuto: ⁊ cantatur per b quadrum acutum. ¶ Quinta habet principium in C acuto, finem vero in A A superacuto: ⁊ cantatur per naturam acutam. ¶ Sexta habet principium in F acuto: ⁊ finem in D D superacuto: ⁊ cantatur per b molle acutum. ¶ Septima habet principium in G superacuto, finem vero in E E superacuto: ⁊ cantatur per b b. quadrum superacutum.

¶ Breuis ⁊ vtilis regula pro fiendis mutationibus.

Mutatio est alicuius vocis vel note vnius proprietatis in alteram eiusdem soni, atq̄ȝ loci varietate acceptio. Fit nanque mutatio vel fieri potest in quolibet loco, vbi due vel tres voces: siue note nomine sunt diuise: que quidem sub vna sola litera includuntur. Itaque ad mutationem faciendam requiritur q̄ ibi sint due voces vnisonum facientes: ⁊ q̄ proprietates per quas fit mutatio iungantur ad inuicem in vna voce: vnde vbi sola vox est: non potest fieri mutatio: etiam si sint due voces, ⁊ non sint equales in sono: non fit mutatio: vt sunt iste due voces de b.b. mi.

que

que differunt sono per semitonium maius: quod est inter fa. ⁊ mi.

¶ Preterea notare debemus vocum variandarum finem: quarum si terminatio fiat in Ut: vel in Re: vel in mi: tunc ascendēdo facimus mutationem. Si vero vocum variandarum terminatio fit in Fa: vel in Sol: vel in La: tunc descendendo mutamus. Patent ista in subscriptis mutationum exemplis: vbi Ut, Re, Mi, adinuicem variamus: quia tunc semper ascendendo mutamus. Fa, Sol, La, semper descendendo variamus: vnde versus.

Ut Re Mi scandimus: si variare volemus.
Sed descendemus si Fa Sol La variamus.

¶ Item nota quod non debet fieri mutatio: nisi necessitate cogente. Unde duplex est necessitas. Prima est quando proprietas vna non sufficit ad ascensum vel descensum cantus: ⁊ tunc oportet mutationem fieri proprietatis ipsius in aliam cantui magis deseruientem. Et quandiu per vnam proprietatem potest cantari: non debet fieri alterius proprietatis mutatio: sed vitari. Secunda necessitas est: quod licet vna proprietas per ascēsum vel descensum cantui deseruiret: tamē de necessitate mutat in aliam ad cantum magis harmoniacum faciendum: vt sepe fit de b molle i b duro ⁊ ecōuer so: ⁊ tūc totaliter nō debet vitari mutatio.

¶ Primus mutationis locus b quadri ⁊ nature.



C graue ⁊ primum.

¶ Secundus mutationis locus b quadri ⁊ nature.



D graue ⁊ primum.

¶ Tertius mutationis locus b quadri ⁊ nature.



E graue ⁊ primum.

¶ Quartus mutationis locus nature ⁊ b mollis.



F graue ⁊ primum.

Quintus mutationis locus.

Locus nature ⁊ b mollis. Locus nature ⁊ b quadri.



G acutum ⁊ secundum. G acutum ⁊ secundum.

Quintus mutationis locus. Sextus mutationis locus.

Locus b mollis ⁊ b quadri. Locus nature ⁊ b mollis.

G acutum ⁊ secundum. G acutum ⁊ secundum.

Sextus mutationis locus.

Locus nature ⁊ b quadri. Locus b mollis ⁊ b quadri.



A acutum ⁊ secundum. A acutum ⁊ secundum.

Sequitur de septimo mutationis loco.

Septimus mutationis locus.

Locus b mollis ⁊ b quadri. Locus b mollis ⁊ nature acute.



C acutum ⁊ secundum. C acutum ⁊ secundum.

Septimus mutationis locus b quadri ⁊ nature acute.

C acutum



C acutum ⁊ secundum.

¶ Octauus mutationis locus b mollis ⁊ b quadri.



D acutum ⁊ secundum.

¶ Octauus mutationis locus.

Locus b mollis ⁊ nature acute. Locus b quadri ⁊ nature acute.



D acutum ⁊ secundum. D acutum ⁊ secundum.

¶ Nonus mutationis locus b quadri ⁊ nature acute.



E acutum ⁊ secundum.

¶ Decimus mutationis locus nature ⁊ b mollis.



F acutum ⁊ secundum.

¶ Undecimus mutationis locus

Locus nature acute ⁊ b mollis acuti. Locus nature acute ⁊ b quadri superacuti.



G superacutum ⁊ tertium. G superacutum ⁊ tertium.

¶ Undecimus mutationis locus.



G superacutum ⁊ tertium.

¶ Duoedcimus mutationis locus.

Locus nature acute ⁊ b mollis. Locus nature ⁊ b quadri superacuti.



A A superacutum ⁊ tertium. A A superacutum ⁊ tertium.

¶ Duodecim⁹ mutationis locus b mollis ⁊ b quadri superacuti.



A A superacutum ⁊ tertium

¶ Tertiusdecimus mutationis locus.



C C superacutum ⁊ tertium.

¶ Quartusdecimus mutationis locus



D D superacutum ⁊ tertium.

¶ Notato ordine literarum per lineas ⁊ spatia positarum ac vocum deductionibus. Ad dispositionem coniunctionum ⁊ consonantiarum veniamus.

¶ De coniunctionibus vocum que sint.

Coniunctio in musica est dispositio siue ordinatio sonorum, siue vocum adinuicez in syllabis ⁊ dictionibus.

¶ Tonus

¶ Tonus igitur semitonium: ditonus & semiditonus coniunctiones vocantur: que consonantiarum membra proprie nuncupantur. Unde Isidorus: Tonij semitoni, ditoni, semiditoni, sunt particule consonantiarum, per quas voces vocibus & cantibus cantus iunguntur. ¶ Tonus a tono non differt in aliquo, nec semitonium a semitonio: similiter autem ditonus a ditono non vllo modo discrepat: nec semiditonus a semiditono. Licet enim tonus, semitonium: ditonus, semiditonus pluribus in manu reperiantur, idē tñ semper sunt quod superius esse diffiniūtur. ¶ Quisquis igitur bene naturaliter & perfecte cātare desideras: habeas coniunctiones per manus articulos determinatas. Insuper si menti memoriter insertas cum adiunctis consonantiis tenueris: peritus cantor si adsit possibilitas vocis facile esse poteris: quoniam qd ore decantas tentabis auditu: & corde intelligere preualebis. Sed iam primo videamus quid sit tonus. ¶ De tono.

Tonus, qui oīum prima & integra dicitur esse coniunctio: est duorū sonorum inequalium per spatium integruz imediate iunctorū acceptio. ¶ Dī aūt tonus a tonādo: id ē pfecte & integre pronūciando: quia vtrūqz sonū plene & integre pronūciare debemus. Et est tonus inter G. & A. & ecōuerso: & ab A. & G. & ecōuerso, iter C. & D. & ecōuerso, & a D. ad E. & ecōuerso: & ab F. & G. & econuerso in grauib⁹ acutis & supacutis, vt hic pz exēplo.

Tonus. Tonus. Tonus. Tonus. Tonus.



¶ De semitonio.

Semitoniuz minus est duorū sonorū inequaliuz p spatiū imperfectū & non integrū imediate iunctoruz acceptio. Et dī semitonium a semi, qd est imperfectū: vel incōpletum vel nō integrū: & tonus quasi imperfectus & nō integer tonus. Et ideo sicut tonus pfecte, cōplete & integre pronunciatur, ita semitoniuz, qd duarū partiuz toni minor pars est impfecte incōplete & nō integre pronūciari debet: quod manifeste intelligentiuz prolatione & in monachordo patet. Et est semitoniuz inter B. & C. & econuerso. E. & F. & econuerso. Ad. & b rotundū, & econuerso in grauibus acutis & superacutis, vt hic patet exemplo.

Semitonium. Semitonium. Semitonium. Semitonium.



Itonus est duoꝝ sonorũ seu vocũ ꝑ duo spatia, plena integra atq; ꝑfecta iunctorũ acceptio. Habet ergo ditonus duos tonos: voces tres ⁊ interualla duo: ⁊ q̄ ex tonis cõpositio debet esse perfecta, plena ⁊ integra ei⁹ pronũciatio. Dicit̃ autẽ ditonus a dia, q̄ est duo, ⁊ tonus, quia ex duobus iungitur tonis, vt hic patet exemplo.

Ditonus. Ditonus. Ditonus.





Emiditonus ẽ triũ vocũ seu sonorũ ꝑ spatiũ vnũ, plenũ, integrũ atq; ꝑfectũ: ⁊ aliud nõ integrũ atq; impꝑfectũ iunctorũ acceptio. Et dicit̃ semiditonus a semi, q̄ est nõ plenũ ⁊ nõ ꝑfectũ: ⁊ diton⁹ quasi impfect⁹ tonus cũ ꝑfecto ⁊ cõpleto tono. Perfectã q̄ppe habere nõ potest semiditonus ꝓnũciationẽ sicut ditonus: q̄a ex maioris semitonij deꝑditione ad ꝑfecta spatia nõ attingit: idcirco toni perfectam ⁊ semitonij imperfectam habent prolationez, vt hic sequitur.

Semiditonus. Semiditonus. Semiditonus.



¶ De diatessaron. ¶ Prima consonantia.



Iatessarõ cõsonãtia fit ex quatuor sonis constituẽtibus duos tonos ⁊ vnũ semitonium minus. ¶ Dicta est.n.a dia q̄ est de: ⁊ tessaron quatuor, quasi ex quatuor vocib⁹ facta. Igit̃ quoniã diatessarõ cõsonãtia quatuor retinet voces: tres tantuz necesse est habeat differentes species. Omnis nãq; cõsonãtia vnã semp minus habet speciẽ: q̄z fuerint ei⁹ voces. ¶ Prima nãq; eius species format̃ ex toto semitonio: ⁊ tono i ele natione. Incipit̃.n.in. A.re. prima chorda grecorum: ⁊ ꝓcedit ad

quartam

quartā literā.f.D.his syllabis. Re.mi.fa sol.& vbicūqz reperiunt similes voces:semper fit prima diatessaron spēs. ¶ Secūda spēs diatessarō eleuatur semitonio & duobus tonis incipiendo in. E. mi.hisqz quatuor syllabis procedit. Mi.fa.sol. la.& vbicūqz simi/lis vocū commistio reperitur, semp fit secunda spēs diatessaron. ¶ Tertia vero species diatessaron eleuatur duobus tonis & semitonio in formatione:incipiturqz in. C.fa.vt & procedit per has voces. Ut. re.mi. fa. ac vbicunqz reperitur similis vocum aggrega/tio:semper fit tertia diatessaron species: vt hic patet inferius.

¶ Prima species diatessaron. ¶ Secunda species diatessaron. ¶ Tertia species diatessaron.



¶ Diapente ¶ Secunda consonantia.

Diapēte est cōsonantia quinqz sonos, tres tonos, vnūqz semitonium minus continentibus facta. ¶ Dicta est eni a dia quod est de: & pēte quinqz quasi cōsonātia ex quinque vocibus mista. ¶ Fit equidem diapente ex diatessa/ron & tono superaddito: que cum quinque tantum habeat voces: quatuor necesse est retineat species. ¶ Prima nāqz diapentes species formatur ex prima specie diatessaron ex tono in acuto re/pēte superaddito procedēs his syllabis.re.mi.fa.sol.la.intēsiue,& vbicūqz fuerit similiū coniūctio vocū: semper fit prima spēs diapētes. ¶ Secūda spēs diapētes formatꝰ ex scda spē diatessarō, vt su/pra,procedit nāqz p has syllabas.mi.fa.sol.re.mi. ¶ Tertia dia/pēte spēs formatur ex tritono & semitonio:hisqz procedit syllabis fa.vt.re.mi.fa.& vbicūqz fuerit similiū ꝯnexio vocū:semp fit tertia spēs diapētes. ¶ Quarta vero spēs diapētes formatꝰ ex tertia spē diatessarō: & tono in acutiori parte superaddito procedēs his syl/labis.vt.re.mi.fa.sol.& vbicunqz fuerit similium sonorū cōmistio. fit semper quarta species diapentes: vt hoc monstratur exemplo.

¶ Prima species diapente. ¶ Secunda species diapente.





¶ De consonantia diapason

Diapason cõsonantia fit ex octo sonis cõstituentibus quīque tonos ⁊ duo semitonia minora. Di enī a dia qd̄ est de: ⁊ pason oē, quasi consonantia consistens ex oībus sonis. Oēs quidē soni sunt septē in tota musice disciplina, quibus cū primo replicato hec perfecta diapason simphonia pficitur. ¶ Septē sunt differētes diapason spēs, quarū prima fit ab. A. graui ad. A. acutuz. Scda a. B. graui ad. B. acutū. Tertia a. C. graui ad. C. acutū. Quarta a. D. graui ad. D. acutū. Quinta ab. E. graui ad. E. acutū. Sexta ab. F. graui ad. F. acutū. Sep. a. G. graui ad G. acutum,

¶ De tropi seu toni descriptione.

Tropus tonus siue modus ē ꝙ pluriuz vocū ex diapente ac diatessarō ordinatione spēi debite coniunctarū in acumine ⁊ grauitate distantiū ꝑ ascēsum ⁊ descēsuz cōgrua neumarū forma cōstitutarū cōueniēs constitutio. ¶ Et ideo greci (a quibus hec musica primitus ē exorta) quatuor tropos s. protū, deuterū: tritū, ⁊ tettartū, sub quatuor vocū cognitiōe. s. re. mi. fa. sol. ac. d. e. f. g. primarū literarū finaliū terminatione statuere notandos, vt ex hmōi finalium literarū atqz vocū effectus notitia in ipsorū tropoꝝ pfectionis ⁊ nature notitiaz veniremus. Protus nāqz tropus, qui primus ē in voce: re. ⁊. d. prima sibi coniūcta litera cū suo subiugali finitur. Deuterus, qui scds ē tropus in. mi. voce: ⁊. e. prima litera cū suo subiugali finalē sedez acquirit. Tritus vero, qui tertius tropus est eiusqz subiugalis in voce. fa. atqz. f. prima ē terminatus. Sed tettartus tropus quartus in voce. sol. G. que prima cū suo subiugali est conflatus. Hē quidē voces ⁊ litere graues sunt: ⁊ in eis troporū termini statuūtur: vt auctenticorū perfectionibus atqz plagaliuz eorūqz formationibus satisfiat. Sunt ergo octo tropi siue toni numero differētes: quorū quilibz suam formam ordinem atqz modum habent, vt patebit exemplo

¶ Quō predicti tropi modi, seu toni ex supra notatis spēbus. s. diatessarō, diapente, ac diapason constituant ac formentur.

Protus tropus siue tonus, qui in ordine primus est, suam formam ⁊ esse a diapente ⁊ diatessaron recipit: quoniam

ex ipsorũ primis spẽbus formatur.s.re.la.prima diapẽte spẽ: ⁊ ex. re.sol.prima diatessaron ipsi prime diapente supaddita spẽi. Producũt.n.diapason he cõiuncte spẽs, quẽ sunt.re.la.⁊.re.sol. in. D primo termino inferiori fundate: ⁊ in. D.secũdo termino superiori terminãt. Forma igitur huius prhimi tropi seu toni auctẽtici constat ex prima diapẽte specie.re.la.⁊ ex prima diatessaron superius adiũcta.re.sol.cuius forme demonstratio inferius patebit. ¶ Forma subiugalis prothi tropi siue toni est in. D.primo cũ suo.re.prima diapente species inchoata.s.re.la.⁊ ab eisdem prima diatessaron deorsum tendens species ordinata.s.sol.re.qui forma a sui auctentici specierum auctẽtice non deficit: quãquam in diatessaron positione ab auctentici forma distet: vtriusqz tamẽ finis idem est. ¶ Forma igitur plagalis huius est ex diapente specie prima.re la. ⁊ est diatessaron etiam prima diapente ipsi cõiuncta inferius. sol. re.vt inferius patet exemplo.

¶ Demonstratio prothi perfecti. ¶ Demonstratio plagalis prothi perfecti.

¶ Diapason ex diapente ⁊ diatessaron connexa superius. ¶ Diapason ex diapẽte ⁊ diatessaron connexa inferius.

Euterus tropus seu tonus q auctẽticorũ scd̃s, sed in troporũ ordine tertius est, ex diapẽte ac diatessaron recipit formã suã ⁊ esse. Ex scd̃a. n.diapẽte spẽ in E. primo ⁊ voce sua.mi.inchoãte: ⁊ in scd̃o B.⁊ sua voce.mi. terminãte: ac ẽt ex scd̃a diatessaron spẽ in eodẽ B.cũ voce sua.mi.initiũ habẽte: ⁊ ad E.scd̃m ⁊ suã vocẽ.la.terminãte formatur. ¶ Pñtis igit̃ tropi seu toni formatio ex.mi.mi.specie diapẽte scd̃a: ⁊ ex.mi. la.ẽt diatessaron scd̃a ipsi diapẽte supaddita speciei cõficit: ex qb⁹ hic tropus reddit̃ oĩno pfectus, vt inferius patebit. ¶ Forma subiugalis deuteri ab ipsius deuteri forma nisi in diatessaron positione nõ distat: qm̃ ex diapẽte ⁊ diatessaron spẽbus recipit suã formã ⁊ vtriusqz finis idẽ est. Igitur hec forma in E. primo suaque voce. mi.fundata ex secunda vt diximus specie componitur diapente ad B.secundum: eiusque.mi.voce superius ascẽdente ⁊ ab eodem E.atque voce cum coniuncta diapente ex secunda diatessaron specie descendente: quẽ forma est ex.mi. diapente secunda: ⁊ ex.la.mi.diatessaron inferius secunda specie: vt patet.

¶ Demonstratio deuteri perfecti.



¶ Diapason ex diapente: ꝛ diatessaron coniuncta superius.

b ¶ Demonstratio plagalis deuteri perfecti.



¶ Diapason ex diapente: ꝛ diatessaron coniuncta inferius.

TRitus tropus siue tonus, qui auctenticorum tertius: sed in troporũ ordine quintus est, ex diapente ꝛ diatessaron conso/nantijs suaz formã acquirit ꝛ esse: nã forma hec in tertia diapente tertiaqz diatessarõ specie iunctis cõficitur: ex eius nãqz fine atqz fundamento quod. F. primũ dicitur tertia diapentes species exorta. s. fa. fa. in secũda. C. terminata cũ cõiuncta sibi specie tertia diatessaron. f. vt fa. i. ad secundũ. F. progressa finitur: que ipsaz diapason consonantiã ꝑfecte cõstituũt. Recta igitur forma triti ex fa. fa. tertia diapẽte: ꝛ vt. fa. tertia diatessarõ est cõiũcta: vt patet inferius.

¶ Forma subiugalis triti ex sui triti auctẽtici speciebus: qm̃ ipsius nature est, acquirit esse, ꝛ eius materie cuz ipso dicitur esse forma.

¶ Verũ, qa (vt de ceteris dictũ est plagalibus) diatessaron conso/nantia pro hmõi forma infra diapente coniungitur: que pro au/ctentici forma supra diapente conuertitur: nõ videtur distare a ce/teris: ꝛ vtriusqz idem est fundamentum ꝛ finis. ¶ Huius igitur forma plagalis ꝛ superius specie diapentes tertia fit a fine fa. fa. ꝛ sub ipso coniuncta tertia diatessaron. fa. vt. vt patet hic inferius.

¶ Demonstratio Triti perfecti.

¶ Diapason ex diapente ꝛ diatessaron coniuncta superius.

¶ Demonstratio plagalis Triti perfecti.



¶ Diapason ex diapente ꝛ diatessaron coniuncta inferius.

Etarius tropus siue tonus auctenticoruz vltimus: qui in ordine tonorum sepius ex diapente ac diatessaron tanquam ex causis efficientibus suam formam et esse accipit et acquirit. Omnes nanqz tropos he consonantie suis speciebus efficiunt: vt clare constat ex supradictis. ¶ Hanc etenim tetarti formaz quarta species diapentes produxit: que in. G. primo fundata ad D. secundũ cum. vt. sol. terminanda producitur. Et ab eodem. D. cum prima diatessaron. re. sol. ad. G. secũdum vlterius procedendo finitur. Et ideo in eo. C. primo. vt. sol. quarta diapente fundata cum. re. sol. diatessaron prima coniuncta huius tetarti tropi dicitur esse forma et perfectio: vt inferius constat exẽplo. ¶ Forma plagalis tetarti, qui in ordine oĩum vltim⁹ et octauus est a forma ipsius auctentici tetarti sumitur, qui quarta diapente et a prima diatessaron speciebus formatur. Sola quippe diatessaron speciei positio inter eos differentiam facit, que in auctentico supra diapente componitur, sed in hoc plagali supponitur vt in ceteris plagalibus lex ipsa seruatur. G. quoque primum vtriusque fundamentum et finis est. Istius igitur plagalis forma ex diapentes specie quarta supra: et ex diatessaron prima componitur infra. s. vt. sol. et. sol. re. vt inferius patet exemplo.

¶ Demonstratio Tettarti perfecti.



¶ Diapason ex diapente cui adiungitur superius diatessaron.

¶ Demonstratio plagalis Tettarti perfecti.



¶ Diapason ex diapente cui infra adiungitur diatessaron.

Potest igitur perfectus tonus seu tropus tali declaratione describi: Tropus seu tonus perfectus auctenticus siue plagalis est, qui ex ordinatis ex diapentes ac diatessaron speciebus in acumine et grauitate coniunctis debita neumarum posita dispõatione rite diapason retinet perfectam formam. Illa igitur ascensu contrario erit imperfectio tropi, qui diapason perfectam formam non retinebit. ¶ Per-

fectam diapason formã nõ retinere, est a totali eius ascensu desiere: & ideo ille tropus nũcupabitur imperfectus, si auctenticus est, qui a fine suo in dicto diapason ascensu deficiet, vt si ad quintã sextam vel septimam tantum attingit a fine: & tanto magis est imperfectus, quanto magis a perfecta diapason distat. Plagalis autem iudicabitur imperfectus si a fine supra a diapente deficiat, vel infra si diatessaron non descendat & in ea est imperfectus parte in qua deficiens inuenitur, & si in vtraqz deficiat, in vtraqz continet imperfectionem, & dicitur in vtraqz imperfectus, vt pz exemplo.

¶ Demonstratio proti imperfecti.



¶ Diapason ex tono deficiens superiori toni continet imperfecti onem.

¶ Demonstratio plagalis proti imperfecti.

¶ Diapason in vtroqz termino tono deficiens, plagalem imperfectum reddi.

¶ Demonstratio deuteri imperfecti.



¶ Diapason q in tono superius deficit tropũ imperfectũ reddit.

¶ Demonstratio plagalis deuteri imperfecti.

¶ Diapason a. D. primo ad secundum est in tono inferius deficiens.

¶ Demonstratio Triti imperfecti.



¶ Diapason in inferiori tono deficiẽs, tropi cõtinet imꝑfectionẽ.

¶ Demonstratio

¶ Demonstratio plagalis Triti imperfecti.



¶ Diapason supra & infra deficiens tonis: tropo tribuit imperfectionem

¶ Demonstratio Tetarti imperfecti.



¶ Diapason cui tonus superius ab est: ea in parte imperfectiorem facit tonum.

¶ Demonstratio plagalis Tetarti imperfecti.



¶ Diapason supra & infra duobus deficiens tonis, tropum facit a perfectione distare.

Hos autem, qui supra diapason aliquid videntur adde re, eo q perfectam seruant formā: & aliquid plus adiiciunt, plus quam perfectos in auctenticis meritos nominamus. Quos autem in plagalibus infra fines vbi eorum vltimus ex diapason perficitur terminus, tonū vel semitonium &c. contingit deponere etiam dicimus plus quaz pfectos. ¶ Supra igitur auctēticus dr plus q̄z pfectus, sed infra plagalis & nō supra, q2 in ea parte mistus appellat, vt nūc dicetur.

¶ Demonstratio auctentici plus q̄z perfecti.



¶ Diapason in superiori termino adiuncta cum tono.

¶ Demonstratio plagalis auctentici plus q̄z perfecti.

¶ Diapason in inferiori termino adiuncta cum tono.


Ui autem auctentici infra tonum semitonium vel ditonum &c. Deponunt eo q cũ suo plagali miscẽtur, appellãtur misti. Plagalib⁹ vero, quorũ ascẽsui vel diapente aliqd supponitur, eo q cũ suo autẽctico misturaz faciũt etiã mistorũ nomina tribuimus. Inferius igitur est mistus auctẽticus, cui⁹ nomẽ plagalis superius tenet, ad horũ differẽtiã mistorũ: quorũ species cũ aliorũ specieb⁹ cõmisceri videtur, nempe appellantur commisti. Potest eniz vniuscuiusqz tropi cum alterius cuiusqz specie vnaqueqz species commisceri: eorum demõstrationes vt clare videantur que dicta sunt hic infra ponemus, vt vtilius demonstratione singulorum notitia habeatur.

¶ Demonstratio auctentici misti.



¶ Diapason in termino inferiori adiuncta ditono.

¶ Demonstratio plagalis misti.



¶ Diapason in inferiori termino adiuncta semitono.

E commistis autẽ speciebus in tropis hoc notãdũ accepimus: q tropi sic adinuicẽ sunt cõmisti, q vix vnus reperiri cõtingat, q pprijs duntaxat speciebus sit formatus. ¶ Ac cognoscẽdũ cuius toni sint antiphone: que ascẽsũ seu descẽsũ sui tropi nõ cõplent, indicere debes fine antiphone & pricipiũ de seculorũ & de hoc dãt hi v̄sus.

Re.la. vult primus: re.fa. retinetqz secundus.
Per sextam mi.fa. terno: quarto dato mi.la.
Fa.fa. fert quintus: fa.la. prebet tibi sextus.
Ut.sol. septenus: vt.fa. captatqz supremus.

¶ De cantibus qui propter eorum ascensum non sunt auctentici & propter eorum descensum non sunt plagales.

¶ Notandum est, q inueniuntur multi cantus: qui propter suas breuitates & compositiones non possunt iudicari auctentici nec plagales, quia non habent ascensum vt auctentici: nec descensum vt plagales: vnde huiusmodi cantus sunt iudicandi per eorũ chordas

das tali modo: q si habent plures notulas in numero supra ipsam chordā, q̄ sub eadē chorda: tales cātus sūt auctētici. Si vero plures notule fuerit īferius, q̄ superius, erūt plagales. Aduertēdū tamen est: q note, que situate sunt in chorda, nō debent computari in numero cū illis, que sunt superius vel īferi⁹. ¶ Et nota qd chorda primi, et scdi toni est i manu i digito auriculari. F. fa. vt. graui et in linea. Chorda tertij et quarti toni est in. G. sol. re. vt. graui. et in spatio. Chorda quīti et sexti toni est in. A. la. mi. re. acuto et i linea. Chorda septimi et octaui toni est i. B. fa. b. mi. acuto et in spatio.

¶ Explicit compendium Musice. ¶ Sancta Brigida.

¶ Clericorū cātus nō sit remissus, nō fractus, non dissolutus: sed honestus, et grauis, et vniformis, et p oīa humilis. Psalmodia plus redoleat suauitatē mētis, humilitatēq3 et deuotionē: q̄ aliq̄ ostentationē. Nā nō vacat a culpa animus, quādo cātātē plus delectat nota, q̄ res que canit: oīnoq3 abominabile ē deo, quādo vocis eleuatio plus fit ,pter audiētes, q̄ propter deum. ¶ Hic modus cātandi reuelatus fuit a domino Jesu christo sancte Brigide vidue vt habetur in suo volumine et in libro extrauaganti cap. 4.

¶ Exorcismi contra demoniacos diuersorum sanctorum approbati et magne efficacie incipiunt.

Uia etiā ad officiū sacerdotū spectat et pertinet vexatis a demonib⁹ p sibi ab ecclesia traditā potestatē, quātū in se est, p diuinā gratiā man⁹ imponere, et demones tam christianos baptizatos, q̄ chatecuminos vexantes adiurare, exorcizare, et expellere de eorū corporibus: subsequēter ponuntur in calce huius operis exorcismi sanctorum, quos cū puritate conscientie et magna humilitate legere debent: nihil sibi, sed omnia dei virtuti et ecclesiastice potestati attribuendo.

¶ Instructio Exorciste volentis expellere demones a maleficiatis vel demoniacis. ¶ Rubrica.

Ota q exorcista ordinatus volēs expellere demones vel adiurare p potestatē sibi traditā, primo debet seipsū mūdare p humilē et legitimā cōfessionē suorum peccatorū. Potest autē exorcizare qlibet sacerdos et maxime parochialis, et qlibet diaconus si sibi fuerit cōmissum per epm vel presbyterum. Hoc etiā pōt quilibet purus exorcista de commissione vt supra. Melius est autē exorcizare in ecclesia, quā extra. Si sacerdos vel diaconus exorcizant: debent habere super albam vel superpelliceum stolam: si vero subdiaco

nus manipulũ: si accolitus vel exorcista suppelliceũ. i. cotã tantuz. Ubi vero exorcismus legitur semp habeatur reliqe sanctoꝝ: ⁊ teneãtur ante os demoniaci vel maleficiati. ¶ Exorcizaturus igit facta diligẽti cõfessione ⁊ habita absolutione indutus sacris vestibus ꝑ sui ordinis qualitate seipsuz corde humilians ⁊ peccatorez reputans: nec in sua, sed dñi potentia cõfidens, deuote, attente, cõstanter, fidẽter ⁊ intrepide faciẽs sibi signũ crucis in sua frõte ter, ⁊ dicens. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti ℞. Amen. Ponat manũ suam super caput demoniaci: ⁊ eã continue tenens humiliter dicat nõ solum verbotenus ⁊ superficialiter, sed cum bona fide sequentes exorcismos. Sed antequam deueniatur ad exorcismum, pro informatione exorcizantis notenda sunt quedaz preambula valde opportuna, que sunt sequentia, videlicet.

¶ Exorcismus contra demoniacos, ⁊ maleficiatos: ⁊ incantationes: ⁊ facturas: ⁊ domos a demonio vexatos.

¶ De modo, quem tenet diabolus ad intrandum in humana corpora. Capitulum primum.

Diabolus ingreditur in humana corpora propter desperationem: aut propter aliud peccatum: aut aliquando permittitur ad exercitationem. ¶ Primi duo modi sunt ad vindictam domini dei: secundum sanctuz Hieronymum super Iohelem: vt habetur. 23. q. 5. Non solum. ¶ Tertius modus est ad salutem anime: sicut legitur de aliquibus sanctis, qui fuerunt vexati a demonibus vsqz

ad

ad finem vite eorum. Antequam ergo diabolus humana corpora ingrediatur, quasi semper, primo apparet eis in effigie alicuius hominis: qui mala morte est defunctus, aut representat aliquem suum consanguineum: aut apparet illi in effigie alicuius animalis terribilis vel horribilis. Et sibi videtur quod subito dispareat, sed ingreditur subito in eum. Et hoc vt plurimum accidit in nocte, et in locis opacis et obscuris. Et in talibus oppressis apparent signa: que infra dicemus. Aliqui etiam intrant per os: aut aures: in modum venti: aut in modum vnius muri: sicut narrauerunt talia patientes. Aliquibus etiam dormientibus demones tale somnium induxerunt: quod videlicet eis videbatur quod demõ post eos currebat: qui euigilantes inuenti sunt cum talibus signis demoniacorum: videlicet quod diabolus erat in eis vt postmodum clare apparuit. Aliquando etiam ingrediuntur percutiendo collum aut alia membra ipsorum.

De maleficijs. Cap. 2.

In omnibus autẽ maleficijs est pactum aut manifestũ: aut secretum: quod habet diabolus cum malefico: vñ quod currit sigillũ maleficij: quod quasi semper est res vana. Facto maleficio subito diabolus aut p̃ntialiter aut potestatiue ingreditur in illã personã: supra quam factum est dictum maleficiũ. Et hoc est ob aliquod occultũ dei iudicium. Uerum si esset aliqua persona sancta et pura, sicut erat beata iustina, nihil possent demones contra ipsam. De his autem longius et diffusius tractatur in summa syluestrina: et in summa bastesana: et libro magistri Joannis nider: qui dicitur preceptorium diuine legis de decem preceptis. His adiungo quod illa ossa: et penne inserte vna in alia: et multa et quasi infinita talia: que in lectis inueniuntur a demone deportata: sicut clare fuit deprehensum, sunt extrahenda: et igni comburenda: dum dicitur psalmus. Exurgat deus. Nec sequenda est illa superstitio, quã vulgus ponit de mittendis talibus rebus inuentis ad fluuium currẽtẽ. Hoc anno fuit quedam iuuẽcula, cõtra quã quotidie fiebant maleficia: que ea que inuenit in lecto igni combussit. Cui sequenti nocte diabolus apparuit: et ei querelatus est de tot orationibus: quas faciebat: et quod combusserat ea que inuenerat. Quam iniuriam nemo ei alias fecerat. Cui iuuencula spũ scõ repleta viriliter r̃ndit: ab eo petens ad quid venisset. Qui r̃ndit: quod violẽter illuc missus fuerat.

De signis quibus cognoscit̃ aliqs esse demoniacus. Cap. 3.

Legitur, quod si quis non põt continuare ẽsum carnis hedine, per dies. 30. quod talis iudicatur demoniacus. Aliqui demoniaci

hñt oculos terribiles, ⁊ demones mēbra eorū ⁊ corpus destruunt miserabiliter, ⁊ interficiūt, nisi cito eis subueniat. Aliq fingunt se esse fatuos, ⁊ semper augētur, sed discooperiūtur, ⁊ cognoscūtur: si nolunt dicere psalmū. Miserere mei deus. fol. 56. vel Qui habitat. fol. 57. aut Euāgelium scti Joānis. In principio. fol. 107. ⁊ similia sctā. Est etiam magnū signū, qñ loquūtur sermonē alienum a patria sua, si non fuerunt extra patriam, ⁊ qñ persone illiterate ⁊ idiote loquuntur literaliter ⁊ cōgruenter, aut etiam cantant musicaliter, aut quando dicunt aliquid, qđ ipsi nunq̄ʒ dicere sciuissent. Aliqb⁹ etiam demoniaci sunt muti ⁊ stupidi. Aliud quoqʒ signū est q̄ eis superueniunt terrores subiti, ⁊ cito recedunt. Potissimū autē cognoscitur quis esse demoniacus, si qñ leguntur exorcismi, conturbatur, ⁊ hoc signum est pn̄tis diaboli, sicut infra dicemus.

¶ De signis, quibus cognoscitur quis esse maleficiatus. Cap. 4.

ALiqui maleficiati habent colorē faciei cedrinū, ⁊ aliqui oculos cōstrictos ⁊ oīa eorum mēbra vidētur ligata, ⁊ hñt humores desiccatos. Duo autē potissima signa sunt, cōstrictio cordis ⁊ oris stomachalis, ⁊ qñ videtur eis q̄ hñt vnū bollū sup stomachuʒ. Aliqui habent pūcturas in corde tanq̄ʒ si acubus esset punctum. Aliqui videtur cor eiꝫ corrodi. Aliqui habēt magnū dolorē in collo aut renibus, ⁊ videbitur eis q̄ talia mēbra a canibus lacerētur. Aliquibus videtur se habere bollum in gutture, qđ ascendit ⁊ descendit. Quibusdā ligata est vena generationis. Aliqui habēt stomachū ita indispositū, q̄ emittunt per vomitū quicquid comedūt vel bibunt. Aliquibus per ventrē discurrit ventus frigidissimus, aut tanq̄ʒ flāma ignis. Aliquibus signum est in digestione cibi, ⁊ potissimum qñ medicine applicate nihil prosunt infirmo. Aliquibus est circa collum cōtinua pulsatio, que vī tremorē inferre. Ultra hec signa sunt etiam alia quāplura, que practicando inuenies.

¶ Conditiones exorciste ⁊ qualiter se preparare debet. Cap. 5.

DEmoniaci ⁊ maleficiati citius liberantur in ecclesia, quā in priuatis domibus. Et prius debent confiteri. Tando q̄ exorcista sit sacerdos, qui debet esse homo vite sancte: bene confessus ⁊ contritus, ⁊ super oīa humilis, opus hoc diuine omnipotētie attribuendo. Qui hortetur infirmū, vt oē adiutorium a diuina maiestate expectet, a se aūt nihil: nisi modicū laboris, qui etiam est ex grā dn̄i dei. Non sit etiam auarus, q̄r petendo pecunias aut expectando perderet donū tante grē. Tamen si pauper est secure pōt recipere eleemosynaꝫ sibi datam. In illa die diuo celebret prius.

quia

q2 diabolus plus timet manuū impositionem ꝛ presentiam suam.

¶ De signis, que apparet, qn̄ sacerdos coniurat maleficiatū. ca. 6.

Exorcista auiset demoniacū vel maleficiatū: q recolligat mentem suam, ꝛ eam ad deum dirigat cum firma fide ꝛ spe liberationis sue a diuina maiestate, si expediet saluti anime sue. Et habeat crucifixū in manibus suis, ꝛ ponat reliquias sctōꝝ ligatas in pano serico super cor eius: aut sup stomachū, ꝛ ipse faciat signuꝫ cū manu quotiescūqꝫ senserit in aliqua sui corporis parte cōmoueri aut pungi. Et hoc vt sacerdos nō cōturbetur, sed vt sciat ad que verba magis diaboli cōturbentur. Et finita illa coniuratione petat cū sacerdos de accidētibus que sibi cōtigerūt. Hec signa solēt accidere qn̄ sacerdos ponit manū sup caput, q2 sentiunt sub manu rē frigidissimā tanqꝫ glacieꝫ. Aliquibus descendit ventus per humeros ꝛ renes, qui est frigidissimus. Aliquibus caput in imēsum aggrauatur. Aliquibus cerebrū constringitur, ꝛ pforatur, sicut si gladio pcuteretur. Aliquibus inflāmatur caput ꝛ facies, ꝛ aliqn̄ tota psona, ac si esset vapor ignis. Aliquibus febris imensa cū dolore capitis euenit, ꝛ totū corpus extenuatur ꝛ frangitur. Sed oia ista accidētia parū durāt, q2 cōiuratio tollit demonis vigorē. Aliqbus cōstringitur guttur adeo q videtur strāgulari. Aliquibus ad orificiuꝫ stomachi mouet quedā res ad modū pile, ac si essem vermes, aut formice, aut rane. Quibusdā accidit vomitus magnu stomachi. Aliquibus maxima tortura in visceribus. Nōnullis vēter vehementer inflatur. Quibusdā cōstringitur cor, ac si intolerabiliter feriretur. Ostēditur ēt demō in aliqua parte corporis palpitando sicut piscis, aut in modū formicaꝝ. Aliqn̄ ptrāsit a capite vsqꝫ ad digitos pedū sicut vētus, ꝛ ecōtra. Ultra ista signa quamplura alia practicādo videbis, q2 diuersi demones faciunt diuersa signa.

¶ De mō, quē tenet diabolus ad egrediendū de corpibus. C. 7.

Si fuerint diaboli, qui loquuntur, cōiura eos, q dimittant corpus illud liberum ꝛ expeditū sicut erat qn̄ fuit baptizatum. Et fac eum dare signum discessus, per extinctionem candele. Si vero sint diaboli, qui non loquantur, sicut inuenitur in maleficiatis, exeunt aliqn̄ per os in modum flāme ignis, aliqn̄ in modū vēti cōgelati. Et in exitu videbis inflari guttur. Egrediuntur ēt per aures, simili mō discedētes a stomacho, seu a corde. Aliqui exeūt per secessum i similitudinē pile, que semper gyratur donec exeat. Aliqui in similitudinē rane, que serpit donec fuerit egressa. Aliq in similitudinem venti frigidissimi. ¶ De malitiis ꝛ deceptioni/

bus, quibus vtuntur demones ad exorcistam decipiendum. Ca. 8.

Aliqui demones tantum odio habent verba sancta, q̄ ante q̄ coniurentur, discedunt. Alij expectant coniurationem, sed postea nō possunt eam sustinere. Aliqui aūt sunt adeo maligni, q̄ faciunt fatigari exorcistā per magnū tēporis spatium, vt appareat infirmo, q̄ non sit demoniacus, ⁊ vt faciant fatigari ⁊ pati exorcistam. Aliqui posteaquam sunt manifestati abscondunt se, ⁊ relinquunt corpus liberū ab oī fastidio, taliter q̄ infirmus putat se esse oīno liberatum, sed non debet cessare exorcista donec viderit signa liberationis. Aliqui demones ponunt oīa impedimenta, que possunt, infirmo, vt non se faciat coniurare. Quidam conātur persuadere q̄ sunt infirmitates naturales, ⁊ q̄ ista res est vna trupha. Aliqui in medio coniurationis faciunt dormire infirmum, ⁊ ostēdunt ei aliquā visionem crucifixi vel aliorū sanctorū: subtrahendo se: vt stent secreti, ⁊ ostendunt infirmū liberatū. Aliqui ostendunt maleficium factū sup ipsum: ⁊ authores maleficij: ⁊ modū ad illud dissipandū. Sed sit caut⁹ exorcista ne faciat aliquā superstitionē. Non mireris si diabolus in susceptione sacramenti eucharistie p demoniacū non cōturbetur, q̄z postq̄ intrauit, paulatiz despicit, ⁊ nō timet sctā, imo loquitur mysteria fidei sctē, ⁊ confitetur diuinam maiestatē. Et supponit personā vexatā, ⁊ ei loquitur in corde, ⁊ facit eam perturbari pro re minima. Maius tibi dico, q̄ aliqui demones post longā vexationez factam alicui persone, si non expelluntur, loquuntur per os eius quasi semper, ⁊ cessant ei nocere. Postea tandem deprehenduntur. ¶ De modo, quem tenere debet exorcista in coniurando aliquam personam. Cap. 9.

Celebrata missa, si persona demoniaca vel maleficiata est sana, ducatur ad ecclesiam, quia ibi facilius obtinebitur victoria, ⁊ si fuerit infirma vel multum debilis coniuretur in domo, hoc modo. Habeat exorcista superpelliceum ⁊ stolam: ⁊ ponat partez stole collo maleficiati, ⁊ reliquias sanctorum super cor eius, aut super orificium stomachi, ⁊ postea incipiat exorcismum. Et quando peruenerit ad comminationem, replicet ipsam vsque decies, semper penam augendo. Et si videt profectum in ipsa, continuet vsque ad liberationem. Et si magis timeret exorcismum, lege illuz, q̄z vnus demon plus timet vnam rem q̄ aliam. Et non deficias a fide, sed oportet perseuerare duabus tribus, quatuor, aut sex horis continue, ⁊ plus donec habeas victoriam. Et demones obstinati semper querunt defatigare exorcistā, vt desinat pro labore ⁊ lassitudine

tudine

tudine exorcizare. Et plus timent in prima q̃ in secunda vice: q2 reputant se fuisse consecutos victoriam, qñ dimittit propter lassitudinẽ exorcizare. Et si in prima die nõ fuerit liberatus prosequatur secundo ꝛ tertio: quousqꝫ liberetur ex toto. Qui videbis quotidie demones magis debilitari. Sint etiam pñtes fideles: q etiã orent deum pro infirmo. Solet etiam exorcista facere preceptum demonibus aliis, qui venissent ad succurrendum demoni vexanti in hunc modum: Precipio vobis demones: qui venistis in succursum ꝛ adiutorium istius: vel istorum demonum, hanc dei creaturam. N. vexantis: vel vexantium: ex parte sanctissime trinitatis, Pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spũs ✠ sancti, ꝛ sub pena excõicationis maioris ꝛ minoris late sententie, ꝛ sub pena detrusionis in infernũ, ꝛ sub pena ĩmersionis in stagnum ignis ꝛ sulphuris per manus inimicorum vestrorũ, ꝛ sub pena tradendi vos in ptãtem inimicorũ vestrorũ, ac condemnandi vos in stagnum ignis ꝛ sulphuris per centum annos: quatenus nullum adiutorium vel fauorem detis illis demonibus, qui vexant corpus istius creature dei. N. sed discedatis statim ꝛ eatis ad loca vobis deputata. Ecce ✠ crucem domini, fugite partes aduerse, vicit leo de tribu iuda radix dauid.

¶ Incipit exorcismus beati Ambrosii archiepi mirabilis efficacie super demoniacos: cuius practica ppriẽ spectat ad sacerdotes. Tu igitur quicunqꝫ fueris nulla leuitate ductus, sed sola necessitatis vel charitatis causa hanc rem disponas assumere arduã, ꝛ opꝫ q̃ pmisso triũ dierũ ieiunio, tertio mane diligenter cũ cõtritione cõfessus missaꝫ de spũ scõ deuotissime celebres, faciẽdo in ipsa missa cõmemorationeꝫ de infrascriptis orationibus. Orō.

Deus qui per vnigenitum tuum exclusa dñatione diaboli populum tibi fideleꝫ aptasti: expelle quesumus a famulo tuo. N. cunctas diabolice illusionis insidias: ꝛ eum illibatum ab omni eius impugnatione conserua. Per eũdẽ. Sec.

Munus dñe humilitatis nostre pro petitione famuli tui. N. oblatum: petimus: vt gratanter assumas, ꝛ ab eius oppressione hostis maligni insidias omnemqꝫ potestatẽ benignus excludas. Per dominum nostrum ꝛc. Postcommunio.

Celestis panis, quem sumpsimus dñe ꝛ nobis indulgentiaꝫ tribuat, ꝛ famulum tuum. N. ab antiqui hostis irrisione defendat. Per dominũ. Completa missa sacerdos non exuat se: sed

sit paratus missalibus indumentis: candelā benedictā accensam in manu tenens stet in medio ante altare, facie versa ad populum, habens obsessum ante pedes ligatum si necesse fuerit: et humili corde, deuotoq; aspectu se et astantes muniat signo crucis alta voce dicendo. In nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amen. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus ad. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens dñe verbum dei patris christe Jesu deus et dominus vniuerse creature, qui sanctis apostolis tuis dedisti potestatē calcandi super serpētes et scorpiones, qui inter cetera mirabilium tuorū opera dignatus es dicere, demones effugate, cuius virtute victus tanquā fulgur de celo satanas cecidit, tuum nomen cum pauore et tremore supplex deprecor, vt mihi indignissimo data venia pctōrum confidentiam et possibilitatem donare digneris: vt hunc crudelē draconem brachij tui munitus potentia fideliter et securus aggrediar. Qui viuis, et regnas cū eodē patre in vni. etc.

Hac oratione completa aspergat egrotum aqua benedicta in modum crucis dicendo In nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amē. ℣. Dñe exaudi orationem. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens eterne deus, a cuius facie celi distillant: montes sicut cera liquescunt, terra tremit, cui patent abyssi, quē infernus pauescit: quem omnis terrarum motus aspicit humiliter te supplex deprecor dñator dñe, vt inuocatione nominis tui ab huius famuli tui. N. vexatione anima liberata ad authorem sue salutis recurrat: liberatoremq; suū diabolico depulso fetore, et odore suauissimo spiritus sancti percepto: sequatur dñm nostrum iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit etc. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater omnipotēs, eterne deus: virtutem tuā totis exoro gemitibus pro huius famuli tui. N. a diabolo oppressa infantia, qui etiam indignis inter pressuras presidium donas, exurge pro huius infantia bellata, et noli diu retinere vindictā, qui nec ante conspectū parentis permisisti filium iudicari, auxiliare q̄s inimici furore vexato, nec sine gratia facias eius animā a diabolo possideri, sed potius a maligni oppressionibus liberata tibi referat gratias sempiternas. Per eū, qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculū p ignē. Amē. Oremus. Oratio.

Deus angelorū, deus archangelorū, deus prophetarū, deus apostolorum: deus martyrum deus virginum: deus pater dñi nostri

stri iesu Christi inuoco nomen tuuz ac preclare maiestatis tue cle/mentiam supplex exposco: vt mihi auxilium prestare digneris ad/uersus hunc nequissimum spiritum. Per eundem. Exorcizatio.

EXorcizo te omnis immundissime spiritus, omnis incursio aduersarij, omnis ira, omne fantasma, omnis legio. Introi/te. In nomine domini nostri Jesu ✠ christi eradicare: ⁊ explan/tare: ⁊ effugare ab hoc plasma dei: ipse tibi imperat diabole: qui ventis ⁊ mari imperauit ⁊ tempestatibus. Ipse tibi imperat: qui te de superius celorum in inferiora terre demergi precepit.

Hic petit sacerdos nomen spiritus: ⁊ precipit ei hoc modo dicẽs.

PRecipio tibi quicũqz es spũs immunde in hoc corpore p me/rita gloriose passionis: resurrectionis: ⁊ ascẽsionis dñi nr̃i ie/su christi: p missionẽ spũs sancti: ⁊ p aduẽtũ eius: vt ostẽdas ⁊ dicas mihi nomẽ tuũ: diẽ ⁊ horã exit⁹ tui cũ signo extinctionis luminis. Iterũ precipio tibi p merita gloriose virginis marie matris dei: scti Zenonis: sancti Ambrosij: ⁊ scti Geminiani: scti Petri mar/tyris: ⁊ scẽ Catherine de senis: ⁊ oĩm scõrũ ⁊ scãrũ dei: vt ostẽdas ⁊ dicas mihi nomẽ tuũ: ⁊ diez ⁊ horã exitus tui: cũ signo extinctio/nis luminis. Iterum precipio tibi sub pena excommunicationis maioris ⁊ minoris: ⁊ authoritate beatorum aplõꝝ Petri ⁊ Pau/li: ⁊ aliorum successorũ ipsius beatissimi Petri apli: vt ostendas ⁊ dicas mihi nomen tuum: ⁊ diem ⁊ horam exitus tui: cũ signo extin/ctionis luminis. Et si respõderit q plures sint: tunc in plurali p/sequere coniurationẽ ⁊ preceptuz supradictũ. Si vero nõ rñderit vel responderit se esse solum: tunc sequere in singulari vt prius.

AUdi ergo maledicte satana: audi ⁊ time victus ⁊ prostratus abscede. ✠ In nomine domini nostri iesu ✠ Christi. Tu ergo nequissime satanas inimicus fidei: aduersarius generis hu/mani: mortis adductor: vite raptor: iustitie declinator: malorum ra/dix: fomes vitiorum: seductor hominum: proditor gẽtiũ: incitator inuidie: origo auaritie: causa discordie: excitator dolorũ: demonũ magister: quid stas ⁊ resistis: cum scias eum tuas perdere vires? Illum metue: qui in isaac immolatus est: in ioseph venundatus: in agno occisus: in homine crucifixus: deinde inferni triumphator exiuit gloriosus. Recede. In fronte. In noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sancti, ⁊ da locum spiritui scõ: ⁊ per hoc signũ cru ✠ cis domini nostri iesu ✠ christi. Qui cũ eodẽ patre in vnitate eiusdez spiritus sancti viuit ⁊ regnat deus: per oĩa secula seculorũ Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Ora.

Deus conditor & defensor humani generis: qui hominem ad imaginē & similitudinē tuā formasti: respice sup hunc famu- lum tuum. N. qui dolis inuidi serpentis appetitur: quem vetus aduersarius hostis antiquus tetre formidinis horrore circumuo- lat: & sensum mentis humane stupore defigit: terrore conturbat & metu trepidi timoris exagitat. Repelle domine virtutes diabo- li: fallaciasq3 eius insidias amoue: procul impius tētator aufugiat. Sit nominis tui si ✠ gno In fronte famulus tuus & anima tu- tus & corpore. In pectore. Tu pe ✠ ctoris huius interna custo- dias. Tu vi ✠ scera regas. Tu cor ✠ confirmes. In anima ad- uersatricis potestatis tentamenta euanescant. Da ad hanc inuo- cationem nominis tui gloriam: vt qui hucusque terrebat territus aufugiat: & victus abscedat: tibique possit hic famulus tuus. N. & corde firmatus & mēte syncerus debitum prebere famulatum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spi ritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater omnipo- tens, eterne deus: osanna in excelsis: pater domini nostri ie- su christi: qui illum refugā tyrannum gehenne ignibus deputasti: quique vnigenitum tuum in hunc mundum misisti: vt illū rugien- tem contereret: velociter attende: accelera vt eruas hominem ad imaginem & similitudinem tuam creatum a ruina & demonio me- ridiano. Da domine terrorem super bestiam: que exterminat vi- neam tuam: da fiduciam domine seruis tuis contra nequissimum draconem fortissime stare. Non contemnat domine sperantes in te: & de tua misericordia presumentes: nec dicat sicut in pharaone iam dixit, deum non noui: & israel nō dimittam. Urgeat illum do- mine dextera tua potens discedere a famulo tuo. N. ne diutius presumat captiuum tenere hominem: quē tu ad imaginem tuam facere dignatus es. Per eundem dominum nostrum iesum chri- stum filium tuum: qui tecum viuit & regnat. Hic interroga de no mine vt supra: & precipe. Si vero non dicat nomen demonis vel demoniorum: qui opprimunt corpus obsessi dic in aure obiei hunc hunc versuz. Deuz qui te genuit dereliquisti & oblitus es domini creatoris tui. Tunc siue responderit siue nō fideliter & sine inter- missione prosequere coniurationem. Coniuratio.

Adiuro te serpens antique per iudicem viuorū & mortuorū, per factorē mundi: per eum, qui habet potestatem mittere te

in gehēnā, vt ab hoc famulo dei. R. qui ad ecclesie sue currit presidia festinus discedas. Adiuro te nō per meā infirmitatē: sed p virtutē spūs sancti: vt exeas ab hoc famulo dei. R. quē dñs iesus chrs fecit ad imaginē & similitudinē suā. Cede, cede nō mihi, sed ministro christi. Illius eniz te vrgeat ptās, qui te affixus. In fronte cru ✠ cis suo subiugauit imperio. Illi' bra ✠ chium contremisce: qui de cunctis gemitibus inferni animas iustoruz ad lucē perduxit. Sitqz tibi terror corpus hoīs: sitqz tibi terror imago dei: nec resistas nec moreris discedere ab hoīe isto: qr cōplacuit deo vt in homine habitaret. Et ne me infirmissimum contemnenduz putes: duz me peccatorem esse cognoscis. ✠ Imperat tibi deus. ✠ Imperat tibi maiestas chri. ✠ Imperat tibi deus pater. ✠ Imperat tibi filius. ✠ Imperat tibi spiritus sanctus. ✠ Imperat tibi fides apostolorū Petri & Pauli & ceterorū apostolorū. ✠ Imperat tibi sanguis martyrū. ✠ Imperat tibi sacramentū. In fronte crucis. ✠ Imperat tibi mysterioruz virtus. ✠ Imperat tibi iesus nazarenus. ✠ Imperat tibi verbum caro factum. ✠ Exi transgressor, exi seductor plene omni dolo & fallacia: veritatis inimice. Da locum durissime: da locum impiissime: da locum christo: in quo nihil inuenisti de operibus tuis nefandis: qui te expoliauit: qui regnum tuum destruxit: qui te victum ligauit: & vasa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum ministris tuis erit preparatus interitus. Sed quid truculente recogitas? quid temerarie retractas? reus omnipotenti deo, cuius statuta transgressus es: reus iesu christo filio eius, quem temerarie ausus es tētare: & crucifigere presumpsisti: reus humano generi: cui tuis persuasionibus mortis fructum propinasti. Adiuro te itaque draco nequissime in noīe agni īmaculati: qui ambulat super aspidē & basiliscū: qui conculcat leonez & draconem, vt discedas ab hoīe isto: discedas ab ecclesia dei. Contremisce & fuge inuocato noīe illius: quē inferni tremunt, cui virtutes celorū & ptātes subiecte sunt, quem cherubin & seraphin indefessis vocibus laudāt dicētes. Sctūs. Sctūs. Sctūs dñs deus sabaoth. Imperat tibi iesus nazarenus, qui te (cum discipulos eius contēneres) elisum & prostratū exire iussit ex hoīe. Quo pñte cum te ab hoīe seperasset nec porcorū gregem presumebas cōtingere. Recede ergo nunc adiuratus in noīe ✠ eius In fronte ab hoīe isto, quē ipse plasmauit. Durum est tibi christo velle resistere, durum est tibi contra stimulū calcitrare: qr quando tardius exis tanto maius tibi suppli-

cium crescit: q2 nō hominē contēnis: sed illū qui est dñator viuorū ⁊ mortuor. Qui ventur⁹ ē iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sclm p. ℟. Amen. ¶ Si adhuc non recesserit spiritus malignus, aut impe/ rius non responderit, precipue vt supra. Item interroga qua cau/ sa venit, ⁊ quare opprimit eū. Interroga etiam si sint alij spiritus opprimentes, ⁊ quot, ⁊ oēs eiciantur. Esto prudēs ⁊ circūspect⁹ in interrogationibus ne decipiaris. Magis stude cum humilita/ te mentis, que ad talia est necessaria: liberare creaturā dei: q̄ lo qui cū demonibus vel cum aliquo eorū, sicut fecerunt sancti. De mū factis interrogationibus, si nō recesserit, siue rñderit, siue nō, prosequere confidenter coniurationem sequentem. Coniuratio.

Adiuro te omnis immundissime spiritus, omne fantasma, omnis incursio satane: in nomine Je ✠ su Christi nazare ni, qui post lauacrum iordanis in desertū ductus est: ⁊ te in tuis sedibus vicit, vt quem ille de limo terre ad honorem glorie sue for mauit, tu desinas impugnare, ⁊ in homine miserabili non huma/ nam fragilitatem, sed imaginem omnipotentis dei contremiscas. Cede ✠ ergo deo, qui te humiliato famulo tuo iob in seruitutem redegit. Cede ✠ deo: qui te per Danielem puerum suum per/ didit: ⁊ draconem prostrauit. Cede ✠ deo, qui te per fidelissi/ mū seruū suum Dauid, de rege Saule spiritualibus cāticis pul sum fugauit. Cede. ✠ deo, qui te per malitiam tuā in Pharaone ⁊ ei⁹ exercitu, per Moysen seruum suū in abyssum demersit. Ce de ✠ deo: qui te in Juda scarioth proditore dānauit. Ille enim te diuinis angit verberibus, in cuius conspectu cū tuis legionibus tremēs ⁊ clamans dixisti. Quid nobis ⁊ tibi iesu fili dei? Venisti ante tēpus torquere nos. Ille te flāmis perpetuis vrget: qui in fi/ ne tēporū dicturus est impiis. Ite maledicti in ignē eternum, quē preparauit pater meus diabolo ⁊ angelis eius. Tibi enim impie ⁊ angelis tuis vermes erunt, qui nunq̄ morientur. Tibi ⁊ ange/ lis tuis inextinguibile preparatur incendiū, quia tu es princeps maledicti homicidij. Tu author incestus, tu sacrilegorum caput, tu artium pessimarum magister, tu hereticorum doctor, tu totius obscenitatis inuentor. Exi ✠ ergo impie. Exi ✠ scelerate. Exi ✠ cum omni fallacia tua, quia In fronte ✠ hominem tēplum suū voluit esse deus. Sed quid diutius moraris hic? Da honorē deo ✠ pr̄i omnipotēti, cui oē genu flectitur. Da locū dño iesu ✠ chri/ sto, qui p homine sanguinē suū sacratissimū fudit. Da locū spūi ✠ sctō, qui per beatū aplm suum Petrū manifeste te strauit in Si/

mone

mostre mago: qui fallaciã tuã in Ananiã & Saphirã cõdẽnauit, qui te in Herode rege honorẽ non deo dante percussit: qui te in elyma mago per aplm suũ Paulũ cecitatis caligine pdidit, & p eundẽ de phytonissa verbo imperans exire precepit. Discede ergo nunc ✠ discede seductor. ✠ Tibi eremus sedes est: tibi habitatio serpens est, humiliare & prosternere. Jam non est differendi tempus. Ecce enim dñator dñs proximat cito, & ignis ardebit ante ipsum, & precedet: & inflãmabit in circuitu inimicos suos. Si enim hoies fallis, deum non poteris irridere. Ille te eiicit: cuius oculis nihil occultuz est. Ille te expellit: cuius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit, qui tibi & angelis tuis preparauit eternam gehẽnam, de cuius ore exiet gladius bis acutus. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos: & seculum p. ℟. Amen. Si ad huc his dictis fatigat oppressus, tunc sequere, & dic ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, pater dñi nr̃i iesu christi: te suppliciter deprecamur, vt imperes diabolo: qui hũc famulũ tuuz. N. detinet, vt ab eo discedat: & libera eum, qui credit in verũ liberatorẽ dñm nostrũ iesum christũ, vt purgatus ab omni labe iniquitatis maiestati tue pura mente deseruiat. Per eundẽ. His expletis, si spũs immũdus no recesserit: reincipiendũ est ab illo loco supra, in hoc exorcismo, vbi sic habetur. Omnipotens sempiterne deus: a cuius faci. &c. folio. 303 & ordine predicto prosequendum est vsqz in finez. Nec propter hoc exorcista diffidat, qr sepe probatum est, q multiplicatis in duobus vel tribus diebus adepta est victoria, quam in vna vice tantum non potuit adipisci.

¶ Explicit notabilis & efficax exorcismus contra demoniacos beati ambrosii archiepiscopi.

¶ Incipit alius exorcismus optimus & probatus. ℣.



Adiutorium nostrũ in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vsqz in seculum. ℣. Ecce cru ✠ cẽ domini, fugite partes aduerse. ℟. Uicit leo de tribu iuda. ℣. Deum qui te genuit dereliquisti. ℟. Et oblitus es domini creatoris tui. Psal. Exurgat deus & dissipetur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius. folio. 181. Psalmus.

In domino confido quomodo dicitis anime mee, transmigra in montem sicut passer ? Quoniam ecce peccato

res intēderunt arcū: parauerūt sagittas suas in pharetra: vt sagit tent in obscuro rectos corde. Q. m̄ quē perfecisti destruxerūt: iu stus aūt quid fecit? Dn̄s in tēplo sctō suo: dn̄s in celo sedes eius. Oculi eius i pauperē respiciūt: palpebre ei⁹ interrogāt filios ho minū. Dn̄s interrogat iustū ⁊ impiū: qui aūt diligit iniquitatē, odit aiam suā. Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur ⁊ spūs procellarū pars calicis eorū. Q. m̄ iustus dn̄s ⁊ iustitias dile xit, equitatē vidit vultus eius. ps. Deus in adiutoriū meū. fol. 198.

Iudica dn̄e nocētes me, expugna impugnātes me. (Psalm. Apprehēde arma ⁊ scutū, ⁊ exurge in adiutoriū mihi. Effū de frameā ⁊ conclude aduersus eos qui persequūtur me, dic aie mee, salus tua ego sū. Confundātur ⁊ reuereant, querētes ani mā meā. Auertantur retrorsum: ⁊ cōfundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanq̄ puluis ante faciem venti: ⁊ angelus dn̄i coar ctās eos. Fiant vie illorū tenebre ⁊ lubricū: ⁊ angelus dn̄i perse quens eos. Q. m̄ gratis absconderunt mihi interitū laquei sui: su peruacue exprobauerunt aiam meā. Ueniat illis laqueus quem ignorant: ⁊ captio quā abscōderunt apprehendat eos, ⁊ in laqueū cadant in ipsum. Anima autem mea exultabit in dn̄o: ⁊ delectabi tur sup salutari suo. Omnia ossa mea dicent: dn̄e quis similis tui? Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenū ⁊ pauperē a di ripientibus eū. Surgentes testes iniqui, que ignorabam interro gabāt me. Retribuebāt mihi mala pro bonis: sterilitatē aie mee. Ego aūt cū mihi molesti essent: induebar cilitio. Humiliabā in ieiunio aiam meā, ⁊ oratio mea in sinu meo conuertetur. Q. uasi proximū ⁊ quasi fratrē nr̄m sic cōplacebam: quasi lugens ⁊ cōtri status sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt ⁊ cōuenerunt: cōgregata sunt sup me flagella ⁊ ignoraui. Dissipati sūt nec cōpū cti: tentauerūt me: subsannauerūt me subsannatione: frenduerūt sup me dentibus suis. Dn̄e qn̄ respicies: restitue aiam meā a ma lignitate eorū, a leonibus vnicā meam. Cōfitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Nō supergaudeāt mihi qui aduersantur mihi inique, qui oderūt me gratis: ⁊ annuunt oculis. Q. m̄ mihi quidē pacifice loquebantur: ⁊ in iracundia terre loquē tes dolos cogitabāt. Et dilatauerūt super me os suū: dixerūt eu ge euge: viderunt oculi nostri. Uidisti dn̄e ne sileas, dn̄e ne disce das a me. Exurge ⁊ intēde iudicio meo, deus meus ⁊ dn̄s meus in cām meā. Iudica me s̄m iustitiā tuā dn̄e deus meus: ⁊ nō su pergaudeāt mihi. Non dicāt in cordibus suis: euge euge aie no

stre,

ſtre, nec dicāt deuorabimus eū. Erubeſcant ⁊ reuereātur ſimul,
qui gratulantur malis meis. Induantur confuſione ⁊ reuerētia:
qui maligna loquuntur ſuper me. Exultent ⁊ letentur qui volunt
iuſtitiam meā, ⁊ dicant ſemꝑ magnificetur dñs qui volunt pacem
ſerui eius. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuā, tota die lau/
dem tuam: Kyrie eleiſon. Chriſte elei. Kyrie elei. Pater nr̄. ℣.
Saluū fac ſeruū tuū. ℟. Deus meus ſperantē in te. ℣. Nihil
proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat no/
cere ei. ℣. Mitte ei dñe auxiliū de ſcō. ℟. Et de ſiō tuere eū. ℣.
Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil ꝓ
ficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat no
cere nobis. ℣. Dñe. ℟. Et cl. ℣. Dñs vo. ℟. Et cū. Oremꝰ.

Dominus nr̄ ieſus xp̄s dei ⁊ virginis filius, qui in hūc Oro.
mundū apparuit, vt opera diaboli diſſolueret ⁊ diſſiparet, ⁊
diſcipulis ſuis, quos mittebat in vniuerſum mundum ad predican
dum euangelium oī creature, ptātem dedit ſuꝑ oīa demonia, ⁊ vt
languores curarent ꝑ inuocationē ſui ſctiſſimi noīs, ⁊ ꝑ impoſitio
nē manuū nr̄aꝝ, ipſe ꝑ ſuā miſericordiā ⁊ pietatē, ⁊ per merita ⁊
ꝓces beatiſſime virginis marie matris ſue, ⁊ oīum ſctōꝝ ⁊ ſctāꝝ
dei, dignetꝰ diſſoluere a te oē opus diaboli, vt de cetero nō dñetur
tibi inimicus, neqꝫ maledictꝰ ſatanas creatura dānata ⁊ reproba/
ta ⁊ maledicta a deo in eternū ꝑꝑ ſuā nequitiaꝫ audeat vexare cor
pus tuum, aut aīam tuā, nō perturbare ſenſus tuos interiores vel
exteriores nec illudere tibi aliqua illuſione vel perſecutione fan/
taſtica: ſed plene liberatus a poteſtate ſatane cum bono ſenſu ⁊ ſa/
pientia, cum ſanitate mentis ⁊ corporis, ſcias te ipſum guber/
nare irreprehenſibiliter per bona opera, in laudē ⁊ gloriā ſanctiſ
ſimi nominis dñi noſtri Jeſu chri, ⁊ beatiſſime virginis Marie
matris eius, ⁊ ſaluationem anime tue, ⁊ conſolationem tui ⁊ tuo/
rum. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. ℟.
Amen. Initium ſancti euangelij ſm̄ Joannē. In principio erat
verbum. fol. 107. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tp̄e: miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatē gali
lee, cui nomen nazareth, ad virginē deſponſatā viro, cui no/
men erat ioſeph de domo dauid, ⁊ nomē virginis Maria. Et in/
greſſus angelus ad eā, dixit. Aue gratia plena, dñs tecū, bn̄dicta
tu in mulieribꝰ. Que cū audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, ⁊ co
gitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, ⁊ ait angelus ei. Ne timeas ma
ria, inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce cōcipies in vtero, ⁊

paries filiuz: ꝛ vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus ꝛ fi/
lius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus: sedē dauid patris
eius, ꝛ regnabit in domo iacob in eternum, ꝛ regni eius non erit
finis. Dixit autem maria ad angelum. Quõ fiet istud: qm̃ virũ nõ
cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spũs sanctus super/
ueniet in te, ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ ꝛ quod na
scetur ex te sanctnm, vocabitur filius dei. Et ecce elisabeth cogna
ta tua, ꝛ ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sex
tus illi: que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum
omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſm
verbum tuuz. Sequentia sancti Euangelij ſm Marcum.

In illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis ap/
paruit illis Jesus, ꝛ exprobrauit incredulitatem illorũ ꝛ duritiam
cordis: qꝛ his qui viderant eum resurrexisse a mortuis, nõ credide
rant. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum predicate euã
gelium omni creature. Qui crediderit ꝛ baptizatns fuerit: saluus
erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autē eos,
qui crediderint, hec sequētur. In nomine meo demonia eiicient,
linguis loquentur nouis: serpentes tollent: ꝛ si mortiferum quid
biberint non eis nocebit. Super egros manus imponent, ꝛ bene
habebunt. Et dominus quidem Jesus postquã locutus est eis as/
sumptus est in celum. ꝛ sedet a dextris dei. Illi autez profecti pre/
dicauerunt vbique: domino cooperante ꝛ sermonem confirman
te, sequentibus signis. In nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spiritus
✠ sancti. Amen. Chri ✠ stus vincit Chri ✠ stus regnat. Chri/
✠ stus imperat. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore, Reuersi sunt septuagintaduo discipuli cuz
gaudio dicentes. Domine etiam demonia subiiciuntur no/
bis in nomine tuo. Et ait. Uidebam satanam sicut fulgur de celo
cadentem. Ecce dedi vobis potestatez calcãdi super serpentes ꝛ
scorpiones ꝛ supra oēm virtutem inimici: ꝛ nihil vobis nocebunt.
Ueruntamen in hoc nolite gaudere, qꝛ spiritus subiiciuntur vo/
bis. Gaudete aũt, quia nomina vestra scripta sunt in celis.

Ergo maledicte diabole creatura dãnata ꝛ reprobata ꝛ ma
ledicta a deo in eternum, propter tuã nequitiam, spũs imunde vbi
cũqꝫ latitas in corpore istius. N. recognosce sententiam tuã, ꝛ co
gnosce sniam iustissime dãnationis nequitie tue. Et licet inuitus
ꝛ coactus, contra tuã nequissimam voluntatē, da honorē deo viuo
ꝛ vero, da honorē Jesu christo filio eius dño ꝛ saluatori nr̃o, da ho

norem

norẽ spũi sctõ: ⁊ recede ab hoc famulo dei. ℟. ⁊ nunq̃ de cetero ad ipsum accedes: q2 istum sibi deus ⁊ dñs noster Jesus christus ad suã sanctã grãm ⁊ bñdictionem fontẽq3 baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est. Et hoc signũ sancte cru ✠ cis, qd nos in fronte eius damus, tu maledicte diabole dãnate atq3 dãnãde, spiritus immunde, nunq̃ audeas violare: per nomen ⁊ per virtutem eiusdem dñi nostri Jesu christi. Qui venturus ẽ iudicare ⁊c.

Audi maledicte satana, audi creatura dãnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a deo in eternũ, propter tuã nequitiam, audi spũs ĩmunde vbicũq3 latitas in corpore istius. ℟. adiuratus p nomen eterni dei ⁊ saluatoris nostri Jesu christi, cũ tua victus inuidia tremens gemẽsq3 discede. Nihil tibi cõe sit isto famulo dei. ℟. da igitur honorẽ aduenienti spũi sctõ, qui ex summa celi arce descendẽs perturbatis fraudibus tuis: diuino fonte purgatũ pectus sanctissimum deo templum ⁊ habitaculũ perfecit: ⁊ ab omnibus penitus noxijs preteritorũ criminũ in baptismate liberauit, vt sic pereniter deo gratias referat semper, ⁊ benedicat nomen eius sanctum in secula seculorum. Amen. Exorcizatio.

Exorcizo te ⁊ adiuro te ⁊ anathematizo te ĩmunde spũs creatura dãnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a deo in eternũ3 propter nequitiam tuã: spũs ĩmunde vbicunq3 latitas in corpore istius. ℟. in nomine dei pa ✠ tris, ⁊ in nomine Jesu Christi fi ✠ lij eius dñi ⁊ saluatoris nostri, ⁊ in virtute spũs ✠ sancti: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei. ℟. ⁊ nũq̃ de cetero ad eu3 accedas. Ipse enim tibi imperat maledicte dãnate, qui pedibus supra mare ambulauit, ⁊ petro mergẽti dexterã porrexit. Qui vẽturus est iudi. ⁊c.

Nec te lateat maledicte satana: nec te lateat creatura damnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a deo in eternum propter nequitiam tuam, nec te lateat spiritus immunde vbicunque latitas in corpore istius viri vel mulieris imminere tibi diem iudicij sempiterni, die3 qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi ⁊ omnibus angelis tuis apostaticis eternus superueniat interitus. Et ideo pro tua nequitia damnate atq3 dãnande, da honorẽ deo ✠ viuo ⁊ vero: da honorẽ Jesu ✠ christo deo ⁊ saluatori nostro: da honorẽ spũi ✠ sctõ, in cuius nomine atq3 virtute ego precipio tibi immunde spũs vbicũq3 latitas in corpore istius. ℟. vt exeas ⁊ recedas ab eo, ⁊ nunq̃ de cetero ad ipsum accedas: quia istum deus ⁊ dñs nr̃ iesus christus ad suã sanctã gratiam ⁊ bñdictionem fontemq3 baptismatis dono sue grẽ vocare dignatus est, vt fieret

eius templũ ꝑ aquã regenerationis: ⁊ remissionẽ oĩuꝫ pctõꝝ: ꝑ nomen ⁊ virtutẽ eiusdeꝫ dei ⁊ dñi nr̃i Jesu christi. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.

Firmiter credimus ⁊ simpliciter cõfitemur: ꝙ vnus solus est verus deus eternus imensus ⁊ incõmutabilis ⁊ incõprehẽsibilis ops: ⁊ ineffabilis pater ⁊ filius ⁊ spũs scũs: tres qdeꝫ psone: sed vna essentia substãtia: seu natura simplex oĩno. Pater a nullo: fili⁹ a pr̃e solo: ac spũs sctũs pariter ab vtroqꝫ absqꝫ initio semꝑ ac fine: pater generãs, fili⁹ nascẽs: ⁊ spũs sctũs ꝓcedẽs cõsubstantiales ⁊ coequales ⁊ cooĩpotẽtes ⁊ coeterni: vnũ vniuersorũ pricipiũ creator oĩuꝫ visibiliũ ⁊ inuisibiliũ: spũaliũ ⁊ corporaliũ: qr sua oĩpotẽti virtute simul ab initio tpis vtrãqꝫ de nihilo ꝯdidit creaturaꝫ spũalẽ ⁊ corporalẽ: angelicã videlicet ⁊ mũdanã: ac deinde humanã quasi cõeꝫ ex spũ ⁊ corpore cõstitutã. Diabolus.n. ⁊ alij demones a deo qdẽ natura creati sunt boni: sed ipsi ꝑ se facti sunt mali: homo vero diaboli suggestione peccauit. Hec sancta trinitas ſm cõem essentiã indiuidua est: ⁊ ſm ꝑsonales ꝓprietates discreta: ꝑ moysen ⁊ sanctos ꝓphetas aliosqꝫ famulos suos: iuxta ordinatissimã dispositionẽ tempoꝝ doctrinã humano generi tribuit salutarẽ. Et tandeꝫ vnigenitus dei filius Jesus christus a tota trinitate cõiter incarnatus: ex maria semꝑ virgine spiritus sancti cooperatione cõceptus: verus homo factus: ex anima rationali ⁊ humana carne cõpositus: vna in duabus naturis ꝑsona: viam vite manifestius demonstrauit. Qui cum ſm diuinitatem sit immortalis ⁊ impassibilis, idem ipse ſm humanitatem factus est passibilis ⁊ mortalis: qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus ⁊ mortuus, descendit ad inferos: resurrexit a mortuis: ⁊ ascẽdit in celuꝫ: sed descendit in anima: ⁊ resurrexit in carne: ascenditqꝫ pariter in vtroqꝫ venturus in fine seculi iudicatur⁹ viuos ⁊ mortuos, ⁊ redditurus singulis ſm opa sua tam reprobis q̃ꝫ electis: qui oẽs cum suis ꝓprijs resurgent corporib⁹: que nũc gestant: vt recipiant ſm opera sua siue bona fuerint siue mala, illi cũ diabolo penã ꝑpetuam: ⁊ isti cũ chr̃o gl'iam sempiternã. ¶ Una vero est fideliũ vniuersalis ecclesia: extra quã nullus oĩno saluat᷑, ĩ qua idẽ ipse sacerdos est, ⁊ sacrificium iesus christus: cui⁹ corpus ⁊ sanguis in sacro altaris sub speciebus panis ⁊ vini veraciter contine᷑: trãsubstãtiatis pane in corpus, ⁊ vino in sanguinem ptãte diuina: vt ad ꝑficiẽdum mysteriuꝫ vnitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc vtiqꝫ sacr̃m nemo põt ꝯficere nisi sacerdos: qui

rite fuerit ordinatꝰ; ſʒ claues eccl'ie: q̄s ipſe cōceſſit apl'is eorūqʒ ſucceſſoribus Jeſus chr̄s. Sacr̄m v̄o baptiſmi, q̄d ad dei inuocā/tionē, ⁊ indiuidue trinitatis: vʒ patris ⁊ filij ⁊ ſp̄us ſancti ꝯſecrat̄ in aqua: tam paruulis q̄ȝ adultis in forma eccl'ie: a quocunqʒ rite collatum proficit ad ſalutem: ⁊ ſi poſt ſuſceptionē baptiſmi: quiſq̄ȝ prolapſus fuerit in pctm̄, per veram pōt ſemper penitentiaʒ repa/rari. Non ſolum aūt virgines ⁊ cōtinentes, verū etiaʒ coniugati: per fidem rectam ⁊ operationeʒ bonā placētes deo, ad eternā me rentur beatitudinē ꝑuenire. Hoc v̄o ſacro approbāte cōcilio cre/dimus ⁊ confitemur, q̄ vna quedam ſumma res eſt incōprehenſi/bilis q̄dē ⁊ ineffabilis, que veraciter eſt pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſp̄us ſctūs: tres ſimul perſone: ⁊ quelibet earum ſingillatim illa eſſentia eſt. Symbolū athanaſii epiſcopi. Quicunqʒ vult ſaluꝰ eſſe. foli. lxi.

IN huius igitur veritatis firmiſſime atqʒ certiſſime virtute: te immunde ſp̄us atqʒ ſpurciſſime ⁊ miſerrime: quicūqʒ es, ſiue vnus: ſiue plures: quocunqʒ ad hunc famulum oīpotētis dei ⁊ templum eius in baptiſmo creatum: vel in cibo: vel in potu: vel quacūqʒ malefica ſupſtitione: vel tua malignitate nequiſſima: aut exigentibꝰ culpis ⁊ criminibus ſuis: ad ipſuʒ acceſſuʒ hīc p̄ſumpſi ſti: ⁊ preſumpſiſtis: vbicūqʒ latitas: vel latitatis in hoc famulo dei N. a planta pedis vſqʒ ad verticē: vel in veſtibꝰ: ſiue aliq̄bus ſibi adherentibus: in hoc loco habitationis eius: vel vbicūqʒ ſis te req rimus, te citamus: ⁊ temerariam ⁊ p̄ſumptuoſam inuaſionē agita/tionem ⁊ ꝑturbationeʒ huius famuli dei. N. iniuſtiſſimā ex parte tua ⁊ nequiſſima voluntate tua interdicimus, non noſtris viribus, ſed fortiori poteſtate omnipotētis dei, ⁊ dn̄i nr̄i ieſu chriſti filij eiꝰ: qui ſuperueniens in atriuʒ mundi huius: principeʒ tuuʒ cū oībus immūdis ⁊ miſerrimis ſatellitibꝰ infernalibꝰ vicit, ⁊ vaſa diripuit.

AUdi ergo quomodo iniuſte ⁊ iniq̄ſſime hunc dei famulum inq̄etare preſumpſiſti. Nā cuʒ ꝓpter inobediētiā primi pa/rētis noſtri ade iuſtitia iuſtiſſimi dei nr̄i oīpotētis ꝑmittēte iniq̄ſſi mus princeps tuus ipſum ⁊ oēm ꝑlāteʒ ſuā ab eo ſeminali rōne ꝓ pagataʒ duriſſima tyrānide ꝑ multa annorū ſpatia oppreſſiſſet, fe/riret dire, in vinculis carceris infernalis teneret, tādē aduenīēte plenitudine temporū miſit deꝰ pr̄ pijſſimū filiū ſuū natū ex inteme/rata virgine: factū ſub lege. Et cū princeps tuus im ꝓbus ac teme rariꝰ exactor: in vnigenitū dei filiū mediatorē dei ⁊ hominū, agnū tollentem pctā mūdi: dementia ſua ſacrilega attētaſſet inuadere, ⁊ ferire: ⁊ tandem poſt herodis impij in euʒ perſecutionē, poſt cō/

tumelias, conuitia, opprobria: tandem immisit in cor proditoris iu de, ⁊ impiorum iudeorum: ⁊ ipso agno mansueto volente, ⁊ volun tarie se pro redemptione offerēte, vinciri fecit, ⁊ flagellari: iniuste cōdemnari: nudari: ⁊ in cruce affigi. Que oīa mitissimus agnus dei omnipotentis filius pro salute nostra, qz ipse voluit, pertulit, vt nos ⁊ hunc famulum dei. [R]. a vinculis omniuz immundorum spirituū liberaret: liuore suo sanaret: ab erumna eriperet: damna/tione nudatos a vobis impijs latronibus infernalib⁹ reindueret veste innocentie ⁊ gratie: que nos in protoplasto parente contra omnipotentis dei imperiuz rapuimus: exoluit: offerens se fructū benedictum ventris gloriose virginis: pro interdicti fructus esu: cruore ex quinqz vulnerib⁹ largiter fuso: redemit: morte sua glo/riosa nostram destruxit: ⁊ principem tuum cum omnibus satelliti/bus ac apostaticis immundis spiritibus ⁊ demonibus cum cre/deret se in ipso aliquid sui inuenire captiuauit, ⁊ nos credētes ma xime sibi liberauit. Inter quos ⁊ de quoruz numero dono gratui/te misericordie sue: nos esse profitemur. Et potestatem discipulis suis dedit calcandi super vos immundos spiritus: ⁊ ad inuocatio/nem sui sanctissimi nominis virtutem ⁊ potestatem expellēdi vos immundos spiritus ab obsessis corporibus: vel domibus: vel habi taculis: ⁊ in virtute ⁊ in iustitia passionis sue, qua dilexit nos: ⁊ la uit nos a peccatis nostris in sanguine sue innocentie: vos ejciēdo tradidit. In virtute igitur ⁊ honore huius summi imperatoris regis regum: ⁊ dn̄i dn̄antiuz: dn̄i iesu chr̄i: in cui⁹ noīe omne genuflectit celestium, terrestriū ⁊ infernorū: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sec̄lm p ignē: nos quos de numero discipulor̄ lz indi/gnos esse voluit: p quos in psona sua panis ⁊ vinū: vt pote in v̄bo creatoris virtute spiritus scti carnē ⁊ sanguinē trāsubstantiantur: te ✠ regrimus: te ✠ citamus: tibi ✠ p̄cipimus: inter ✠ dicim⁹: ac diffinitiue ✠ prohibemus: vt ✠ nūc exeas: ⁊ opa tua vel aliorū malefica operata quocunqz dissoluas: ⁊ amoueas: ⁊ nunq̄z de ce/tero ī eo causes vel facias, nec per te, nec per alios illa vel similia. Contradicentes v̄o: ⁊ contra stimulū calcitrātes sicut durissimos pharaones obduratos anathema ✠ tizamus: excōica ✠ mus: propter obsessionez ⁊ molestiā huius creature oīpotētis dei. [R]. ita q de cetero nō p̄sumatis, neqz vos neqz alij vice v̄ra immundi spiritus: molestare, inquietare, pturbare corpus: nec sensus ei⁹ in/teriores vel exteriores, a planta pedis vsqz ad verticē: nec aliquid ipsius attingere. Si vero aliqd iuris allegare p̄sumitis: interponi

mus

mus pretioſiſſimuꝫ ſanguinem immaculati agni domini noſtri ie/
ſu chriſti, qui vt ſcripſit Joannes euangeliſta, eſt propitiatio pro
peccatis noſtris: ⁊ non tamen pro noſtris, ſed etiaꝫ totius mundi:
etiam ſi eſſent mille mundi. Qui etiam ſupra ſplendorem ſolis ap
parens beato paulo: cum mitteret eum ad predicanduꝫ in omnes
gentes ⁊ populos dixit: vt conuertantur a tenebris ad lucem: a po
teſtate ſatane ad deum viuum: accipere remiſſionem peccatorum:
⁊ ſortem inter ſanctos, que eſt per fideꝫ, que eſt in me: dixit ſanctiſ
ſimus ⁊ tremebundus imperator celeſtis dominus ieſus chriſtus.
Hanc vero fidem: ⁊ hic famulus dei ⁊ nos firmiter credimus: ⁊
ſimpliciter cõfitemur: ⁊ ĩ ea velle viuere ⁊ mori proteſtamur. Cũ
igitur nil iuris habeatis in eum: vti maligni inuaſores: ⁊ iniqui
vſurpatores predones: ⁊ latrones infernales diſcedite ab hoc fa/
mulo dei: ⁊ ſanctiſſimi ſummi ✠ imperatoris noſtri: quem nos ⁊
vos ⁊ omnis creatura contremiſcit: diſcedite a domo: ⁊ ab omni
loco habitationis eius: ⁊ omnium fidelium: ſuper quos inuocatuꝫ
eſt nomen bonum ⁊ glorioſum ſummi imperatoris noſtri ieſu chri
ſti: ⁊ ite ſine mora in locum deſertum: vel in locum ſodome ⁊ go/
morrhe. Quod ſi pertinaciter adhuc reſiſtitis: ⁊ inobediẽtes huic
noſtro mandato: quin potius contumaces ac rebelles contra ſti/
mulum omnipotentis dei calcitrantes: qđ non cedet vobis impu/
ne: qꝛ non homines ſed omnipotentẽ ⁊ ſummuꝫ imperatoreꝫ deũ
cõtemnitis. In cuius nomine ⁊ authoritate atqꝫ virtute vos exor/
ci ✠ zamus: precipimus: ✠ anathema ✠ tizamꝰ, ꝓhibe ✠ mus:
⁊ interdi ✠ cimus, moleſtiam ⁊ inquietationem: ⁊ perturbationẽ
iſtius creature dei. N. ⁊ omniuꝫ hic aſtantiuꝫ: ⁊ fidelium: preſer/
tim huius habitationis omnipotẽtis dei. N. q̃ cõuentio lucis ad
tenebras: ⁊ chriſti ad belial? Ecce nunc inuocamus omnipotẽtẽ ⁊
ſummũ imꝑatorẽ dñm nr̃m ieſuꝫ chꝛꝫ: cuius gl'ioſuꝫ nomẽ ⁊ inuo
cationem temere velut ille obduratꝰ pharao cõtẽnitis: ⁊ huc uſqꝫ
contempſiſtis beatiſſimã virginẽ dei genitricẽ mariã: ⁊ oẽs ange
licos beatos ſpũs: ⁊ ciues ſupnos: pr̃es nr̃os pr̃iarchas: ꝓphetas
apl'os. martyres, cõfeſſores atqꝫ v̓gines: ⁊ ſpãles patronos noſtros
beatiſſimũ dñicuꝫ patrẽ nr̃m: petrũ martyrẽ gl'ioſuꝫ: btũꝫ thomã,
btũꝫ vincentiuꝫ, beatũ antoniũ epũꝫ ⁊ cõfeſſorẽ: q multos de ſatelli
tibꝰ vr̃is in digito omnipotẽtis dei eiecerũt: btĩſſimã catherinã ſe
nẽſeꝫ v̓ginẽ ⁊ ſpõſaꝫ ieſu chꝛi puriſſimã: q̃ mirabili gr̃a dei cõtra
vos iniquos demones ꝑualuit, ſanctũ. N. vel ſanctã. N. vel ſan/
ctos. N. qui faciẽ dei omnipotẽtis cõtemplant: qui vos ſiue vnuꝫ

siue plures quandocunqz accessuz habere presumpseritis ad hūc famulū dei. R. vel ad locum habitationis eius per scūm angeluz ab oīpotente missum ante diez tremebundi iudicij: queadmodū p btūm bartholomeū in india fecit astaroth et berith cathenis igneis alligabit, et ī abyssum gehēne infernalis et laci ignis ardentis sulphure mittet, cuius fumus ascendet in secula seculorum. Amen.

Date itaqz honorem omnipotenti deo ac summo imperatori deo pa ✠ tri et fi ✠ lio eius domino iesu ✠ christo, qui dilexit et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, in cuius nomine omne genu flectitur celestiuz, terrestrium, et infernoruz, et spiritui ✠ sancto, in cuius nomine atqz virtute hoc peremptorio et diffinitiuo mandato preci ✠ pimus, mandamus ✠ artamus ✠ et anathematizamus ✠ vt recedatis ab hoc famulo dei. R. et a loco habitationis eius, et omnium fidelium, absqz lesione alicuius, in desertum locum, vsque ad diem tremebundi iudicij: ita q de cetero huc appropinquare neqz vos neqz alij vice vestra valeatis ad inuadendum, inquietandum, et perturbandū huc famulum dei. R. neque sensus eius exteriores vel interiores: neque aliquem de hic habitantibus: quia ipsos deus et dominus noster iesus ad suam sanctam gratiam et bene ✠ dictionem fontemqz baptismatis dono vocare dignatus est, vt fieret eius templum per aquā regenerationis et remissionem omnium peccatorum, per nomen et virtutem eiusdem dñi nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignē. Deo autem gratias: qui nobis per iesum christum dñm nostrum victoriam donauit.

Cum itaqz iniquissimus satanas caput et princeps iniquorū oīum tyrannidē suam, quā solus exercere poterat in filios ade, ab ipso seminali rōne ppagatos extendere presumpserit in summum imperatorē et regē regum et dñm dñantium deum, et omnipotētis dei vnigenitum agnuz īmaculatum, in quo non habebat quicqz: et ob hoc ab ipso dño nostro iesu christo saluatore nr̄o: qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: cum sociis suis angelis et demonibus apostaticis, de quorū numero es tu miserrimus et iniquus inuasor excecatus a deo iudicatus, superatus, captiuus vinctus, et nos et in ipsum credētes, et in virtute trinitatis deifice baptizatos, et aliis sacris ab ipso filio dei institutis initiatos, de ptāte tua satana eripuerit iuste et potentissime, et protestatus est beato paulo apostolo suo, apparens ei supra splendorem solis lucidior, in via, media die. Idcirco malignissime, spurcissime, miserrime

serrime

ferrime satana et immundissime spiritus: iam tertio exorcizate et adiurate in nomine omnipotentis et summi imperatoris nostri iesu christi: vt recedas ab hoc famulo dei. N. et ab omni loco creaturarum eius. Que nam societas lucis ad tenebras: et christi ad belial? Et nunc cum velut alter pharao induratus, non nos tantum seruos et ministros eius sed mandata summi imperatoris dei contumaciter contempseris: idcirco ex parte oipotentis dei sancte et indiuidue trinitatis. vz pa ✠ tris et fi ✠ lij eius domini nostri iesu christi: q dilexit nos: et spiritus ✠ sancti: quē effudit in nos abūde p lauacrū regenerationis: q est inuicte virtutis: et insupabilis imperij: semp magnificus triumphator: q diabolice dominationis vires reprimit, et potenter expugnat: q te refugam et immundum spiritum diabolū et demonē infernalē cū socijs demonibus supbissimis gehenne deputauit incendijs. Et tibi iterū precipi ✠ mus, anathema ✠ tizam⁹: et exorci ✠ zam⁹: vt recedas velociter absqz offensa alicuius presentium, vel absentiū: sup quos inuocatum est nomē gl'iosum summi impatoris dñi nr̄i ie ✠ su chri ✠ sti: vt recedas ab hoc famulo dei. N. vel loco: vel monasterio: vel territorio huius patrie: et vadas in locum desertum: ita q̄ de cetero non presumas ad ipsum accedere: nec corpus eius interius vel exterius per maleficia tua aberrare: neqz ad locum istum appropinquare inquietare vel molestare ipsum: vel aliquem vel aliquos hic habitantes: a planta pedis vsqz ad verticem. Per virtutez eiusdez domini nostri iesu christi. Qui vēturus est iudicare viuos et mortuos.

Item eadem authoritate eiusdem summi imperatoris et inuicte virtutis eius: qui te refugam atqz apostatam diabolūz gehenne deputauit: et in virtute totius curie celestis. s. intemerate semper virginis marie beatissime matris vnigeniti filij dei et saluatoris nostri: et oīum celestium beatorum ordinum: et triplicis hierarchie. s. seraphin, cherubin, thronorum, dominationum, virtutum, potestatum, principatuū, archangelorum et angelorūz: qui semper vident beatissimam faciem patris omnipotentis in celis, et patrum nostrorum patriarcharum, prophetarum, santissimorūz apostolorum petri et pauli, et aliorum apostolorum, martyrum, cōfessorum, atqz sanctarum virginum: et omniuz electorum eius, p̄cipue autem beatissimorum patronorum nostrorum. vz beati dñici patris nostri, gloriosi petri martyris, beati thome, beati vincentij: beati antonij epi et confessoris: et beate catherine de senis, et officij mei sacerdotalis: cuius ministerio in sacrificio altaris verum cor/

pus ⁊ sanguis christi conficitur omnipotenti virtute dei nostri: tē refugam apostatam miserrimū immundū spūm ⁊ diabolum in his scriptis excōicamus, ⁊ excōicatum decernimus: orantes oīpotētē deum nostruꝫ: a cuius domicilio miserrime: cum diceres cuꝫ principe tuo in celum conscendam, cecidisti, ⁊ ex angelo effectus es immundus diabolus ⁊ satanas: vt per merita passionis sue ⁊ iustitiam ipse deus ⁊ dominus noster iesus christus: qui dilexit nos: ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: p contēptu maiestatis sue iuste tibi retribuens: ⁊ per merita ⁊ intercessioneꝫ oīuꝫ super noꝝ ciuiuꝫ mittat angelū lucis sanctū ⁊ bonū: qui te contemptorē sanctissimi noīs ⁊ vexilli summi imꝑatoris cathenis igneis alligatum: quotiescūqꝫ ad hunc famulum dei. N. vel locū ei⁹ ꝑsumpseris appropinquare: tradat in abyssum inferni: ⁊ in locuꝫ ignis ardentis sulphuris: vbi ante diem extremi iudicij excrucieris die ac nocte: ⁊ fumus tormentorum tuoꝝ ascēdat in secula scl'oꝝ. Amē.
In nomine pa✠tris ⁊ fi✠lij ⁊ spiritus ✠sancti. Amen.
In quoꝝ fidem ego presbyter. N. de tali loco, minim⁹ seruulus seruorum dei ⁊ indignus sacerdos, eiusdeꝫ summi imperatoris ⁊ saluatoris nostri iesu chri presentem excōicationem ⁊ exorcismum contra te satana imunde manu propria conscripsi, vel scribi feci: ⁊ sigilli quo vtor impressione muniri. Anno ab incarnatione eiusdem saluatoris nostri. M. ccccc. die mensis.
Qui non diligit dominum Jesum anathema sit. Amen.

Explicit exorcismus.

¶ Incipit exorcismus contra demoniacos ⁊ maleficiatos ⁊ incantationes ⁊ facturas ⁊ domos a demonio vexatas Optimus.

IN nomine sancte ⁊ indiuidue trinitatis contra omnes maleficiorum vanitates ⁊ incursus demonum signum sancte crucis ✠saluatoris nostri Jesu Christi tolle potestatem: tolle impetum satane ⁊ angelorum eius: ⁊ non permittas nocere isti creature dei. N. sed vadant in loca arida. Memento nostri domine sicut iurasti patribus nostris abraham, isaac ⁊ iacob: vt inde exeant ⁊ recedant ab hac creatura dei. N. ⁊ vadant in loca arida ⁊ sterilia inaquosa ⁊ inhabitabilia. Vade retro satana cum angelis tuis apostaticis. Per eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. ⁊c.

COniuro vos ✠angeli tartarei per eum, qui vos eiecit de superno celorum habitaculo: q fertis malum contra genus humanum.

mantum. Adiuro ✠ vos per quatuor euangelistas, ⁊ per tremen-
dum diem iudicij: ⁊ per terribilem iudicem. Et adiuro vos per
nomina sacratissima omnipotētis dei. vz. Messias ✠ Sother ✠
Emanuel ✠ Sabaoth ✠ Adonay ✠ Unigenitꝰ ✠ Uia ✠ Ui-
ta ✠ Ueritas ✠ Omousion ✠ Principium ✠ Primogenitus ✠
Sapientia ✠ Fons ✠ Origo ✠ Paracletus ✠ Mediator ✠
Agnus ✠ Ouis ✠ Alpha ⁊ o ✠ Caput ⁊ finis ✠ Simul vocita
tus ✠ Serpens ✠ Aries ✠ Leo ✠ Uermis ✠ Uerbum ✠
Splēdor ✠ Lux ✠ Imago ✠ Gloria ✠ Sol ✠ Panis ✠ Flos
✠ Uitis ✠ Mons ✠ Ianua ✠ Terra ✠ Lapis angularis ✠
Sponsus ✠ Pastor ✠ Propheta ✠ Sacerdos ✠ Athanatos
✠ Yschiros ✠ Pantheon ✠ Eleison ✠ Aquila ✠ Tetagrāma-
ton ✠ Dominus iesus christus. ✠ Per nomina ista sacratissima
adiuro ✠ vos ⁊ contestor angeli satane: ita presentes sicut absen-
tes: ita absentes sicut pn̄tes: vt exeatis ⁊ recedatis cum maleficijs
⁊ iniquitatibus vestris ab hac creatura dei. R. ⁊ eatis ad deserta
loca ⁊ arida: vbi non aratur nec seminatur, nec nomen domini in-
uocatur nec nominatur: nequādo in die iudicij ante tribunal chri-
sti venientes dicatis: nullus nobis contradixit: nullus nos coniu-
rauit. Ego vero ex parte omnipotentis dei scē ⁊ indiuidue trini-
tatis: vz patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti, coniuro vos ⁊ contradico
vobis: vt exeatis de corpore ⁊ de membris istius creature. Uobis
etiam cōtradicit ipse pr̄ domini nr̄i iesu xp̄i. Qui vēturus est iudi-
care ⁊c. Increatus ✠ pr̄. Increatus ✠ filius. Increatus ✠ spūs
sanctus. Immēsus ✠ pr̄. Immēsus ✠ filius. Immensus ✠ spūs
sanctus. Eternus ✠ pr̄. Eternus ✠ filius. Eternus ✠ spūs scūs.

EGo coniuro vos demones p pa ✠ trem: ⁊ p fi ✠ liuz: ⁊ p spi-
ritum ✠ scm̄: p angelos: ✠ p archangelos: ✠ p thronos: ✠
⁊ dominationes: ✠ principatus: ✠ ptāes: ✠ cherubin: ✠ ⁊ sera
phin: ✠ ⁊ virtutes celorum: ✠ ⁊ p recuperationē aiarū: ✠ ⁊ per
omnia mirabilia, que fecit dn̄s in celo ⁊ in terra: vt noīa vestra ma
nifestetis: ⁊ inde exeatis cū iniqtatibꝰ vestris ⁊ maleficijs vestris.
Per eū qui vēturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ sclm p ignez.

COniuro vos malignos spūs per virtutē dei omnipotentis: ⁊
sanctissimum ⁊ dulcissimuz lac: ⁊ sacrosancta vbera virginis
Marie: que lactauerunt Iesum christum dn̄m nostruz filiuz dei:
vt dicatis mihi quomodo intrastis in corpore siue in persona hu-
ius creature dei. R. Et cito inde exeatis. Per eum qui ventu-
rus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignē. R. Amē.

¶ Si diabolus responderet, et diceret: quod sit anima alicuius defuncti: non ei credas, quia est hereticus, sed insta quod dicat nomen proprium: quod habuit ab initio: quando fuit expulsus de celo. Pete etiam cuius ordinis erat: et nomen sui superioris: et qua de causa intrauit in illud corpus. Et coniura ipsum: quod non discedat sine tua licētia: et quod cogatur dare signum sue egressionis dimittendo personam oppressi liberam et expeditā: sicut erat in illa hora: quando fuit baptizata. ¶ Coniurationem sequentem dicat sacerdos cum magna efficacia: et repetat eam sicut ei videbitur. Et quoties ei repetit, penam augeat et accrescat.

Precipio ex parte sanctissime trinitatis pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti: et per merita sacratissime passionis domini nostri Jesu ✠ christi: et per merita omnium sanctorum et sanctarum qui sunt in paradiso: quod si datum fuit aliquid per maleficium ad comedendum vel bibēdum huic creature dei. R. Aut si vos maledicti diaboli portastis in corpore suo: aut composuistis aliquid in eodem: non habeatis facultatem vel potestatē vel virtutem conseruandi illud agitandi vel mouendi: et quod ammoueatis ipsaz facultatez ptā tez et virtutē, et qd̄ cogamini dissipare oēm laqueū, noduz, et cōpositionem, que fuissent in p̄dictis rebus: et q̄ sitis astricti et cōpulsi ea disiungere, separare, et remouere a visceribus ✠ ab intestinis ✠ et ea p secessuz emitti facere deorsum sine aliqua lesione aie et corporis istius creature dei. R. Rursuz vobis diabolis si p̄sentialiter estis in hoc corpore: precipio vobis ex pte sctissime trinitatis pa ✠ tris et fi ✠ lij et spūs ✠ sācti: q̄ nō habeatis facultatē standi, morādi, abscōdēdi vos in aliqua parte corporis huius creature dei. R. nec in quatuor humorib9. vz. sanguine ✠ cholera ✠ phlegmate ✠ et melācolia: ✠ nec ī carne ✠ nec in ossib9 ✠ nec ī medullis ✠ nec in neruis ✠ nec ī venis ✠ nec in oībus iūcturis corporis ✠ nec in pedib9 ✠ nec in suris ✠ nec in tibijs ✠ nec in laterib9 ✠ nec in renib9 ✠ nec subtus renes ✠ nec supra renes ✠ nec in dorso ✠ nec in spatulis ✠ nec ī brachijs ✠ nec in manibus ✠ nec in vnguibus ✠ neque in corde ✠ neqz in hepate ✠ nec ī splene ✠ neqz in īterioribus ✠ neqz in pulmone ✠ nec in ītestinis superioribus vel inferiorib9 ✠ maioribus vel minoribus ✠ nec in vetre ✠ nec in stomacho ✠ nec in pectore ✠ nec in gutture ✠ nec in collo ✠ nec in facie ✠ nec in mēto ✠ nec in maxillis ✠ nec in dētibus ✠ nec in gēgiuis ✠ nec in lingua ✠ nec subtus linguam ✠ nec supra linguā ✠ nec in palato ✠ nec in

naſo ✠ nec in oculis ✠ nec in auribus ✠ nec in cerebro ✠ nec in
panniculis cerebri ✠ nec in arterijs ✠ nec fecibus corporis ✠ nec
in alijs rebus vel locis corporis, vel extra corpus ✠ neqꝫ intrin/
ſece ✠ neqꝫ ſuperficialiter ✠ nec in capillis ✠ nec in pilis ✠ nec
in veſtimentis ✠ nec in genitalibus ✠ nec in ano ✠ nec in teſticu
lis ✠ nec in vmbilico ✠ neqꝫ in eiꝰ circūſtantibus ✠ neqꝫ in alijs
locis, ad que ire habeat aut ſtare ✠ ſed inuiti ⁊ vi ⁊ virtute dei cō
pulſi nūc cogamini vos manifeſtare: ⁊ in illis partibus in quibus
eſtis aliquam leſionem facere in ſignum preſentie veſtre. Item
precipio vobis ex parte ſanctiſſime trinitatis patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊
ſpiritus ✠ ſancti: quod diſcedatis ex omnibus partibus iſtius
corporis. N. creature dei vbi eſtis a planta pedis vſqꝫ ad verti/
cem: ⁊ quod fugiatis extra ipſum corpus fugiendo per illam viā,
que ſit magis libera ⁊ expedita, ſicut per os ſtomachi, per pectus,
per guttur, per os cū ſigno manifeſto ꝙ fugiatis extra corpus ſuū.
Item vobis precipio ex parte ſanctiſſime trinitatis: patris ✠ ⁊
filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: ꝙ non habeatis poteſtatem accipiendi
adiutorium vel ſuccurſuꝫ ab alijs demonibus vel diabolis: nec pe
tendi alios demones vel diabolos in adiutoriuꝫ veſtrum: nec mit/
tere ſeu ponere alios demones in loco veſtro. Et ꝙ cogamini di/
ſcedere taliter quod nunquam nec vos nec alij diaboli habeatis
authoritatem facultatem vel poteſtatem nec virtutem redeundi
nec preſentialiter, nec poteſtatiue nec virtualiter: ſed ſitis compul
ſi ⁊ conſtricti ad eunduꝫ ad loca arida ⁊ ſterilia ⁊ inaquoſa ⁊ inha/
bitabilia, vbi nemini noceatis. Quod ſi ſecus feceritis intēdo pro/
cedere contra vos maledictos diabolos, ⁊ dare ⁊ fulminare con/
tra vos omnes excommunicationes ⁊ maledictiones: quas vobis
dare poſſum ex parte ſanctiſſime trinitatis patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpi/
ritus ✠ ſancti. Et etiam intendo vos expellere extra corpus iſtiꝰ
creature dei a planta pedis vſqꝫ ad verticem, per virtutem ſanctiſ
ſime trinitatis: patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: ⁊ per virtutē
ſanctorum angelorum: ⁊ per virtutem totius paradiſi: ⁊ per virtu/
tem omnium inimicorū veſtroruꝫ: quos habetis in celo ⁊ in terra.
Et precipio omnibus magiſtris ⁊ ſuperioribus veſtris ex parte
ſanctiſſime trinitatis: patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpūs ✠ ſcti: quod nūc pre
ſentialiter huc veniāt: ⁊ vos etiā inuiti extrahāt de corpore huius
creature dei. Itē ex parte eiuſdem ſanctiſſime trinitatis patris ✠
⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: eiſdem magiſtris veſtris precipio: qua
tenus vos detrudant in ſtagnuꝫ ignis ⁊ ſulphuris: ad qđ ego vo

dei virtute cōdēno p spatium annorū cētū: a tēpore egressionis ve-
stre de corpore huius creature dei. N. incipiendum. Coniuratio.

Coniuro vos per pretiosissimū sanguinem, q exiuit de latere christi in cruce pendentis: & adiuro vos p gloriosaʒ virgineʒ mariam matrem eiusdem dei & domini nostri Jesu christi: & per millia millium angelorum deo ministrantiuʒ: & per collegiuʒ apostoloruʒ. Coniuro vos etiam per quatuor euangelistas mattheuʒ & marcum: lucam & ioannem: & per septem celos: & per vigintiquatuor seniores: & per diem tremendi iudicij: & per quatuor animalia que assistunt ante thronum dei ✠ & per celum: & per terram ✠ solem ✠ & lunam ✠ stellas ✠ & per eorum nomina ✠ & per sanctos patriarchas. s. abraham, isaac & iacob: vt statim exeatis de corpore: siue de membris & persona istius creature dei. N. & de domo: audito nomine sanctissimo dei tetagrammaton cito procul fugiatis & vadatis in loca, vbi non noceatis aliquibus fidelibus christianis. Per virtutem eiusdem domini nostri iesu christi. Qui vēturus est iudicare viuos & mortuos & seculū per ignē. R. Amē.

Adiuro vos demones per patrem ✠ & filium ✠ & spiritum ✠ sanctum & omnes or ✠ dines angelorum deo ministrantium ✠ & per senatum apostolorum ✠ & per centum quadragintaquatuor millia martyrum: vt amplius nō habeatis licentiaʒ nec potestatem super hanc creaturam dei. N. vel domum eius: fugite miseri & scelestissimi hinc: & defluere vos faciat deus: sicut defluit cera a facie ignis: vt amplius non habeatis potestatem faciēdi vllum dolorem vel timorem vel damnum: nec vllum malum super carnem: nec in carne: nec in membris huius creature dei. N. vel in domo eius. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. R. Amen. Initium sancti euāgelij secundum Joannem. In principio erat verbum. folio. 107.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

Cum natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerūt hierosolymam dicētes. Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus eniʒ stellaʒ eius in oriente: & venimus adorare euʒ. Audiēs aūt herodes rex turbat⁹ est: & oēs hierosolyma cum illo. Et cōgregās oēs principes sacerdotum & scribas populi: sciscitabat ab eis vbi chrīs nasceret. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptū est p pphetaʒ. Et tu bethleem terra iuda nequaꝗ minima es in pricipib⁹ iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meū israel. Tūc herodes

clam

clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle: que apparuit eis. Et mittens illos in bethleem dixit. Jte ꝛ interrogate diligenter de puero: ꝛ cum inueneritis renunciate mihi: vt ꝛ ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos vsqꝫ dum veniens staret supra vbi erat puer. Uidentes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum maria matre eius: ꝛ procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, thus ꝛ myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Gratiam tuam q̄s dñe mentibus nostris infunde: ꝛ illud lumen splendidum cordibus nostris irradia, quod trium magorum mentibus inspirasti. Per chr̄m. ℟. Amen. Coniuratio.

Coniuro vos demones infernales, spiritus malignos per patrem ✠ per filium ✠ ꝛ per spiritum sc̄m ✠ vt nō mentiamini sed dicatis mihi veritatē: q̄s est ille: q̄ debet vos hinc expellere de persona isti⁹ creature dei. ℟. vel de domo eius: vt oēs astātes ītelligant ꝛ audiant veritatē: alioq̄n mittam vos in ꝓfundū inferni in loca penarū magnarū de q̄bus non exibitis: per virtutē dñi nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculuꝫ per ignem. ℟. Amen. Hic repete superiorem coniurationem cum magna fide ꝛ efficacia: ꝛ videbis mirabilia. Coniuratio.

Coniuro vos sp̄us immūdos demones infernales: qui hanc creaturam affligitis: vt faciatis mandata dei: ꝛ nō mittā vos in profundum inferni per patrem ✠ ꝛ filium ✠ ꝛ spiritum sanctū. ✠ Uide miser demon qualiter per potentiam altissimi dei viui ꝛ veri es constrictus ꝛ victus. Jdeo scelerate ꝛ nequissime fuge: non est iam differendi tempus. Quia dominus noster iesus christus vos coartat. Qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen. Pater noster. Aue maria gratia.

Coniuro vos spiritus immūdos. Jn noīe pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ sp̄us ✠ sancti: ꝛ per virtutem ✠ angelorum, sanctoꝝ: ꝛ patriarcharuꝫ, ꝓphetaꝝ, ap̄loꝝ, martyrū, cōfessoꝝ: atqꝫ sanctarū virginum: ita p̄ntes sicut absentes: ita absentes sicut p̄ntes vbicunqꝫ sitis: vt exeatis ꝛ recedatis ab hac creatura dei. ℟. cuꝫ maleficijs ꝛ iniquitatibus vestris: per virtutem dñi nr̄i iesu christi. Qui vēturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum ꝑ ignē. Coniuratio.

Coniuro vos nequissimi spūs per deum patrem ✠ oīpoten/ tez: ⁊ per virtutes celorū: ⁊ per sacrosancta vbera ⁊ lac bea/ tissime virginis marie: que lactauerunt dominum nostrum iesum chrm filium dei viui: vt exeatis de corpore ⁊ membris vel per sona huius creature dei. N. ⁊ de domo eius: per virtutez eiusdem dnī nostri Jesu christi. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignē. Sequentia sancti euāgelij secundū Mattheū.

In illo tempore: Egressus iesus secessit in partes tyri ⁊ sy/ donis. Et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa clama/ uit dicens ei. Misererē mei domine fili dauid: filia mea male a de monio vexatur. Qui nō respōdit ei verbū. Et accedētes discipu/ li eius rogabant eum dicentes. Dimitte eā: quia clamat post nos. Ipse aūt rñdens: ait. Non sū missus nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa venit ⁊ adorauit eū dicens. Domine adiuua me. Qui respondēs ait. Nō est bonū sumere panē filioꝝ ⁊ mitte/ re canibus. At illa dixit. Etiā dñe. Nā ⁊ catelli edunt de micis: que cadunt de mensa dominorū suorū. Tūc respōdēs Jesus ait il/ li. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est fi/ lia eius ex illa hora. ℣. Dominus vo. ℟. Et cū spi. Oremꝰ Orō.

Domine iesu christe clementissime redemptor noster: qui hu/ mano generi innumera beneficia contulisti: te suppliciter de precamur per omnia ⁊ singula dona ⁊ beneficia nobis collata: ⁊ maxime per natiuitatem tuam sanctam: qua ex purissima virgine carne nostre mortalitatis assumpta: huic mundo nasci dignatus es ad salutem: ⁊ per annunciationem, quam angeli fecerunt pastori/ bus: ⁊ per gaudium, quod ipsi habuerunt: ⁊ per circuncisionem tuam sanctissimam: ⁊ per honorem: quem tibi fecerunt illi tres re/ ges ⁊ magi: ⁊ per munera, que tibi obtulerunt, ⁊ per presentatio/ nem tui in templo: per consolationem symeonis ⁊ anne: ⁊ per san ctificationem baptismi tui: per ieiunium quadraginta dierum: ⁊ ꝑ afflictionem ipsorum: per sanctam predicationem tuam: ꝑ opa mi/ raculorū tuorū magnorū: ꝑ liberationē multorū a demone obsesso/ rū: ꝑ lotionē pedum discipulorū ⁊ aplorū tuorū: ꝑ cōsecrationē tui sanctissimi corporis ⁊ sanguinis: ꝑ famē ⁊ sitiz tuā: ⁊ ꝑ acerbissimaz mortem tuā: ⁊ gliosam resurrectionē atqz admirabilē ascensionez tuā: liberare digneris hanc creaturā tuā. N. ab oī ptāte maligni spiritus. Qui vēturus es iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sclm ꝑ ignē.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: ⁊ non audeas nec debeas molestare vel nocere nec vllam lesionez

facere

facere super hanc creaturam dei. N. per virtutem domini nostri Jesu Christi et gloriose virginis marie. Et sicut ipse dominus noster Jesus Christus dignatus est expellere de corpore filie chananee demonem: illam male vexantem et sanare eam, ita sanare et liberare dignetur hanc creaturam suam. N. petentem a te demonio liberari: et per virtutem suam te expellat vt vadas in loco, vbi nulli christiano nocere possis. Quia ipse est qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Coniuratio.

Coniuro te maledicte satana per virtutem domini nostri iesu christi: et omnium sanctorum et sanctaruz dei: vt mihi respondeas et dicas: quis est ille q debeat te hinc expellere: et cede hinc: alioquin mittam te in profundum abyssi cum sequacibus tuis: vt nō noceas alicui creature dei create ad imaginez et similitudinem suā: Imperat hoc tibi idē deus et dominus iesus christus. Qui vēturus est iudicare viuos et mortuos etc. Audi scelerate et maledicte.

Deum q te genuit dereliquisti: et oblitus es dn̄i creatoris tui. Deinde dic ter Pater nr̄ et Aue maria. Hic repete suprapositam coniurationem modo suprascripto. Et si diabolus nomē suum vel nomina sua reuelaret: scribe illud vel illa in cedula: et postea fac ignem nouum: et scripta in cedula nomina illorum spirituum proijce in ignem dicēdo super ignem ista verba. Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem.

Coniuro te creatura ✠ ignis per illum: qui orbem contremiscere facit: q istos spiritus comburas et affligas taliter q sentiant penas importabiles et intolerabiles in virtute domini nostri Jesu Christi: et verbis, que de illo dicuntur: qui orbem tremere facit: in cuius nomine et virtute ego precipio vobis demones, vt exeatis ab hac creatura dei. N. vel ab hac domo: vt amplius non molestetis eam. Per eundem deum et dominum nostrum Jesum christum. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos etc. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Orō.

Domine iesu christe, q voluisti ꝑ mundi redēptione de v̄gine maria nasci: in carne tua sanctissima circūcidi: a iudeis reprobari: a iuda proditore osculo tradi: vinculis alligari: et sicut agnus innocens ad victimā duci: atqz in ꝯspectu anne et cayphe pilati et herodis indecēter offerri: a falsis testibus accusari: a discipulo negari: flagellis opprobrijsqz vexari: spinis coronari: sputis conspui: colaphis cedi: palmis percuti: arundine verberari: clauoꝝ aculeis pforari: i cruce leuari: inter latrones deputari: felle et aceto potari: ab

hominibus blasphemari: lancea vulnerari ⁊ in cruce mori. Tu do
mine per has sacratissimas penas ⁊ passiones tuas: quas ego in/
dignissimus recolo: ⁊ per sanctam crucem ⁊ mortem tuam libera/
re digneris hanc creaturam tuam. N. a miserabili oppressione sa
tane ⁊ ministrorum eius: ⁊ perducere eam digneris ad pristinam
sanitatem fracto vinculo inimici cuiuscunque generis maligni.
Qui venturus es ⁊c. Deinde sepius repete ista verba, que se/
quuntur donec recedant. Sed aduerte q necesse est esse impor/
tunum circa aliquos demones obstinatos ⁊ perseuerare in coniu
rationibus cum magna fide: que maxime in patiente requiritur.

Exorcizo te. N. ĩ nomine dei p̃ris ✠ oĩpotẽtis ⁊ in noĩe iesu
✠ chr̃i filij ei⁹ dñi nr̃i: ⁊ ĩ v̄rtute spũs ✠ sancti: vt fias vas mũ
dũ: scm̃: ⁊ purgatũ ab oĩ labe iniq̃tatis: maleficijs: incãtationib⁹, li/
gationib⁹: signaturis ⁊ facturis. Que oĩa maleficia: ĩcãtationes, li
gaturas: signaturas ⁊ facturas: ĩ corpe tuo, vel circa corpus tuũ fa
cta. In nomine eiusdẽ dei p̃ris ✠ oĩpotẽtis: ⁊ in noĩe iesu xp̃i ✠ fi
lij ei⁹ dñi nr̃i: ⁊ in v̄tute spũs ✠ scti. Ego. N. seru⁹ illius indign⁹
⁊ pctõr authoritate mihi p̃stita dissoluo: ⁊ dissoluta esse decerno: ⁊
p̃cipio tibi maledicte diabole ac socijs tuis: vt amplius nõ habea/
tis ptãtẽ manẽdi in hoc corpe a plãta pedis vsq3 ad verticem: sed
statī3 recedere debeatis: cũ omnibus maleficijs: ⁊ iniq̃tatib⁹ v̄ris.
Per eũ qui vẽturus est. ¶ Oratio dicẽda sup infirmũ3 liberatum.
℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cu3 spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹: q liberare dignatus es hunc fa/
mulum tuu3. N. ab omni vexatione satane ⁊ ministroꝝ ei⁹.
Emitte in eu3 septiformẽ spũ3 sanctũ tuu3 paracletũ de celis. ℟.
Amẽ. Spũm sapientie ⁊ intellect⁹. Amẽ. Spũ3 ɔsilij ⁊ fortitudĩ
nis. Amẽ. Spũ3 sciẽtie ⁊ pietatis. Amẽ. Adimple eu3 spũ timo/
ris tui: ⁊ signa eũ signo crucis ✠ chr̃i in vitã ppitiat⁹ eternã. Amẽ.
¶ Hic agimus gratias sancte trinitati pro liberatione infirmi.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Te patrem ingenitu3, te filiũ vnigenitũ, te spũm scm̃ paracle
tum: sanctã ⁊ indiuiduã trinitate3 toto corde: toto ore cõfite
mur: laudamus atq3 bñdicimus: tibi grãs agentes: q̃ virtute tua
hodie ɔfusus, turbatus, verberat⁹, ac deniq3 expulsus est diabol⁹
cũ socijs suis de hac creatura tua. N. quã p filiũ tuu3 vnigenitum
redimere dignatus es. Queso igit̃ te dñe scẽ: pr̃ oĩps: eterne de⁹ ⁊
sctã trinitas, virtus vna: atq3 indiscreta maiestas: deus nr̃ oĩps: vt
hanc creaturam tuam. N. etia3 custodire: ⁊ defendere digneris.
Per

Per sanctos angelos tuos ab omni incursu satane ⁊ ministrorum eius: ⁊ infunde super eam benedictionem tuā sanctam. Per christum dominum nostrum. Amen. Si accideret ꝙ demon esset ita obstinatus ꝙ propter coniurationes nollet recedere: duc eum ante altare sacramenti eucharistie: ⁊ ibi tenendo tabernaculum sacramenti in manibus, coniura eum. Et noli diffidere: q2 aliquando per tres menses: ⁊ aliquando per annos aliqui non pn̄t liberari. Expedit etiam pbari diuersos exorcismos: dummodo non habeant aliquā superstitionem. Et aliq̄ demones vt dr̄ in euāgelio non expelluntur nisi in oratione ⁊ ieiunio. Jō opʒ non solum coniurare, sed ēt mētal'r orar̄. Dum ergo fuerit coram sacratissimo sacramēto ita cōiurabis. ¶ Maledicti diaboli, qa noluisti obedire preceptis meis, immo verius dei omnipotentis, patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ spiritus ✠ sancti. Nunc contra vos siue presentes, siue absentes, siue absentes, siue presentes: vbicunque sitis: qui hanc creaturam dei vexare presumpsistis: ⁊ presumitis coram sanctissimo ac sacratissimo sacro corporis domini nostri iesu christi. Ego N. fero sn̄iam maledictionis ⁊ excommunicationis ⁊ condēnationis vestre: inquantum autoritas mea se extendit in stagnū ignis ⁊ sulphuris, ob inobedientiā vestrā p annos centū. Maledico: ⁊ percutio: ⁊ eijcio: ⁊ excōico: ⁊ condēno vos maledicti diaboli in virtute sanctissime trinitatis pr̄is ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ spirit⁹ ✠ scti. R. Amē. Repete p̄dicta verba. ¶ Maledicti ⁊ excōicati per infrascriptas noīationes rn̄dētibus circūstātibus. Amen. Thronorū, dn̄ationū, pricipatuū, potestatū, virtutum, cherubin, seraphin, patriarchaꝝ, ꝓphetarum, aplorū, martyrū, cōfessorū, virginū, cōtinentiū, dn̄i nostri iesu chr̄i, beate semper virginis Marie, sancti cypriani, bonophrij, zenonis, geminiani, vbaldi, hieronymi, ioannis baptiste, iuliane, iustine, margarite, oium sctōꝝ ⁊ sanctarū dei. Maledico ⁊ percutio ⁊c. vt supra. Per authoritatem sedis aplice. ⁊ predicta verba Maledico ⁊c. repetenda sunt vsq3 ad finem maledictiōis.

Per passionē christi: p colūnā ad quam ligatus fuit christus: p coronā spineā christi: p purpurā christi: p sacratissimā crucem chr̄i: p clauos quibus affixus fuit chr̄s in cruce: p spongiā in qua acetū ⁊ fel data sunt chr̄o: p lanceam que aperuit latus chr̄i: per opprobria quib⁹ affectus fuit chr̄s: p illa verba, que dixit chr̄s in cruce: per conuersionem latronis existentis in cruce, per sepulchrū chr̄i, per resurrectionem chr̄i: p apparitionē chr̄i: p ascensionē christi in celum: per missionē spūs scti in discipulos: per institutionē sancti

baptismatis in quo saluamur: per sanctum oleum chrisma: per sanctum oleum exorcismorum: per sanctum oleum infirmorum: per mysteria sancte misse: per sanctaz confessionem in qua liberamur de potestate vestra: per sacratissimum ac sanctissimum sacramentuz: videlicet corpus domini nostri iesu christi: per cetera sacramēta ecclesie sancte: per omnes exorcismos ecclesie sancte: q ad hoc vsqz tp̄s inuēti sunt: ⁊ p illos qui sunt inueniendi: p oia verba scā diuine scripture: que sunt contra vos: ⁊ valent ad expellendū vos de corporibus hominum. Maledicant: ⁊ percutiant: ⁊ eijciant vos omnes inimici vestri diaboli ⁊ magr̄i vestri: ⁊ maxime princeps vester satanas. Maledicti estote ⁊ cruciemini in hoc corpore ⁊ extra: in aere, in aqua, in terra, ⁊ vbicūqz futuri estis: ⁊ patiamini penas importabiles ⁊ afflictionem nimiam: nisi statim recedatis de corpore istius creature dei. R. ¶ Nota q̄ facture ⁊ res, que inueniuntur in lectis, comburende sunt, coniurando ignē modo superscripto: adiungēdo ista verba, q̄ istas facturas ⁊ malignos spūs, per quos cōseruantur insimul cōburas: ⁊ in fine ab illis creaturis dei sup q̄s scā erat. Et simul leges. ps. Exurgat deus. 181. Qui ps. est tante virtutis q̄ ex eius continuatione q̄dā psone ipsuz omni die cū fide dicendo ⁊ deuotione a demonio fuerit liberate.

Maledicti ⁊ excommunicati ⁊ blasphemi sitis in pena eternali: ⁊ nulla requies sit vobis si statiz nō eritis obediētes meis mandatis: in virtute dei ⁊ domini nostri iesu christi: ⁊ verbis, que dnr̄ de illo: qui orbem contremere facit: in cuius nomine ⁊ virtute vobis precipio vt statiz recedatis ab hac creatura dei. R. ⁊ domo eius in virtute verborum istorum Messias ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Sabaoth ✠ Adonai ✠ Athanatos ✠ Yschiros ✠ Eleison ✠ Tetragramatō ✠ Dominus iesus christus ✠ Per ista nomina ⁊ omnia supradicta a principio cōiurationis vsqz nūc, vos male ✠ dicimus. Vos ↄstrin ✠ gimus. Vos priua ✠ mus. Vos expel ✠ limus. Vos perpetuo relega ✠ mus: ⁊ anathema ✠ tizamus: ⁊ in stagnum ✠ ignis ⁊ sulphuris ardētis mittimus. Ite, ite, ite maledicti in ignez eternū. Ite statim ⁊ recedatis hinc ⁊ vadatis ad loca vestra vobis deputata: ⁊ statim recedatis hinc ⁊ de cetero huc non accedatis. Imperat vobis deus ✠ pater. Imperat vobis deus ✠ filius. Imperat vobis deus ✠ spiritus sanctus. Imperat vobis scā trinitas ✠ vnus deus. Imperat vobis dominus noster iesus christus. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculuz per ignē. R. Amē. ¶ Explicit exorcismus.

¶ Oratio

Oratio deuotissima ad remouendum tempestatem.

Diuro vos angeli tartarei per patrem, & filiū, & spiritum sanctum: & per illam lanceam ✠: coniuro vos, qua dñs noster Iesus Christus fuit vulneratus in cruce: & per illos clauos qui membra dñi perforauerunt: & p illā aquā & sanguinē qui de latere Christi effluxit: & per illam spineam coronam, quæ in capite dñi nostri Iesu Christi posita fuit: & per sanctam resurrectionem eius: & ascensionem: & per gratiam sancti spiritus ✠ coniuro vos spiritus maligni, ut non habeatis virtutem neq; potestatem super campos nostros aliquid malefacere ✠ coniuro vos maligni spiritus per patrē dñi nostri Iesu Christi, & omnes sanctos eius ✠ coniuro vos per sanctā Mariam matrem domini nostri Iesu Christi & per sanctum Michaelem: & sanctum Gabrielem: & sanctū Raphaelē ✠ coniuro vos & contradico vobis per istas coniurationes: vt non habeatis potestatem in nubibus cœli nobis nocere: neque in laboribus: neq; in vineis nostris: neq; in ista prouincia: vt non habeatis potestatem super populum Christianum fundere tempestatem ✠ adiuro vos per sanctum Petrum: & per sanctum Paulum: qui suis orationibus deiecerunt Simonem Magum: & per sanctum Andream: & & per sanctum Ioannem: & per sanctum Bartholomęum, & per quatuor euangelistas: sanctū Matthęū: sanctum Marcū: sanctum Lucam: & sanctū Ioannem: ✠ vos coniuro per cōmunionem & societatem sanctorum ciuium Christi: & per duodecim millia legiones Angelorum: & per vigintiquatuor Seniores: & omnes virtutes Angelorū: & p septem Thronos: & per septem candelabra Christi: & per septem donationes: & per septiformem gratiam Dei: & per singula merita singulorum: & per agnum Dei immaculatum Iesum Christum: cui est honor & virtus: & per omnes Angelos qui stant in paradiso: ✠ coniuro vos per verum Deum viuum cœli: & per Deum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum: & per Deum Martyrum: & per Deum Confessorum: & per Deum Virginum: vt non habeatis potentiam neque virtutem in nubibus cœli nobis nocere: neque flagellare super campos nostros: sed in loca deserta: vbi non arans arat, nec seminans seminat. Amen. ✠ Amen. ✠ Amen. ✠ Oratio.

Eus, qui beatæ Brigidæ virgini inimicos superare concessisti: præsta nobis famulis tuis: vt intercedentibus eius oratione atque meritis ab omni ira tempestatis liberari valeamus. Per dominum nostrum &c. ✠ Increatus pater. ✠ Increatus filius. ✠ Increatus spiritus sanctus. ✠ Hagios. ✠ Hagios. ✠ Hagios. Ecce cru ✠ cem domini: fugite partes aduersæ: vicit leo de tribu Iudas radix Dauid: alleluia: ✠ alleluia: ✠ alleluia. ✠ Dixit dominus ex Basan: conuertam, conuertam in profundum maris: domine Iesu Christe, qui cœlū & terrā fundasti: & flumen Iordanis benedixisti: & in eo loco baptizari voluisti: bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare pro tua pietate digneris has nubes: quas video ante me positas, vt deficiant, & transeant in aquam sanctam, & benedictam: & tempestatem faciant in locis desertis: vt non noceant aliquibus personis domesticis Christianis: neque domesticis afalibus: neq; agris: neq; fructibus: virtute spiritus sancti: & oratione beatæ Brigidę virginis: & omniū sanctorū & sanctarū Dei. Amen. ✠ In nomine Christi. Amen. ✠ Emanuel. ✠ Paracletus. ✠ Sabaoth. ✠ Ischiros. ✠ Athanatos. ✠ In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lii, & spūs ✠ sancti. Amē.

Sermones aliqui per sacerdotem plebibus suis certis diebus festiuis in ecclesia missarum solemniis faciendi ad earum instructionem & exhortationem.

In natiuitate Domini nostri Iesu Christi. Dicto offertorio in missa sacerdos conuersus ad populum in hunc vel similem modum ipsum alloquatur.

In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

Vangelizo vobis gaudiū magnū: quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator: qui est Christus dominus in ciuitate Dauid Lucæ.ii.cap. Si recte consideremus dilectissimi ex multis quidem aduertere possumus, & oculata fide percipere: quantū debeamus & obligatissimus dño Deo creatori, saluatori, & redemptori nostro: præ sertim autē considerantes huius sacratissimæ diei solēnitatē, qua sancta mater ecclesia ad memoriā adducit illud singulare remediū: q̃ Deus omnipotens in salutem nostram operari dignatus est: quia hodierna die vnigenitum suum a se æternaliter genitum consubstantialem coomnipotentem Deū verū: humana carne de sacratissima virgine sine aliqua macula vel sorde peccati spiritus sancti virtute assumpta: temporaliter nasci voluit ad nostrā salutem operandam: & ad eruendū nos de infinitis malis, quibus eramus oppressi. Eramus.n. serui omni libertate priuati: & sub iugo diabolicę & crudelissimę captiuitatis astricti. Eramus vulnerati & infirmi peccatorum & scelerum iaculis. Eramus demum exules a cœlesti patria, & infernalibus claustris mancipati. Et ab his omnibus per hanc sacratissimam natiuitatem sumus liberati. Eramus, inquam, primo serui & omni libertate priuati propter peccatum primi parentis nostri: & in nos diabolus impiam tyrannidē exercebat: nec vlla humana virtute poteramus liberari: & ideo venit ad nos dñs noster Deus verus, & homo verus: qui hodie natus ex virgine sacratissima a tali nos seruitute liberauit. Vnde apostolus Paulus ad Gal.iiii.cap. dicit. Misit deus filiū suū factū ex muliere factū sub lege: vt

nes qui sub lege erant redimeret.s.a miserabili seruitute. Et Esaie.xxvi cap. Dñe deus noster possederũt nos dñi.s.diaboli absq; te:propterea visitasti supple humanũ genus & contriuisti eos.s.dæmones. Eramus secundo vulnerati,& sauciati,ac infirmi vulneribus peccatorũ,& debilitati iaculis peccatorum: & morbis malarũ operationũ & inclinationũ:nec bonũ facere poteramus ꝑpter infirmitates nostras. Gen.vi.cap. Sensus & cogitatio humani cordis ad malũ prona sunt ab adolescentia sua. Venit ergo de cælo singularis medicus:qui vnctione misericordiæ suæ & gratia sua nos sanauit,solidauit,& roborauit ad faciendũ Bona opera:& oleo misericordiæ suæ nos perunxit.ps. Misit verbũ suũ.i.filiũ suũ,& sanauit eos.s.homines. Vnde beatus Bernardus in sermone de vigilia natiuitatis dñi dicit. Iesus Christus filius Dei in Bethleem Iudæ nascetur. Vos qui in puluere estis expergiscimini & laudate. Ecce dñs cum salute venit: venit cum vnguentis: venit cum gloria. Neq;.n.sine salute Iesus: neq; Christus sine vnctione:nec sine gloria venit filius Dei. Siquidem ipse salus:ipse vnctio:ipse gloria. Eramus tertio exules a cœlesti patria:& paradisi porta clausa erat omnibus hominibus propter inobedientiam Adæ:nec vllus poterat eam introire. Venit ergo dominus noster:qui deuicta morte ianuam paradisi omnibus credentibus & bene operantibus patefecit:& cœlestis regni hæredes nos fecit. De his beatissimus Leo papa in sermone huius diei sic inquit. Quisquis igitur Christiano nomine pie,& fideliter gloriaris: reconciliationis huius gratiam iusto perpende iudicio. Tibi.n.quondam abiecto,tibi extruso a paradisi sedibus:tibi per exilia longa morienti:tibi in cinerem & puluerem dissoluto:cui iam non erat spes vlla viuendi per incarnationem verbi potestas data est: vt de longinquo ad tuum reuertaris authorem:recognoscas parentem:liber efficiaris ex seruo: de extraneo proueharis in filium:vt qui ex corruptibili carne natus es:ex Dei spiritu renasceris: & obtineas per gratiam quod nõ habes per naturã. Hęc tria charissimi proposita verba breuiter cõtinent:quia natus est nobis saluator:qui nos ab inimicis liberauit:quia natus est Christus qui vnctione misericordiæ suæ nos a peccatis sanauit:interpretatur enim Christus vnctus:quia natus est nobis dñs.s.vniuersorũ:qui dedit nobis per gloriam suam,per æternam beatitudinem. Ideoq; suscipere debemus gaudiũ magnũ: quod nobis hodie Angelus euangelizauit.sicut dicit sanctus Leo papa. Saluator noster dilectissimi hodie natus est gaudeamus. Neq; enim locum fas est esse tristitiæ:vbi natalis est vitæ: quæ consumpto natiuitatis timore ingerit nobis de promissa æternitate lętitiam. Nemo ab huius alacritatis participat one secernitur:vna cunctis lætitiæ cõmunis est ratio. Hoc aũt gaudiũ erit perfectum:si non in vanitate & mundanis:sed in dño gaudebimus:ipsum laudantes:& has celebritates cum deuota meditatione tanti beneficii recolẽtes: iuxta doctrinã præfati sanctissimi pontificis:qui in sermone huius diei sic dicit. Agnosce o Christiane dignitatem tuam: & diuinæ consors factus naturæ noli in veterum vilitatem degeneri conuersatione redire. Memento cuius capitis & cuius sis corporis membrũ. Reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum translatus es in Dei lumen & regnum:per baptismatis sacramentũ:Spiritus sancti factus es templũ. Noli tantũ habitatorẽ prauis de te actibus effugare:& diaboli te iterum seruituti subiicere: quia pretium tuum sanguis Christi est:qui veritate te iudicabit:qui misericordia te redemit. Qui cum patre & spiritu sancto nobis hic gratiam suam concedat: & in futuro æternam gloriam. Amen.

¶ In festo Epiphaniæ cantato euangelio Diaconus pronunciat futurum Pascha solemniter cantando prout supra. folio.249. Et postea in vernacula vel vulgari lingua ipsum Pascha: & alia festa mobilia declarat & pronunciat modo infrascripto vel simili: videlicet.

CHarissimi superioribus diebus celebrauimus gloriosissimam solemnitatem natiuitatis Dñi cum gaudio & lætitia spirituali:nunc aũt quia instant solemnia in quibus dñs Deus saluator noster nostrã est operatus salutem:ad quæ nos debemus diligenter præparare: Ideo sancta mater Ecclesia catholica statuit & ordinauit: ꝙ hodierna die talia festa pronunciarentur:quia non semper eisdem diebus contingunt: sed omni anno variantur: & hoc fit vt solemnitas paschæ semper in die dominico celebretur. Et quia ad festũ paschæ:quædã sunt solemnitates quæ præcedunt ipsum,& quædã quæ sequuntur,ipso eas omnes vobis integraliter pronunciabimus vt eas seruare & celebrare valeatis secundũ rationem:qua a sanctis patribus fuerunt institutę. Imprimis die tali N. talis mensis N,erit dominica in Septuagesima: & sabbato præcedenti quod ab aliquibus vocatur pœnitentium: ad denotandum ꝙ tempus solẽnis pœnitentiæ tunc deberet incipi: sicut antiquis temporibus fiebat:& tali die prohibetur solẽnitas,seu traductio nuptiarum; & durat tale impedimentum vsq; ad octauas paschæ inclusiue: & licet etiam tali tempore contrahere sponsalitia,non prohibeatur tamen nuptias solẽnizare:aut benedicere:aut vxorẽ traducere inhibetur. Quę tempora in pœnitentia deberẽt seruari:quia in his ecclesia cõmemorat tempus præuaricationis Adæ: & cantica lætitiæ interdicit.s. Alleluia:& alia quæ tunc tẽporis interdicuntur: vt populus Christianus abstineat a malis operibus fieri solent.s.tempore carnispriuii. Subsequenter.xviii. die post Septuagesimam erit dies cinerum:siue caput ieiunii:siue prima dies quadragesimæ:quæ erit hoc anno die N.mensis N.in quo debetis considerare fragilitatem vestram: & humilitate suscipere cineres super capita vestra:& qui possunt debent om-

hi die exceptis dñicis ieiunare vsq; ad sanctū pascha. Quo tempore debetis vos disponere ad bonū: odio relinquere mala ablata restituere: eleemosynas plus solito facere; & ecclesias, prædicationes & indulgentias libenter visitare: audire, & inquirere. Et vt sitis magis capaces: & vt meritorie talia bona facere possitis in principio quadragesimæ omnia peccata vestra confiteamini integraliter. Subsequenter die tali N. mensis N. erit sanctum Pascha: quod dñs sua gratia vos lætanter & cum pura conscientia celebrare & sacratissimū sacramentū digne suscipere concedat. Post trigesimū sextū diem a Pascha. s. trigesimoseptimo sunt dies Rogationū: in quibus fiunt processiones generales pro ira Dei placanda: & pro conseruatione frugū & hoc anno incipient die N. mēsis N. Quadragesimo die a paschate est festū Ascēsionis: qđ erit die N. mensis N. Et post dies decem erit festū Pentecostes: in quo dñs misit spiritū sanctū in apostolos: quod erit die N. mēsis N. Ad qđ debetis vos humiliter preparare: vt gratiā sancti spūs recipere possitis. Sequēti dominica erit festum sanctissimæ Trinitatis. Et feria. v. idest die iouis sequenti erit festū sacratissimi corporis Christi: quod erit die N. mensis N. Demum initium aduentus dñi. s. prima dominica aduentus dñi erit die N. mensis N. Hæc sunt charissimi tempora & hi dies: in quibus festa huius anni concedente dño celebrabuntur. Et licet transeant omnia quæ temporaliter festiue celebrantur curare tamen debemus: ita eas celebrare: vt in earum celebratione apud Deum aliquid adispiscamur. Curate ergo vos qui huiusmodi solemnitatibus interestis; ne ab æterna solemnitate separemini. Quid enim vobis proderit interesse festis hominum: si contingat deesse festis angelorum! Præstet concedatq; vobis dñs tales celebritates sancte & pure celebrare: vt ad perpetuas celebritates peruenire valeatis. Præstante domino nostro Iesu Christo: qui hic gratiam suam & in futuro gloriam nobis sua benignitate concedat. Amen.

¶ In die sancto Paschæ sacerdos in missa post offertorium conuersus ad populum poterit ita cum alioqui: vel aliter: vt placuerit ei.

HAec dies quam fecit dñs: exultemus & lætemur in ea. ps cxvii. Hodie dilectissimi est festū Paschæ. s. Resurrectionis domini nostri Iesu Christi. Pascha enim transitus dicitur: & dñs noster Iesus Christus transiuit de morte ad vitam gloriosam & sempiternam. Et licet festa alia. s. enunciationis, natiuitatis, & passionis dñi: quia in his recepimus maxima beneficia: quia in primo incarnatus est: in secundo manifestatus: in tertio nos suo pretioso sanguine redemit: sint summe veneranda: in festo tamen Resurrectionis magis tenemur Deo gratias agere: quia in eo habuimus certam securitatem vitæ æternæ. Et propterea debemus gaudere & lætari in ea: quia hæc dies quā fecit dominus securitatis & certitudinis salutis nostræ. Est autem multiplex ratio: quare debemus in hac die exultare & lętari. Prima quia nos satiauit hodie suo sacratissimo corpore & sanguine quia famelicus valde gaudet bona comestione. Quam pretiosa aūt sit comestio quā hodie sumpsimus: ex hoc apparet, quia ibi est pretiosissimum corpus anima & diuinitas domini nostri iesu Christi: in quo significatur status beatitudinis, in qua dabit seipsum inseparabiliter & inamissibiliter & immediate visibiliter. O quale donum vbi Deus dat seipsum: in quo est omne quod desiderari potest, & nunquam recipiens digne, poterit esse pauper. O quam vere pauper est, qui tali cibo non est cibatus, quia non suscipit vitā gratiæ, quę in tali sacramento est. Secundo debemus gaudere, quia de inferno nos liberauit, quia descēdens ad infernum contriuit portas ęreas & vectes ferreos confregit. ps. cvi. Portæ æreæ inferni sunt cupiditates & vitiosæ consuetudines hominum: quæ nō sinunt clausos in eis exire. Sed Christus tanquā alter Sanson apprehendit ambas fores idest cupiditates & malas consuetudines: & eas super se tulit, eas sua passione delendo, & ipse ascendit in monte. s. cœlum empyreum. Iudicum. xvi. Tertio debemus gaudere propter Resurrectionem suam: quia in ipsa dedit nobis certitudinem cognitionis. Nam multum gaudet qui desideratum videt. Ante resurrectionem Christus erat absconditus quo ad diuinitatem sub velo humanitatis, ideo non poterat cognosci, sed hoc die apparuit eius diuinitas in resurrectione gloriosa. Ioan. xii. cap. Hoc non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus, recordati sunt, quia hæc scripta erant de illo. Quarto debemus gaudere & lætari in eius resurrectione: quia per eam ianuam cœli nobis aperuit, & sibi & sanctis angelis sociauit. Multum autem gaudere debent: qui ad societatem principum deducuntur. Non solum autem ianuam cœli aperuit, sed etiam quatuor dotibus insignibus corpus nostrum dotabit. s. subtilitatis: agilitatis: charitatis: impassibilitatis, & immortalitatis, quas omnes eius corpus post resurrectionem habuit, quas dotes etiam nos habebimus, si eius mandata seruauerimus, quia tales vult apud se habere & glorificare. Hæc omnia a sanctis Doctoribus clarissime declarantur, quæ breuitatis causa pertransco. Igitur hodierna die debemus exultare & lætari, quia dominus eam fecit. Et notādum ꝙ dominus hāc die suę resurrectionis apparuit decem generibus personarum: quæ figurant personas, quæ digne erunt in æterna glorificatione. Primo pœnitentibus scilicet. Mariæ Magdalenæ peccatrici, sed pœnitenti. Ista apparitio fuit figurata in manna. Exodi. xvi. Cap. Vbi dicitur ꝙ apparuit manna in solitudine minutum & quasi pilo tonsum in similitudinem pluuiæ super terram: id est manna diuinæ gratiæ apparuit pœnitenti minuto in contritione, & tonso in confessione: quasi pluuia in satisfactione. Secundo

feruentibus: scilicet tribus mariis: vnde venerabilis Beda Consulens imbecillitati quærentium: primo venientibus ad monumentũ fœminis suo amore feruentibus & curiosius inquirentibus angelorum visionem ostendit: & tandem ipse dominus virtutum eis apparens quanta potentia mortem quam ad horam gustauerat deuicisset, aperuit. Significat ꝙ feruentes in bonis operibus Christum merentur. Sapientię. v. Cap. Sapientia: id est Christus æterna Dei sapientia inuenitur ab his qui quærunt eam: scilicet cum feruore: sicut fecerunt istæ sanctæ mulieres. Tertio amare flentibus: & hoc figuratur in Petro: cui dominus apparuit, Lucæ. xxiii. Surrexit dominus & apparuit Simoni: idest Petro, qui amare fleuit peccatum suum. Et de ipso scribitur Hieremiæ. xxxi. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans: rursumque ædificabo te idest dominus apparet flentibus peccata & reædificat eos ad uitam gratiæ. Quarto apparuit charitatem habentibus: & hoc significatur in duobus discipulis euntibus in Emaus: qui charitatiue inuitauerunt immo coegerunt eum: ut secum hospitaretur. Quinto his qui sunt clausi sensibus corporis: & mentem eleuant ad contemplationem, & hoc figuratur in apostolis qui erant clausi absente Thoma. Sexto veram fidem habentibus: quod figuratum fuit in apostolis qui simul cum Thoma erant cõgregati: & Thomas eum uerum Deum, & verum hominem est cõfessus. Septimo predicatoribus & doctoribus, quod figuratum est, quando discipulis ad mare Tyberiadis piscantibus apparuit: & eos piscari docuit idest doctores & prędicatores semper instruit. Octauo his qui transeunt a culpa ad gratiam, quod figuratur in apparitione facta discipulis in Galilæa, quæ transmigratio interpretatur. Nono his qui digne sumunt sacramentum eucharistiæ: quod figuratur quando apostolis recumbentibus in cenaculo dominus apparuit. Decimo habentibus misericordiam proximo & tribulatis ex compassione mentis: quod figuratur quando apparuit discipulis: qui tristes erant de suo recessu: & duxit eos in montem Oliueti: & benedixit eis: & in celum ascendit. Conemini igitur charissimi habere has proprietates: vt digni sitis ꝙ Christus uobis per gratiam spiritualiter appareat. Vnde beatus Augustin⁹ in sermone de hac die: dicit. In hac die peccator de indulgentia desperare non debet. Si enim latro paradisum meruit, cur non mereatur ueniam christianus? Et si illi dominus dũ crucifigitur miseretur: multo magis huic miserebitur: dum resurgit. Nam si passionis humilitas Deum præstitit confitenti: resurrectionis gloria quantum tribuet deprecanti? Largior enim solet esse ad pręstandum uictoriam: quã addicta captiuitas. Igitur cum beato propheta & rege Dauid: cum hęc sit dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Vt ad ueram resurrectionem nos perducat Iesus christus dominus noster: & hic per gratiam: & in futuro per gloriam. Amen.

¶ In celebratione nuptiarum Sermo.

HOnorabile connubium in omnibus thorus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Apostolus Paulus ad Heb. xiii. Concedente domino celebraturi sacramentum matrimonii inter istas duas personas. Charissimi pro aliquali breui uestrum consolatione aliquot verba duxi charitatibus uestris ad hoc propositum inducere & pro omnium informatione. Vnde scire debetis: ꝙ fuerunt quidam hæretici pessimi, qui Taciani & Marciani dicti sunt qui omnino damnabant sacramentum matrimonii. Illud fornicariis & raptoribus comparantes. Verum ecclesia catholica hoc errore damnato nuptias legitime factas approbauit, ut habetur dist. xxx. cap. Siqua mulier, & cap. Siquis propter Deum, & cap. Siquis uel uirginitatem, & extra de summa Trinitate & fide catholica. Nõ solum uirgines & continentes & uiduæ: sed etiam coniugati per rectam fidem & operationem Deo placentes ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Ad quod propositum etiã loquuntur uerba apostoli pauli p me assumpta: honorabile cõnubiũ in oibus thorus imaculatus &c. Qđ qđe honorabile reddit

Ex diuina institutione
Ex laudabili cõuersatione
Ex prolis educatione

ex tribus præsertim. Primo dico ꝙ Deus matrimoniũ instituit in triplici lege .s. Naturæ: scriptæ: & gratiæ. In lege quidem naturæ fuit institutum matrimonium in paradiso ante peccatum in officium. Gen. iii. ut sine ardore cóciperent: & sine dolore parerent. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrẽ suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Fuit etiã institutũ post peccatum in remediũ: ad euitandũ illicitos motus. Gen. ix. Crescite & multiplicamini & replete terrã. Prima institutio facta est ut natura multiplicaretur. Secunda ut natura expleretur: & uitiũ cohiberetur: ut dicit Magister in. iiii. sententiarum dist. xxvii. cap. ii. Institutũ est etiã in lege scripta. s. Moysi ubi deus præcipit Iudæis ne contraherent matrimonia cum infidelibus: sed cum illis de domo sua. xxxv q. ii. cap. Cum igitur. §. Hac itaq; consuetudine. Institutum est etiam in lege Christi: id est gratiæ. Mat. xix. Quos Deus coniunxit homo non separet. Vnde & de desponsata nasci voluit: & nuptiis uoluit interesse. Ioan. ii. cap. vt matrimonium confirmaret. Hinc est ꝙ omnes pene sancti patres veteris testamenti habuerunt vxores. s. Adam: Enoch: Noe: Abraham: Isaac: Iacob: Ioseph: Moyses: Aaron: Dauid rex & propheta Iob: Thobias: Ezechias rex: Iosias: & hi omnes fuerunt maximi amici Dei: qui ei in matrimonio placuerunt. Non solum isti sed multi alii patres fuerunt vxorati: qui diuinam institutionem seruantes coniugati fuerunt. Secundo honorabile ex matrimonium est laudabili conuersatione: quam habere debent coniuges inter hoc sex: & hoc apparet in sex regulis: quæ signantur per sex hydrias positas in nuptiis, quibus Christus

interfuit

interfuit in chana Galileæ, quas habere debent coniuges, si volunt laudabiliter viuere. Prima est ꝙ vir debet diligere vxorem, & vxor virum non amore ribaldorum sed virtuosorũ. Ad Ephe. v. Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam. Christus autem dilexit ecclesiam vero amore, & animam suam posuit pro ea. Vir aũt qui vxorem suam diligit seipsum diligit, vt dicitur ad Ephesios. v. Iste amor debet habere quatuor. s. maioritatem, perpetuitatem, precordialitatem & singularitatem, quæ figurantur per anulum, qui significat coniunctionem viri & mulieris. Nam anulus debet esse aureus, quoniam ille amor excedit omnes amores: sicut aurum metalla. Secundo anulus est rotundus, quia amor ille nunquã debet finiri nisi per mortem. Tertio in digito quarto ponit ex quo vena procedit ad cor. Quarto est vnus & non duo, quia coniugium sanctum & immaculatum non admittit alium virum, nec aliam vxorem. Secunda regula est: ꝙ vir debet corripere vxorem suam: & mulier debet timere virum suum. Eccle. xxv. Si non ambulauerit ad manum tuam confundet te in conspectu inimicorum tuorum. Sunt autẽ tria genera mulierum quædam sunt probatæ: & istis non sunt imponendæ leges, quia tales delectant virum Eccle. xxvi. Mulier fortis oblectat virum suum. Aliæ suspectæ, & istæ sunt artandæ legibus, & sub manu viri tenendæ, aliter magnum periculum est. Quædam sunt mediæ, quia adhuc non bene probatæ, & istæ nec nimis artandæ, nec nimis laxandę sunt. Est autem vxor corripienda tribus modis. Primo secundum timorem Dei. Secundo secundum confusionem mundi per opprobria. Tertio baculo, vt dicit Chrysostomus super Matthæum. Tertia regula: vir debet honorare vxorem suam, & ipsa virum suum reuereri. i Petri. iii. Infirmiori vasculo honorem impertientes. Tenetur enim vir magis honorare vxorem, quã vxor virum, exemplum de phiala & mortario, & vxor debet reuereri virum verbis & opere: exemplo Saræ, quæ virum suum dominum appellabat. Quarta regula est, ꝙ vir debet conuersari & cohabitare vxori, nec ipsa debet a viro suo discedere. Nam talis separatio est causa multorum malorum. Vnde nec propter infirmitatem, nec propter quamcunq; aliam causam vir debet dimittere vxorem, nec vxor virum, excepta causa fornicationis. Matth. v. Omnis qui reliquerit vxorẽ suã, excepta causa fornicationis facit eã mœchari. Et Apostolus. i. ad Corin. vii. Præcipio non ego sed dominus, ꝙ vxor non discedat a viro. Quinta regula est, vir debet vxorem suam gubernare: & ipsa virum suum iuuare. Nam tenetur eam alere, vestire &c. Contra illos qui comedunt omnia quæ habent in tabernis: & vxor remanet domi siccis dentibus, & etiam vxor debet iuuare virum iuxta illud. Gene. ii. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Sexta regula, vir debet reddere debitum vxori, & vxor viro. i. Corin. vii. Vxori vir debitum reddat, similiter autem viro mulier. Vxor enim non habet potestatem sui corporis, sed vir, similiter vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Nolite fraudari adinuicem nisi ex consensu ad tempus vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne forte tentet vos satanas propter incontinentiam vestram. Debent autem abstinere a coitu coniuges tempore communionis, festiuitatum, ieiuniorum, conceptus, & ablactationis pueri: & tempore menstruorum. Istæ sunt sex hydriæ positæ ad purificationem matrimonii. Tertio est honorabile matrimonium ex prolis educatione. De hoc dicit Dauid ps. cxxvii. Filii tui sicut nouellæ oliuarum. s. pulchri moribus semper virides virtutibus victoriosi in tribulationibus & tentationibus: oleum producentes in miserationibus. Equidem habere bonos filios & bonas filias non est in potestate parentum: sed Dei miserentis. Legimus enim multos sanctos patres filios pessimos habuisse, sicut Abraham, Ismael, Isaac, Esau, Iacob filios, qui Ioseph fratrem vendiderunt. Ezechias rex Manassem: & econtra mali patres habuerunt bonos filios, sicut Amon Iosiam. Debent tamen pater & mater sicut nutriunt corpus filii: ita etiam debent animam instruere per bonam doctrinam. Et qñ quis vxorem accipit: secundum Chrysostomum debet inuestigare vitam parentum eius, quia vt plurimum filii in moribus assimilantur parentibus. Et sepius mediatores nuptiarum multa mendacia dicunt. s. ꝙ pessima iuuencula dicetur bona: & lusor: & ebriosus dicetur modestus, & in hoc est magnum peccatum. Ideo parentes debent filios suos & filias admonere vt sint pulchri in exteriori conuersatione remouendo eos ab inhonestis: & assuefacientes eos laboribus & literis: eis societates malas amouendo ad ecclesiam sæpe eos ducentes tam filios quã filias contra illos qui filias domi relinquunt solas &c. sæpe eos cum vacant in societatem ducere debent: & vt optimi sint curare tenẽtur. Istis igitur modis honorabile erit connubium & thorus immaculatus. Et sic faciendo & hic habebitis gratiam & in futuro gloriam. Ad quam nos perducat Iesus christus dominus noster: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula secul. Amen.

¶ In electione alicuius prælati. s. Plebani: Archipresbyteri, vel Rectoris alicuius ecclesiæ. Sermo.

¶ Sacerdos maior illius ecclesiæ, vel alius cui id commissum fuerit, congregatis electoribus pro electione, poterit infrascripta vel similia verba ꝑ futuræ electionis celebratiõe exortatorie electoribꝰ facere.

Nec quisquã sibi sumat honorem, sed qui vocatus est a domino tanquã Aaron. Heb v. cap. Celebraturi electionem futuri Plebani domini obseruandissimi non incongrue verbum præfatum assumpsi, quo clare & euidenter apostolus Paulus qualem pręlatum debeatis eligere, vobis insinuat: videlicet talem qui huiusmodi honorem ambitiose non quærat, qui secundum voluntatem Dei sit, & qui ornatus virtutibus tanquã Aaron, existat. Non enim huc conuenistis vt terrenum & corporis vobis eligatis

præfectum: sed vt pastorem animarum vestrarum mediatorem inter vos & Deum: qui vos Deo omnipotenti reddat gratos & acceptos: qui animarum vestrarum saluti intentus sit diligens vitiorum correptor: & virtutum plantator in vobis existat. Qui doctrina, exemplis: opere & charitate ad æternam vos salutē perducat. Cum igitur spiritualem patrem eligere: & animarum vestrarum curatorem creare debeatis: tāto magis debetis eniti ad talem electionē: quanto maior & potior anima corpore existit. Hoc autē facietis: si ea quæ vobis beatus Apostolus proponit, seruaueritis, vt ꝙ eligatis non eum qui arroganter sibi hanc plebē vsurpare conatur, sed virum a Deo vocatum & virtuosum: prout dicebat Thema assumptū. Neq; quisquā sibi sumat honorem, sed qui vocatus est a Deo tanquā alter Aaron. In quibus verbis tria facit Apostolus: Primo ambitiosum excludit. Secūdo canonicā institutionem inducit. Tertio dignam executionē exprimit. ¶ Primo ergo ambitiosum excludit. Sunt enim quidā: qui appetunt aliis præponi: non vt eis prosint, sed vel vt aliis sint superiores, vel propter diuitias, vel propter proprias cōmoditates. Hos tales excludit Deus. ps. lxxiiii. Peccatorum confringam cornua .s. ambitionis: & exaltabuntur cornua iusti. & Amos. vi. cap. Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Et sanctus Leo papa vt habetur. i. q. i. cap. principatus sic ait. Principatus quem metus extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus vel actibus suis non offendit, ipsius tamen initii sui exemplo est perniciosus: & difficile est vt bono peragantur exitu: quæ malo sunt inchoata principio. Et beatus Augustinus vt habetur. viii. q. i. cap. Qui episcopatum. Locus superior, sine quo regi populus non pōt: & si tenetur & administretur: vt decet: tamen indecenter appetitur. Propterea sancti cum eligebantur a populis ad prælaturas, fugiebant: renuebant, & acceptare recusabant. Exemplum habemus de sancto sanctorum Christo domino, qui sciens ꝙ populus eum volebat facere regē, aufugit. Ioā. vii. & sancti Gregorius: Ambrosius, Augustinus: & multi alii electionem de se factam nisi coacti recipere noluerunt: vt ostenderent neminem per ambitionem ad prælaturam assumendum: Cum igitur intelligatis inconuenientiam ambitionis in prælatis: studeatis talem eligere: qui hoc vitio careat, ut & ipse & suæ & vestræ saluti consulere possit: & sit vt seruus fidelis, qui domini sui gregem humiliter pascat: & nō vt dominus cleri & populi, qui omnes velit despicere: & seipsum extollere. Vnde pastor ecclesiæ beatus Petrus apostolus vero prælatos admonet dicens. Pascite qui in uobis est gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontanee secundum Deum: neq; turpis lucri gratia: sed voluntarie, neq; vt dominantes in cleris: sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum percipietis īmarcessibilem gloriæ coronam. ¶ Secundo canonicam institutionem, quia a Deo vocatus. Dicitur enim a Deo vocari: qui secūdum canonicas institutiones Dei ecclesiæ instituitur. Nam de malis rectoribus Deus dicit. i. Reg. Fecerūt sibi regem & non per me principem: & non per consilium meum. Super quo verbo beatus Hieronymus vt habetur viii. q. i. cap. Audacter. Audacter fortasse aliquid dicimus, tamen quod scriptum est dicimus. Nō semper principes populo: & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur: sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri: & operemur maligna in conspectu domini: nobis dantur principes secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi nanq; quid dominus dicat. Fecerunt sibi regem: & non per me &c. Et hoc dictum videtur de Saule illo, quem vtiq; ipse dominus elegerat: & regem sibi fieri iusserat, Sed quoniam non secundum Dei voluntatem: sed secundum meritum peccatoris populi fuerat electus, negat eum sua voluntate & consilio cōstitutum, Tale ergo aliquid intelligamus in ecclesiis fieri, ꝙ pro meritis aut in uerbo aut in opere potens tribuitur rector ecclesiæ, aut si malignum faciat populus in conspectu domini: & tales perseuerent: talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famē & sitim populus patiatur: non famē panis nec sitim aquæ: sed famē audiendi verbi Dei. Qualis autem eligendus sit prælatus. Idem Hieronymus. viii. q. i. cap. Licet sic dicit. Requiritur ergo in ordinando sacerdote populi præsentia: vt sciant omnes & certi sint ꝙ qui præstantior est ex omni populo, qui doctior: qui sanctior: qui in omni virtute eminētior ille eligitur ad sacerdotium. Non igitur eligendus est Plebanus propter preces parentū amicorū (& quod turpe est dictu) infamium personarū, sed pro Dei reuerentia talis eligendus est: qui possit populo prodesse: cuius vita probata sit & laudata: & oībus eius probitas manifesta. ¶ Tertio videre debemus in sacerdote eligendo dignam executionem .s. ꝙ exequatur digne opus Dei: & hoc ibi tanquā Aaron, Aaron enim quadruplici signo in uirga ostensus est uocatus a domino: per quatuor illa spiritualiter habita videtur quis vocatus esset a Deo in prælatura. ¶ Primum fuit in virga germinatio: & intelligitur delinquentium correctio, quæ debet esse in prælato. Esa. xi. Egredietur virga de radice Iesse: quod interpretaē zelus. Vnde Aug. xxiiii. q. iii. Corripiantur a præpositis suis subditi correptionibus de charitate venientibus pro culparum uarietate diuersis: vel minoribus: vel amplioribus: & infra pastoris officium est tam necessitas habet ne per plures serpant dira contagia: separare ab oībus sanis morbidam: ab illo cui nil est impossibile, ipsa forsan separatione sanandam. ¶ Secundum ꝙ fuit in uirga Aaron: est ꝙ postmodum floruit: in quo significatur honesta conuersatio. Eccle. xxiiii. Flores mei fructus honoris & honestatis., Vnde beatus Hieronymus. viii. q. i. dicit. Qualis erit ædificatio discipuli: si intelligat se magistro esse maiorem? Vnde non solum epi: præsbiteri: & diaconus debent magnopere prouidere: vt cunctū populum cui præsident conuersatione

& sermone

& sermone precantur, verum etiam inferior gradus ut exorcistæ & cæteri & omnes omnino, qui domui Dei deseruiunt: quia ualde Dei ecclesiam destruit: laicos meliores esse quã clericos. ¶ Tertium est quod virga Aaron fronduit: in quo significatur verbi prædicatio. ps. i. & folium eius non defluet. Vnde dist. xliii. §. i. dicitur ꝙ innocens absq; sermone conuersatio quantũ ædificat ecclesiam exẽplo, tanto nocet silentio, & est beatus August. & in cap. Sit rectior. Ibidem idem habetur: & sunt verba Gregorii. ¶ Quartũ est ꝙ virga amygdalas produxit: in quo notatur cõpassio. i. Thess. v. cap. Suscipite infirmos. & Leo papa dist. lxxxvi. Odio habeantur peccata non homines: corrigantur tumidi: tolerentur infirmi. & viii. q. i. Clemens. Si tanquã omnibus præesse volueris singulos prout poteris iuua: & singulos releua: qui & singulorum onus ac sollicitudinem portas. Ea propter domini mei obsecro vos vt his & aliis quæ adduci possent consideratis, talem eligatis huic ecclesiæ in pastorem qui vobis & ei possit prodesse & non obesse. Vnde audiatis beatissimũ Leonẽ papã dicẽtẽ & habetur. lxi. dist. ca. Miramur. Miramur apud vos tantum, aut per occasionem tẽporis impacati: aut per ambientium præsumptionem: aut tumultum valuisse popularem quod indignis quibusq; & longe extra meritum sacerdotale constitutis pastorale fastigium & gubernatio ecclesię cõmitteretur. Non est enim hoc populo consulere: sed nocere: non præstare regimen: sed adiuuare discrimen. Integritas enim præsidentium salus est subditorum: & vbi incolumitas est obedientię, ibi est sana forma doctrinæ. Quod si quibuslibet ecclesiæ gradibus solicite prouidenterq; curandum est: quanto magis elaborandũ est: vt in electione eius: quã super omnes constituitur non erretur? Nam totius familiæ domini status & ordo mutabitur: si quod requiritur in corpore non inuenitatur in capite. Curetis ergo dignum ecclesie vestræ domini honorandissimi & præstantissimi eligere pastorem, vt cum eo & hic gratiam & in futuro gloriam adipisci mereamini. ¶ De ordine celebrandi officii tempore Aduentus.

Sciendum est ꝙ semper post festum sanctæ Luciæ: imediate die sequenti, est cõsuetudo agere de feria nisi festum sanctæ Luciæ venerit in sabbato: quia officium feriæ semper transfertur in diem lunæ sequentem. Et si venerit die dominico, festum transfertur ad diem lunæ: & tunc cõpleto matu. & laudibus de ferã. Iterũ dicantur laudes de fer. v; quiq; psal. & quinque añe feriæ occurrentis sine cantu: quibus completis absq; capitulo, hymno. ℣ & bñs: & orõne: sed dicto psal. Laudate dñm de cœlis cum sua añа. Laudes terminantur fidelium aĩæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Quõ autem fieri debeat officium de illis feriis, quæ hñt laudes proprias, vsq; ad vigiliam natiuitatis domini: habes ad plenum in tabula illa. In anno illo in quo natiuitatis domini venerit feria. vi. vel quæ contingit illo anno. ¶. Nota ꝙ si festum sancte Luciæ cadit in feria. ii. vel. iii. iiii. v vel. vi. cõpleto toto officio sancte Luciæ in secundis vesperis: & facta cõme. feriæ dicuntur vesperã mortuorũ: deinde cõpletorium de sancta. Postea vero noctur. cum laudibus defunctorum dicitur: & quotiescũq; fit de feria infra annũ. Exceptis tẽporibus prohibitis: ut habes in rubrica ante officium defunctorum ¶ Ad matutinũ feria. ii. Notandũ est ꝙ ante inchoationem matutini: primæ. tertiæ, sextæ, nonæ, & vesperarũ: semper dicitur Pater noster, & Aue maria secreto. Dicto Pr̃ noster & matutinũ de btã virgine sequitur. ℣. Dñe labia mea ape. ℟ Deus in adiut. meũ intende. Deinde inuitatoriũ. Regẽ venturũ dñm. Venite adoremus. ps. Venite exultem'. & dr̃ per totũ aduentũ (qñ fit de feria) vsq; ad feriam quartã quatuor tẽporũ: quia assignatur aliud inuitatorium. v; Prope est iam dñs. Postea sequitur hym. Verbum supernũ prodiens. Añæ de feria occurrenti illo die. Si secunda fuerit feria ad noct. A ñ. Dñs defensor. ps. Dñs illuminatio mea. cum aliis añis & psal. sequentibus vsq; ad lau. ℣. Ex sion spẽs decoris eius. ℟. Deus nr̃ manifeste veniet. Orõ Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟ Sed libera. Bñо. Exaudi dñe Iesu Christe preces seruorum tuorum. Require ordinem istarum benedictionum in matutino primæ dñicæ de aduentu. ℣. Iube dõne benedicere. ℟ Benedictione perpetua. ℟ Amen. Tres lectiones sequentes leguntur infra hebdomadã fer. ii. post dñicam. ii. de aduentu. v; de Esaia propheta. Lcõ i Desolabit dñs lingua. ℟ dicuntur de relictis dñicæ. ii. præcedentis. ℟. Ecce ab austro. Lcõ. ii Oĩs babylonis. ℟ Rex noster adueniet. Lcõ. iii. Dñs exercituum. ℟. Montes Israel. Require in feria. iii. præcedentis hebdomadæ. Et est sciendum ꝙ lcões suprascriptæ pñt incipere, vt supra notatum est, vel aliter. Sed de Esaia sunt. ¶ Ad laudes. Nota ꝙ quotiescunque sunt laudes propriæ vel añа. Expectetur. Ad canticum fiat de feria. Si autem non assignantur laudes in tabula nec añа ad canticum nisi de psalmista, potes prętermittere officium feriales & celebrare de sancto cũ cõme. feriæ. Ad bñs & ad magnificat. & pro. ix. lectione dicitur homilia illius feriæ occurrentis: si adsit: maxime in quatuor tẽporibus. Item quando non sunt laudes propriæ: sed de psalmista tantum & añа cantici propria assignatur, tunc officium feriale celebratur respectu anę cantici, & ad horas diei dicuntur añæ laudum de dñica prędterita: & non de psalmista. (& hic modus seruatur solum in aduentu.) Aliis autem tẽporibus, laudes dñr de psalmista cum suis añis (si non sunt propriæ) per ordinem sicut notatę sunt post dictũ nocturnũ. v; ps. Miserere. cũ rel. psal. Cap Venite ascendamus. Hym. Vox clara. ℣. Vox clamantis. ℟ Rectas facite. Ad benedictus añа. propria competens illi feriæ. Dicta añа flexis genibus dñr preces. Kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Orõ. Pater nr̃. In matutino, & in vesperis dicitur aliquantulũ

altius per ordinem, vt habes in matutino feriæ quartæ cinerum, exceptis suffragiis, & aliis commemorationibus: que non dicuntur in aduentu, vt in rubrica primi sabbati de aduentu. Sed oratio dicitur de dominica præterita ad omnes horas (nisi assignetur propria.) & si propria assignetur dicitur ad omnes horas: præterquā in vespe. quia oratio de dominica dicitur, sine alia aliqua cōme. & suffragiis. ¶ Item nota q̃ ad matutinum vigiliæ natiuitatis domini non dicitur officium beatæ virginis: nec pro mortuis, nec ad laudes nec ad vllas horas dicuntur preces: ut patet loco suo, sed fit officium sicut in festo duplici. ¶ Ad primam. In ferialib. diebus de aduentu. Dicto Pater noster & Aue maria. sequitur. Deus in adiutorium. Hymn⁹. Iam lucis orto sydere, añæ dicuntur de laudib. si sunt propriæ, si non sunt, dicuntur de dominica præcedenti vt supra dictum est. ps. Deus in nomine tuo. Beati imaculati. cum reliq. Cap. Pacem & veritatem &c. ℞. bre. Christe fili dei viui miserere nobis. Qui venturus es in mundum. ℣. Exurge christe adiuua nos. ℞. Et libera nos. ℣. Kyrie elei. Christe elei. Oratio. Pater noster. secreto dicitur. in horis diurnis, vt supradictum est. ℣. Et ne nos. ℞. Sed libera. Credo in deum. secre. ℣. Carnis resurrectionem altius. ℞. Vitam eternam amen. ℣. Et ego ad te domine clamaui. ℞. Et mane oratio mea præueniet te cum reliquis vt in ferialibus dieb. & usq; ad Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te ueniat. ps. Miserere mei deus. ℣. Domine deus uirtutum conuerte nos. ℞. Et ostende faciem tuam. ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oratio. Domine deus omnipotens, qui ad principium huius diei per ordinem: ut habes in breuiario loco suo. Ad ab[...] actionē capitum Domine miserere nostri. ¶ Ad. iii. post Pater noster & Aue maria dicitur. ℣. Deus in adiutorium meum intende. Hymnus. Nunc sancte nobis. Añæ dicuntur si sunt propriæ, vel sicut supradictum est. ps. Legem pone cum aliis sequentib. Cap. Ecce dies veniunt. ℞. bre. Veni ad liberandum nos domine deus virtutum. ℣. Ostende faciem tuam, & salui erimus. ℣. Timebunt. ℞. Et omnes reges. ℣. Kyrie eleisō. Christe elei. Kyrie elei. Oratio. Pater noster. secre. ℣. Et ne nos. ℞. Sed libera nos. ℣. Ego dixi domine miserere mei, flexis genibus per ordinem, ut supra in matu. orationes similiter. ¶ Ad. vi. Dicto Pater noster & Aue maria. sequitur. Deus in adiutorium meum intende. Hymnus Rector potens. añ. eo ordine, vt supra in tertia. ps. Defecit in salutare tuum. cum reliq. pa. Cap. In dieb. illis saluabitur iuda. ℞. bre. Ostende nobis domine misericordiam tuam. ℣. Et salutare tuum da nobis. ℣. Memento nostri. Cum suis precibus & oratione vt supra. ¶. Ad. ix. Dicto Pater noster. & Aue maria. sequi. Deus in adiutorium. postea Hymnus Rerum deus tenax: añ. ut supra. ps. Mirabilia tua domine. cum reliq. Cap Prope est vt veniat. ℞. Super te hierusalem orietur dominus. ℣. Et gloria eius. ℣. Domine deus virtutum. ℞. Ostende faciem tuam. cum suis precibus, vt supra. ¶ Ad vesp Si die sequenti fit de feria. Añæ habentur locis suis in psalmista. vt Si accidit feria. ii. Post Pater noster. ℣ Deus in adiutorium. primo de añs deinde de feria. Añ. Inclinauit. Etiā si sint añæ propriæ ad laudes: tamen ad vesperas dicuntur añæ de psalmista. ps. Dilexi quoniam. Credidi propter. cum aliis psalmis & antiphonis sequentibus. Capitulū Non auferetur sceptrum de iuda. Hymn. Conditor alme syderum. ℣ Rorate cœli desuper. ℞ Aperiatur terra: Ad magnificat añ. Quę competit. Dicta añ. post Kyrie elei. Christe elei. kyrie elei. Oratio Pater noster. aliquantulum altius dicitur cum suis precibus, flexis genibus, vt supra in aliis horis. Oratio dicitur de dñica præterita. Nota q̃ si die se. fit de festo duplici, totum officiū fit de sancto cū cōmemoratione. feriæ tātum. Et si fit de sancto simplici, a capitulo in antea fit de sancto cum comme. feriæ tantum. Completorium dicitur (quando fit de feria.) sicut in festo simplici addito in precibus post. ℣ Domine exaudi orationem meam. ps. Miserere mei. vt habes in completo. iiii. feriæ cinerum. Et postea pro completa solutione officii totius diei post. ℣. Benedicamus domino. ℞ Deo gratias. Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors dominus: pater & filius & spiritus sanctus. ℞ Amen. In cæteris autem horis: dum paulatur: post. ℣ Benedicamus domino. ℞ Deo gratias. Fidelium animæ per misericordiam dei requiescant in pace. ℞ Amē. dicatu Pater nr̃ & Aue maria. secreto deinde. Dominus deus det nobis suam sanctissimam pacem. ℞. Vitam eternam amen. Et absolute dicatur añ Alma redemptoris mater. vsq; ad purificationem flexis genibus ℣ Aue maria gratia plena dominus tecum. ℞ Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Oratio Deus qui de beatæ marię virginis vtero. & dicitur hæc oratio vsq; ad vigiliam natiuitatis domini, deinceps dicitur orō. Deus qui salutis æternæ. vsq; ad purificationem, & sic terminatur officiū feriale tēpore aduentus.

¶ Ordo ad agendum de feria tempore quadragesimæ.

¶ Notandum est, q̃ in die ante feriam quartam cinerum, exp'etis vesperis de sancto sine comme. feriæ, dicantur vesperæ mortuorum: deinde completorium. Postea vero nocturnum cum laudib. mortuorum. Et ordo iste seruatur in ecclesia cathedrali Veronę: sed secundum ordinem ecclesiæ romanæ, imediate post matutinum de feria dicitur de mortuis, Feria. iiii. cinerum vsq; in cænam domini: & nullo alio tempore ante inchoationem matutini absolute incipitur Canticum graduum tantummodo in feriali officio, psalmi semper dicuntur sedendo. v3. ps. Ad dominum cum tribularer. Leuaui oculos meos. Lætatus sum in his. cum reliquis, sed vltimus psalmus dicitur. Ecce nunc benedicite dominum, inclusiue. Orationes vero & versiculi

flexis

flexis genib. Require in breuiario loco suo ante fer.iiii.cinerũ per ordinẽ. ¶ Ad mat.fer.iiii.cinerũ. Dicto Pr nr ✠ Aue maria.& matuti. beatæ mariæ virginis: sequitur matuti. de fer. In quo dr inuitato. In manu tua domine Omnes fines terræ. ps. Venite exultemus domino. Hym. Rérum creator optime. Antipho. Auertit dominus. ps. Dixit insipiens in corde suo. cum reliquis psalmis & antiphonis sequentibus de psalmista quartæ feriæ. ℣. Deus vitam meam. ℟. Posuisti lachrymas. Oratio. Pater noster. secre. ℣. Et ne nos. altius ℟. Sed libera nos. Benedictio. A vinculis peccatorum nostrorum. ℣. Iube dóne benedicere, Euangelica lectio. ℟. Amen. Require omnia hæc in prima dominica de aduentu. Sed lectiones sunt locis suis in fer.iiii. cinerum, vz. Lectio sancti euangelii secundum Matthęum. Lectio.i. in illo tempore, dixit Iesus discipulis suis. Cum ieiunatis inquit. &cetera dicuntur de relictis dominicæ præteritæ. .ſ. Mouens igitur abraham tabernaculum suum. Bño. ℣. Iube dóne benedicere. Diuinum auxilium maneat semper nobiscũ. ℟. Amen. Lectio.ii. Manifestum est his præceptis. ℟. Credidit abraham deo. ℣. Iube dóne benedicere, ℟. Ad societatem ciuium supernorum. Amen. Lco.iii. Qui ergo ĩmoderato cultu. ℟. Dũ staret abrahã ad illicẽ mambræ &c. Te deum non dicitur: præsertim in ferialibus diebus. ¶ Ad laudes. Laudes dicuntur de psalmista. .ſ. aña. Amplius laua me. ps. Miserere mei deus. cum reliq. psalmis & añis ibi assignatis per ordinem. Capitu. Require in feria.ii. psalmistæ. Nox præcessit. Hym. Nox & tenebræ. ℣. Repleti sumus. ℟. Exultauimus. ¶ Hic versiculus dicitur quotidie ab hac die vsq; ad dominicam primam.xl. exclusiue. Aña. Ad benedictus. Cum ieiunatis. dicta antiphona dicitur Kyrie eli. Christe elei. kyrie elei. Pater noster. Aliquantulum altius in laudib. & uespe. in cæte. autem. horis dicitur sub silentio. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi domine miserere mei. ℟. Sana animam meam quia peccaui tibi, per ordinem dicuntur: vt continetur in breuiario post tertiam, sed loco ps. Miserere. dicitur ps. De profundis tantum ad matutinum. In omnib. aliis horis: dicitur ps. Miserere. Deinde sequitur ℣. Domine deus virtutum conuerte nos. vsq; ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio. Præsta q̃s domine fidelib. tuis &c. Per dominum nostrũ iesum christum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum amen. sequuntur suffragia scõrum in cantu stando, & primo cõme. virg. mariæ aña. Sancta dei genitrix virgo semper maria intercede pro nobis ad dominũ deũ nostrũ. ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promissionib. christi. Oo. Concede misericors deus. cũ aliis cõme. votiuis pro deuotione tua, sicut de scõ Hiero vel. de sancta Catherina aut de sancta Lucia: sed in fine vltimæ orationis istarũ dr. per dũm. cum. ℣ Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Postea fit cõme. de cruce flexis genibus sine nota. Aña. Per signum crucis de inimicis nostris. ℣ Omnis terra adoret te. ℟. Psalmũ dicat &c. Oo. Præsta nos q̃s. Require post laud. fer.ii. in psalmista, postea de apostolis aña. Gloriosi principes terræ, Require in sab. i. post octa. epiphaniæ. ℣. in omnem terram. ℟. Et in fines orbis. Oratio. Deus cuius dextera. vlti. loco dicitur de pace aña. Da pacem dñe in dieb. nostris. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟ Et abundantia in turrib. tuis. Oro Deus a quo sancta. in fine terminatur. Per chrm do no. ℟ Amẽ. ℣ Fidelium aiæ per misericordiam dei requiescant in pace. ℟ Amẽ. Et hic ordo suffragiorum obseruatur in ecclesia cathedrali veronæ. Necnõ & in nõnullis aliis locis & dignis monasteriis. Post matu. ab hac die usq; in cœna domini feriali officio dñr septem psalmi pniales flexis genib. sine cantu sub aña. Ne reminiscaris. cum letaniis & orõnibus suis: & in fine vltimæ orõnis dr. ℣. Exaudiat nos oĩpotens & misericors dñs. ℟ Amẽ. ¶ Ad primam post Pater noster ✠ Aue maria, dr ℣. Deus in adiutorium meum intende. Hym. Iam lucis orto sydere. Aña. Beati qui ambulant. ps. Deus in noĩe tuo. ps Beati ĩmaculati. ps Retribue. Capit. Pacem & veritatem diligit. cũ suo ℟. Christe fili dei viui &c. Kyrie ele. Christe ele. Kyrie ele. Oro Pater noster. secre. ℣. Et ne nos inducas ℟ Sed libera nos. Symbolum Credo in deũ secre. ℣ Carnis resurrectionẽ. dicitur altius ℟. Vitam æternam amen. ℣. Et ego ad te dñe clamaui ℟. Et mane oratio. ℣. Repleatur os meum laude. ℟. Vt cantem gloriam tuam vsq; Redde mihi lætitiam. ℟. Et spũ principali cõfirma me. ℣ Eripe me dñe ab hoĩe malo. vt continetur in breuiario post primam vsq; ℣. Dñe exaudi orõnẽ meã. sequitur ps. Miserere mei deus. Cõpleto psalmo dicitur ℣. Dñe deus virtutum. vsq; ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio. Dñe deus omnipotens qui ad principium huius diei. Postea dicitur officium de dñi. .ſ. prima. & pretiosa. ¶ Ad absolutionem. Capl. Dñs autem dirigat corda. Ista lectio dicitur vsq; ad dominicam primam sequentem quadragesimæ exclusiue, quia feria.ii. sequenti assignatur propria lectio scilicet. Quærite Dominum. Finito officio dicitur antiphona flexis genibus Salue regina mater misericordiæ ℣. Dignare me. ℟. Da mihi. Oratio. Omnipotens sempiterne deus: qui gloriosæ virginis. Hæc antiphona. Salue regina. dicitur a vigilia purificationis vsq; ad completorium sabbati sancti inclusiue, exceptis tribus diebus. vz. feria.v. maioris hebdomadæ, &. vi. & sabbato ad mat. & ad oẽs alias horas non dicitur. Quia non datur salutatio virgini mariæ his tribus diebus supradictis, sed resumitur ad vesperas & ad completorium sabbati sancti tantum. ¶ Ad tertiam post Pater noster & Aue maria. dicitur ℣. Deus in adiutorium meum. Hymnus. Nunc sancte nobis spiritus antiphona Deduc me do-

mine. ℟. Legem pone. ps. Memor esto. ps. Bonitatem. Capitulum. Sana me domine.cum suis responsoriis breuibus.v3. Sana animam meam;quia peccaui tibi. ℣. Ego dixi domine miserere mei . cum reliquis sequentibus.Kyrie eleison.Christe eleison.Kyrie eleison. Oratio. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi domine miserere mei.Sana animam meam quia peccaui tibi. per ordinem vsque in finem,vt dictum est in matutino: Oratio. Præsta quesumus domine fidelibus tuis. Dicto Benedicamus domino.dicitur tertia beatæ virginis. ¶ Ad tertiam. [illegible] Pater noster & Aue maria: dicitur ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. Hymnus. Rector potens. Antiphona. Adiuua me. ps. Defecit in salutare. ps. Quomodo. ps. Iniquos. Capitulum. Alter alterius.cum suis responsoris breuibus. videlicet. ℣. Benedicam dominum in omni tempore. ℣. Dominus regit me. ℟. In loco pascuæ.Kyrie eleison.Christe eleison. Kyrie eleison. Oratio. Pater nostercum suis precibus. Ego dixi domine miserere mei vt habes antea post tertiam,oratio. Præsta quesumus domine fidelibus. vt supra. & postea sexta de domina. ¶ Ad nonam. Po . Pater noster & Aue maria. dicitur ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum. Hymnus. Rerum deus. Antiphona. Aspice in me. ps. Mirabilia testimonia tua. ps. Clamaui. ps. Principes persecuti. Capitulum. Empti enim estis pretio magno cum suis responsoriis. videlicet.℣. Redime me domine. ℟. Pes enim meus. ℣. Ab occultis meis, ℟. Et ab alienis parce.Kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Oratio. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Ego dixi domine miserere. vt supra post tertiam oratio. Præsta quæsumus domine. vt supra Postea sequitur.ix.de domina. ¶ Ad vesperas Si die sequenti fit de feria.i.feria.v.Vespere dicuntur hoc modo. videlicet post Pater noster. dicitur ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. & prius dicuntur vespere beatæ virginis,deinde ferię,videlicet. ana. Non cōfundentur. ps. Nisi dominus ædificauerit.cum reliquis psalmis & antiphonis de psalmista. Capitulum. Benedictus deus & pater domini nostri iesu christi. Hymnus Cœli deus sanctis. ℣. Dirigatur domine oratio. ℟. Sicut incensum.iste.℣. Dirigatur.dicitur ad vesperas tam in dominicis quā in ferialibus diebus dominica prima post octauam epipha.vsque ad dominicam primam:xl.exclusiue. Ad magnificat aña. Thesaurizate vobis. dicta aña flexis genibus dicuntur preces.kyrie eleison.Christe eleison . kyrie eleison.vt antea dictum est. Oratio. Inclinantes se domine.cum reli.commemoratio . votiuis in cantu stando vt in matut.His dictis dicuntur suffra.flexis genibus sine nota,vt dictum est in matu.videlicet de cruce,de apostolis, de pace. Et dicuntur vsque ad vespe.sabbati ante dominicam de passione exclusiue,secundum rubricam ibi descriptam . ¶ Ad completorium Completorium dicitur(quando fit de feria)sicut consuetum est in festo simplici,sed in precibus post. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor. sequitur ps. Miserere mei,flexis genibus. Dicto ps. dicitur ℣. Domine deus vir. ℟. Et ostende fa. Oratio. Visita quesumus domine. Dicto. Benedicamus domino.sequitur benedictio.vt Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors dominus pater & filius & spiritus sanctus. ℟. Amen sequitur aña flexis genibus.Salue regina mater misericordiæ. ℣. Dignare me. ℟. Da mihi virtutem. Oratio. Omnipotens sempiterne deus qui gloriosæ virginis . vt supra. ¶ [illegible] (si fit de feria)fer.v.Officium feriale agitur respectu horas responsorij.s. Dñe puer meus.Dictis gradualibus & mat.de dñasequitur inuita.Dñm qui fecit nos. Venite adoremus. ps. Venite exulte. Hymnus Nox atra rerum. Ana. Dñe deus in ad. ps. Saluum me. cum reliquis ps. [illegible] ℟. ℣. Gaudebunt labia mea. ℣. Et anima mea. Oratio. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe.Exaudi domine iesu christe. ℣. Iube domne benedicere. Euangelica lectio. Lectiones habes loco suo. ℟. Domine puer. ij. ℟. Tentauit deus abr. ℟. Angelus domini . ¶ Ad laudes aña. Tibi soli peccaui. ps. Miserere mei deus,cum reli.psal.& añis sequen. Cap. Nox præcessit.vt habes in.ii.noc. Hymnus Lux ecce. ℣. Repleti su. ℟. Exultauimus. [illegible] Domine puer meus iacet pa.kyrie ele.Christe.ele.kyrie elei. cum suis precibus antedictis,vt in matut.iiii.fer.cinerum. Oratio. Inclinantes se dñe.cum reli.comme.& suffragiis. vt supra in fer.iiii.cinerum. Et sic fit quotiescunque assignatur ℟.proprium . Ex consuetudine fit officium ferialenisi festum dup.vel solemne occurrerit tali die) qui agitur de festo duplici vel solēni cū cōme.fe.in vesp.& mat.Ad bñs.& vltima loō de hom.fer.si aderit per totam.xl.i.iii.vi.ix.dñr sicut supra dictum est. ¶ Nota ꝙ fer.iiii.cinerum semper fit officium feriale,& si festū duplex acciderit in dicta. iiii. fer. festum transfertur,vt in rubrica domini nostri papæ Clementis,vi.de mense februarii in.ii,notando. ¶ Modus iste) supradictus seruatur quotiescunque fit officiū feriale per totā.xl.vsque in cœnam dñi, exceptis capitulis añis per horas versi.& rñsoriis breuib.supradictis,quia mutantur in fe.ii. proxime sequētisquia ibi alia propria capitula,hym.añæ per horas, ℣si.& ℟ia bre.assignantur.v3 ad noct. Hymnus Ex more docti mistico. Ad laudes. Cap. Clama ne ces. Hymnus Iam christe. ℣. Angelis suis. ℟. Vt custodiant. Ad tertiam aña. Viuo ego. Capitulum Pacem & veritatem. Ad absolutionem capitulum Quærite dñm. Ad.iii.aña Aduenerunt. Cap. Conuertimini. ℟.breue Ipse liberauit me. Ad.vi.aña Commendemus nos. Cap Derelinquat impius. ℟.breue Scapulis suis. Ad.ix.aña Per arma iustitiæ. Cap. Frange esurienti. ℟.breue Scuto circundabit te. Ad vesperas A(si fit de feria) Antiphona Inclinauit. psal. Dilexi quoniam.cum reliquis capitul. Inter vesti. Hymnus. Audi benigne,

benigne. ℣. Angeli. Añ. Ad magnificat quæ competit & non mutantur supradicta capitula vsque ad dominicam de passione in ferialibus diebus exclusiue, a dominica vero de passione vsque ad feriá. iiii. maioris hebdomadæ assignantur loco suo aliæ añæ, capitula, hym. ℣. & ℟. bre. ¶ Item nota ꝙ sabbato supradicto añ. dñicam de passione, vsq; ad sabbatú post diem pentecostes non fit aliqua cóme de apostolis nec de pace: neq; de cruce: sed de die tantum, tam in feriis q̃ in dieb. festiuis vt patet loco suo. ¶ De officio feriali a dñica in albis vsq; ad pente. ad matu. fer. ii. Dicto Pater noster & Aue maria. & matu. beatæ virginis mariæ ꝙ dicitur ab hac die vsq; ad vigil. pente. postea sequitur inuit. fer. Alleluia alle. alle. ps. Venite exulte. Hym. Rex æterne dñe. Añа Alleluia. ps. Dñs illuminatio mea. cú reli. de psal. expleto noc. dicitur añ. Alle. alle. alle. ℣. Surrexit dñs. ℟. Qui pro nobis. Oro. Pater noster. . . ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. sequitur benedictio. Exaudi dñe iesu Christe. Require in prima dñica de aduentu. ℣. Iube domne benedicere. ℟. Benedictione perpetua ℟. Amen. Lectio i. De actibus apostolorum. In diebus illis exur. petr. in mé. fra. vel aliter possunt incipere: sed de actibus apostolorum sunt. ℟. Ego sum vitis vera & vos pal. Require in fe. iiii. octa. paschæ. cú reli. per ordi. sicut præcedenti hebdomada. ℣. Iube domne benedi. ℟. Vnigenitus dei filius. ℟. Amen. Lectio ii. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum. ℟. Surrexit pastor bonus. ℣. Etenim pascha Gloria pa. ℣. Iube domne benedicere. ℟. Spiritus sancti gratia. Lectio iii. Et dum cóplerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli. Tu autem. ... non dicitur: sed Te deum cantatur. Et quotidie dicitur vsq; ad octa. pente. vt habes in rubrica in fer. ii. post dñicam resurre. ¶ Ad laud. añа. Alle. cum reli. vt supra in dñica in albis. ps. Dñs regna. deco. ps. Iubilate. Deo omnis ter. ps. Deus meus. Dicuntur decem. Alle. Añа. Surrexit christus. ps. Benedicite. Añа Alle. alle. alle. Añа. Laudate. do. de cœlis. Cap. Chrs resur. Hym. Aurora lucis. ℣. In resurrectione tua. ℟. Cœli & terra. Ad bñs añ. Surgens iesus mane. ps. Benedictus dñs deus israel. Oro. Præsta quæsumus omnipotens: vel quæ competit. Postea cóm. de cruce añ. Crucifixus. ℣. Dicite in nationib. ℟. Quia dñs. Oro. Deus qui ꝑ nobis. preces non dicuntur in ferialib. dieb. ad mat. nec ad. iij. vi. ix. & vespe. vsq; ad pente. excepta prima & cóplet. in quib. dicuntur preces vt in festo simplici. Officiú mortuorú nó dr a fe. iiij. maioris hebdomadæ vsq; post octa. pente. ¶ Ad primá hym. Iam lucis orto sydere. Añа alleluia ps. Deus in noie tuo. psal. Beati immacu. ps. Retribue. Añа. Alle. alle. alle. all. Cap. Regi seculorum. ℟. bre. Christe fili dei. cum reli. versi. & precibus vt supra notatú est ꝑ ordiné in dominica in albis & c. Ad absolutioné cap. Si consurrexistis cum christo. & dr vsq; ad ascensioné tam in dominicis q̃ in ferialibus diebus: nisi festú occurrat. ¶ Ad. iij. hym. Nunc sancte. Añа. Alleluia. ps. Legé pone &c cum reli. psal. añis. Alle. alle. alle. alle. Cap. Christus resur. ℟. bre Surrexit dominus de sepul. alle. alle. vt supra loco suo in dominica præterita: oratio vt in matu. ¶ Ad vi. hymnus Rector po. Añа. Alleluia. psal. Defecit cum reli. psal. añа. tres Alle. alle. alle. Cap. Christus resurrexit. ℟. bre. Surrexit dominus vere all. Oro vt supra. ¶ Ad. ix. hym. Rerú deus. Añа. Alle. psal. Mirabilia testimonia. cum reli. añis quatuor Alle. alle. a fe. ale. Cap. Christus semel pro peccatis. ℟. bre. Gauisi sunt discipuli. Oro vt supra. ¶ Ad vesp. añ. Alleluia. psal. Dilexi qm. psal. Credidi. psal. Laudate dñm oés gen. ps. Ad dominú cú tribu. psal. Leuaui oculos. Añа alleluia. Allelle. alle. Cap. Christus resur. Hym. Ad cœnam agni proui. ℣. Mane nobiscú. ℟. Quóm aduesperascit Ad magnifi. añа. Pax vobis ego sum. Oro vt supra in dominica præterita: postea cóm. de cruce añа Crucé sanctá subiit. ℣. Dicite in nationibus alleluia. ℟. Quia dominus regnauit a ligno alleluia. Oro. Deus qui pro nobis filiú. Sciendú est ꝙ inuitatorium & capitula supradicta non mutantur in ferialibus diebus vsq; ad ascensioné. Si die sequenti fit de sancto simplici a capitulo in antea fit de sancto. Si fit de duplici festo totú fit de dup. sine aliqua cóme. ¶ Cópletorium dicitur quotidie sicut in festo simplici (nisi sit dup.) Sed in fine benedictionis. vz. Benedicat & custodiat nos. vt supra in seré. hec añа. Regina cœli lætare alle. & dicitur stando a festo paschæ resurrectionis domini vsq; ad sabbatú sanctæ trinitatis. ℣. Gaude & lætare virgo Maria alle. ℟. Quia resurrexit dominus Alleluia. Oro. Deus qui per resurrectionem filii tui domini nostri Iesu Christi mundum lætificare dignatus es: tribue nobis q̃sumus: vt per eius venerabilem genitricé mariá: perpetuæ capiamus gaudia vitæ: per eundé christum dominum nostrú. ℟. Amen. Sed aliquæ ecclesiæ assumunt. Salue regina in vigilia ascensionis in primis vesperis. ¶ De mense Septemb. ¶ Tabula specialis super historiis quæ ponuntur de mense Septébris: quádo ipse ménsis habet quinq; dominicas: qd nunq̃ accidit: nisi quádo C vel D ꝑ literis dominicalibus currant. Tunc in ipsa dominica. v. ponitur historia. Esther. & in vesperis sabbati præcedentis dicitur. Ad Magnificat añа Domine rex oipotens in ditione tua cuncta sunt posita: vt patet in rubrica basiliensi: de mense augusti. Si accidit in isto mense officium feriale: officium sic ordinatur. Præcedenti die finiuntur totaliter vesperæ de sancto, sine cóme. feriæ sequétis: quia nunq̃ fit cóme. de feria nisi in aduentu: & xl. Sed tantum cóme. de domina & de apostolis & de pace & aliis votiuis, vt infra annú (nisi esset festum dup.) Postea dicuntur vesperæ mortuorum: & cópletoriú de sancto: & nocturnum mortuorum cum suis laud. bus: sine cantico graduú: & septé psalmi pœnitétialibus: quia nullo alio

tempore dicuntur: nisi tantum in Quadragesima: vt supradictum est. ¶ Ad matutinum. Dicto matutino beatæ virginis Mariæ dicitur matutinum de feria occurrenti. Omnia dicuntur de psalmista: Inuitatorium, hymni, añæ, psalmi, & versiculi. Lectiones leguntur de historia Iudith. vel Esther. Lege rubricam de historiis Septembris: & non errabis: legendo vel diuidendo illas sex lectiones in tres: cum suis responsoriis sequentibus. vȝ Conforta me rex. & incipitur a secundo responsorio: quia infra hebdomadā nunq̃ incipitur a primo, sed a secundo: vt in rubrica continetur infra octauam Epiphaniæ. ¶ Ad laudes Dicto deus in adiutoriū. aña, psal. hym. ℣. Aña Ad benedictus dāt de psalmista vȝ. de feria occurrenti. Cap. Nox præcessit. ℣. Repleti sumus. ℟. Exultauimus. Require in psalmista in ij. noctur. aña. Ad benedictus de psalmista occurrentis. Expleta. aña dicuntur preces flexis genibus. Kyrie ele. Christe ele. Kyrie ele. Pater noster. cum reli. vt supra in matuti. quartæ feriæ Cinerum. Oratio dicitur de dominica præterita: postea de sancta Maria. Aña Sancta Dei gen. cum aliis votiuis: & de Cruce: vt supra relatum est in fer. iiii. Cinerum. ¶ Ad primam tertiam, sextam, nonam, vespe. & comple. omnia dicuntur per ordinem. vt supradictū est in fer. iiii. cinerū: sed in fine dicitur hęc aña. Aue regina cœ. ℣. Ora pro no. ℟. Vt digni ef. Oro. Concede misericors Deus. flexis genib. a sabbato sanctæ Trinit. vsq; ad aduentum.

¶ Ordo ad agendum de feria infra annum.

¶ Siquis voluerit agere de feria infra annum a dñica. j post Penteco. vsq; ad aduentum: & post octauā Epiphaniæ vsq; ad septuagesimam. Hic modus seruetur. Dicto officio sancti in secūdis vesperis sine alia comme. feriæ sequentis: dicuntur vesperæ mortuorum: & complet. & noctur. mortuorum cum suis laud. ¶ Ad matutinū. Dicto Pater noster. & Aue maria: & matutino de domina. sequitur matut. de fer. & dicitur vt habes antea in fer. iiii. cinerum. Excepto q̃ lectiones & responsoria sunt locis suis de die in diē: vt competit infra hebdomadam. Oratio dicitur de dñica preterita: & dicitur ad oēs horas diei: cum suis precibus, & comme. & suffragiis, vt supra in fer. iiii. Cinerum notata sunt. Postea dicuntur prima, tertia, sexta nona, vesp. & comple. omnia per ordinem: vt supra in fer. iiii. Cinerum cum suis præcibus, & nō errabis: sed in fine officii dicitur flexis genibus hæc aña. Aue regina cœ. vt supra. Declaratio maioris rub. j. Aduētus dñi: ad instruendos parum prouectos in diuino officio celebrando secundū Ecclesiā Romanam.

¶ De maiori cum duplici minori in secundis vesperis.

¶ Duplex maius cum duplici minori: totum de maiori cum comme. de minori: & ita obseruatur vbique locorum in ecclesia maiori Veronæ: & in nonnullis aliis conuentibus & dignis monasteriis Venetiarum quanuis sint aliqui contradicentes qui asserunt: & dicunt: q̃ conditor rub. i. aduentus dñi &c. non distinxit hanc particulā de maiori cum minori dup. quanuis non distinxerit nec fecerit mentionē: nisi de dup. minori: an præcedat: an sequatur: maius dup. an minus dup. tamen exemplū habemus a simili: vt in festiuita. dñi sabaoth, & virginis Mariæ, Ioannis Bap. apostolorum Petri & Pauli: quæ sunt maiora dup. quæ habent tam primā, q̃ secundā vt supra totaliter: etiā si aliud festū dup. in mediate sequeretur vel pcederet: vt patet ad plenū in. v. regula Basiliensi de festis totius anni ac de naturis ipsarū: & ego (saluo meliori iudicio) vt supra censeo. Ratio est: quia maius lumen offuscat minus: & sicut dup. minus præcedit semidu. & semidu. simplex: & simplex feriā. Sequitur q̃ duplex maius debet præcedere dup. mi. vti probatum est.

¶ De festo duplici minori cum duplici minori in secundis vesperis.

¶ Duplex minus cum duplici minori. Cap. de sequenti: & cōme. de præcedenti.
Duplex cum dominica: totum de duplici: & cōme. de dominica.
Duplex cum solenni: vel propriis responsoriis: totum de duplici: & cōme. de sequentibus.
Duplex cum octa: semiduplici. Cap. de octa. & cōme. de duplici: sicut in cōme. sancti Pauli sequente octa. sancti Ioannis.
Duplex cum simplici: totum de duplici: & comme. de simplici.

¶ De dominica in secundis vesperis.

¶ Dominica cum festo duplici: vel octa. totū de duplici: & nihil de dñica: præterquam in aduentu, & . xl.
Dominica cum octa. Cap. de sequenti: & cōme. de dominica.
Dominica cum solenni generaliter in terris vel locis. Cap. de sequentibus cum cōme. dominicę.
Dominica cum festo proprii responsorii. Cap. de sequenti: & cōme. de dominica.
Dominica cum festo simplici: totum de dominica: & cōme. de sequenti.
Dominica cum feria: totum de dominica: & nihil de feria nisi in aduentu, & . xl.

¶ De feria in secundis vesperis.

Feria cum festo duplici: totum de duplici & nihil de feria: nisi &c. vt supra.
Feria cum festo solenni generaliter in terris vel locis: vel propriis responsoriis. Cap. de sequentibus & nihil de feria nisi &c.
Feria cum dominica. Cap. de dominica: & nihil de feria vel sabbato.
Feria cum festo simplici: cap. de sequenti: & nihil de feria nisi. &c.

Feria

Feria cum feria: totum de feria hodierna: & nihil de crastina.

¶De festo solenni in secundis vesperis.

Solenne cum duplici. Totum de duplici: & nihil de solenni.
Festum solenne cum festo solenni: cap. de sequenti: & comme. de hodierno.
Solenne cum dominica: vel octaua semiduplici. Capitulum de sequentibus: & cōme. de hodierno.
Solenne cum simplici festo: totum de solenni: & comme. de sequenti.
Solenne cum feria: totum de solenni: & nihil de feria.

¶De festo proprii responsorii in secundis vesperis.

Festum proprii responsorii cum festo duplici: totum de duplici: & nihil de præcedenti.
Festū pprii respōsorii cū festo pprij respōsorij vel oct. Capitulū de sequentibus: & cōme. de præcedēti.
Festum proprii responsorii cum festo solenni generaliter in terris vel locis. Capitulum de sequentibus: & comme. de præcedenti.
Festum proprii responsorii cum festo simplici: totum de propriis responsoriis: & cōme. de simplici.
Festum proprii responsorii cum feria: totum de festo proprii responsorii: & nihil de feria.

¶De octauis semiduplicibus in secundis vesperis.

Octaua semiduplex cum festo duplici: totum de duplici: & nihil de octaua præcedenti: sicut de octaua Epiphaniæ, & resurrectionis Domini sequente duplici festo.
Octaua semiduplex: cum octaua semiduplici. Capitulum de sequenti: & comme de præcedenti.
Octaua semiduplex cum festo solenni generaliter in terris: vel locis. Cap. de sequentibus: & cōme. de oct.
Octaua semiduplex cum festo proprii responsorii: vel dñica. Cap. de sequentibus: & cōme. de octaua.
Octaua semiduplex cum feria: totum de octaua: & nihil de feria: nisi &c.

¶De festo simplici in secundis vesperis.

Simplex cum duplici: totum de duplici: & nihil de simplici.
Simplex cum festo solēni generaliter in terris vel locis. Cap. de sequentibus: cum cōme. præcedentis.
Simplex cum propriis responsoriis: vel dominica. Cap. de sequentibus: cum cōme. præcedentis.
Simplex cum simplici, vel octaua semiduplici. Cap. de sequentibus: cum cōme. præcedentis.
Simplex cum feria: totum de simplici: & nihil de feria: nisi &c.

¶De tribus octauis maioribus.

Notandū est ꝙ sunt tres octauæ dñi sabaoth: infra quas non fit de aliquo alio festo duplici maiori vel minori: q̄ēt solēni in terris vel locis: vꝫ octaua Epiphaniæ: octaua resurrectionis dñi: & octa. pentecostes.

¶De sex octauis.

Item notandum ꝙ infra sex octauas infrascriptas: vꝫ infra octauā corporis Christi, Apostolorum Petri & Pauli, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatisq; virginis Mariæ: & omnium Sanctorū: Agitur de festis duplicibus tantū præterq̄ infra octauā Assumptionis beatæ Mariæ infra quam fit de octaua sancti Laurentii propter rubricā specialē ibi descriptam. In reliquis vero octa. vꝫ octa. Ascensionis, Ioannis Baptistæ, Laurentii, Natiuitatis Domini: fit de quocunq; festo tam simplici, q̄ duplici infra eas occurrentibus.

¶De festis solennibus in terris vel locis.

Notandū ꝙ festū solēne in aliquibus terris vel locis: illud esse dr̄ qd̄ in ciuitatibus, villis, vel locis celebratur a sacerdotibus, & mœchanicis ob reuerētiā illius festi de cōsensu, seu approbatione epi cessant ab ope mœchanico. Sed festū solēne generaliter est sicut sancti Antonii, Sebastiani, Catherinæ, Nicolai, & Luciæ.

¶Festa proprii responsorii sunt illa quæ habent vnū, duo, vel tria ꝛ̄ria ppria ad plus sicut sunt ista: vꝫ Sanctorum Clementis, Luciç, Ioannis, & Pauli, Mariç Magdalenæ, Decollationis sancti Ioannis Bapt.

¶De officio beatæ Mariæ, quando non dicitur in choro.

Officium beatç virginis Mariæ nō dicitur in choro: vt in rubrica continet ante offm̄ eiusdē btē virginis
A dicto completorio ante vigiliam natiuitatis Domini: vsq; post octa. natiuitatis eius.
A dicto completorio ante vigiliam Epiphaniæ: vsq; post octauam eius.
A dicto completorio quartæ feriç maioris hebdomadæ, vsq; ad vespe. sabbati in albis exclusiue.
A dicta nona in vigilia Pentecostes: vsq; post octaua: n. i. post festum sanctç Trinitatis.
Item per octauas beatæ virginis Mariæ: videlicet Assumptionis, Natiuitatis, & Visitationis eiusdem. Et quotiescunq; officium duplex celebratur.

¶Regula ad inueniendum pascha resurrectionis: & alia festa mobilia breuis & infallibilis.

¶Notandum est ꝙ de mense Martii semper die. viii. reperitur hoc festum Perpetuæ & Felicitatis: & post festum prædictum, & nota quod dico post festum: Accipe aureum numerum occurrentem illo anno: & tres literas Dominicales, ibi erit resurrectio Domini: & hæc regula nunquam fallit.
A die Paschæ vsq; ad diem Septuagesimæ inclusiue retro numerando. Accipe decem literas Dominicales ibi erit Septuagesima.

Regula ad inueniendum Pascha.

A die Septuagesimæ, vsq; ad diem Cinerum inclusiue recte numerando sunt tres dominicæ, & in die mercurii sequente erit feria quarta Cinerum

A die Resurrectionis ad diem Ascensionis. Accipe sex literas Dominicales: die iouis sequente inclusiue, ibi erit Ascensio Domini.

A die Ascensionis vsq; ad diem Pentecostes inclusiue sunt dies vndecim die dominico.

A die Pentecostes usq; ad diem Corporis Christi inclusiue sunt dies duodecim in die iouis.

¶ Ad inueniendum dominicam primam Aduentus.

¶ Omisso festo natiuitatis Domini retro numerando. Accipe quatuor dominicas, & ipsa quarta dominica semp er est prima Aduentus, & nunquam hæc fallit regula.

¶ Excusatio Authoris ad Lectorem.

¶ Cum legeris Tyro has breues regulares rubricas quæso vt illas dextera, & nō læua manu accipias, quia
quicquid amicus dat, placido vultu (& si plene laudare nolueris) est accipiendum, non autem dente canino
lacerandum. Hoc ideo onus libenti animo assumpsi, vt minus prouecti ad diuinum officium celebrandum
facilius introducantur: & ad laudem Dei, cui soli laus, honor, & gloria, in secula seculorum. amen.



Ccipite Reuerendi Patres, & Domini sacerdotes tandem post longam expectationem &
plura temporum spatia Sacerdotalem librum, tripertitum per venerabilem Patrem Fra-
trem Albertum Castellanum Venetum ordinis Prædicatorum professorem: summis labori
bus, vigiliis, & expensis collectū, elaboratū: ad finē peroptatū pductū & cōsummatū: in quo
sine labore & multorum librorum reuolutione conclusiue, summatim, clare, & dilucide que
ad officium spectare & conuenire dignoscuntur, collecta, digesta, probata, & approbata esse noscuntur: vt
nil sacerdoti curam animarum gerenti aliunde perquirere sit necesse. In prima siquidem parte sacerdos
quilibet qualiter viuere, quid discere: quidue docere debeat: ecclesiastica sacramenta: & illis annexa & ac-
cessoria qualiter conficienda, ministranda, exercenda: & conseruanda sint luce clarius inueniet, ita vt nil ne
cessarium opportunumq; eius ministerio sit prætermissum. In secunda benedictiones diuersæ ad sacerdo-
tem non epm pertinentes, in magno numero assignantur. In tertia & vltima parte ritus processionum tā
ordinariarum quam extraordinariarum plenissime exarantur. Adiunguntur insuper Tractatus computi
ecclesiastici, & compendium regularum musicalium: cum exorcismis & coniurationibus dæmoniacorum,
& contra tempestates ingruētes. Nouissime ad aliquorum instantiam quidam breues sermones per sacerdo
tem ad populum habendi in aliquibus solemnitatibus: & tempore contractus nuptiarum & electionis Ple-
bani, vernacula vulgari lingua pronunciandi positi sunt. Quæ omnia clarius in repertorio libri ante eius
principium posito patebunt. Hæc omnia Patres Reuerendi in hoc volumine congesta, & aggregata inue-
nietis, non modo secundum sacrosanctam Romanam Ecclesiam, sed etiam aliarum Ecclesiarum ritum
ordinata. Quæ si vestris Reuerendis. P. grata & accepta erunt, Deo bonorum omnium largitori Imortales
reddite & exhibete gratias: & Alberti Castellani Veneti ordinis Prædicatorum filij vestri, qui tantum labo
rem subiit in vestris missis, & orationibus rogo memores estote. Valete Patres optimi.

F I N I S.

Series chartarum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE
FF GG HH II KK LL MM NN OO
PP QQ RR SS TT.

Omnes sunt quaterniones, preter ✠
& TT duerniones.

VENETIIS
APVD PETRVM BOSELLVM.
ANNO DOMINI.
M. D. L V.